Hęc Ciceronis pręcepta epiſtola.2.ad finem libri.1. diligenter ſummaq́ue ope niti decet, nec latum quidẽ vnguem ab eis diſcedere, tenendaq́ue ſunt, vt iracũdiam comprimamus, ne in furorem deinde rapiamur. Simusq́ue vel nobis ipſis, vel alijs iniurij. Ex qua ira ac animi perturbatione in perniciem pleraque attraxere.

*Periãder Corinthus.*

Perian der Corinthius ira accenſus ſub calcibus miſſam vxorem, quæ in vtero puerum habebat, interemit. Deinde mentis compos factus cùm comperiſſet per calumniam pellicum id à ſe actũ eſſe ira ſcãduit, & eas omnes igne cremari iuſſit, filium quoque ſuum Lycophrona nomine prę matris interitu eiulantem abdicauit, & in Corciram vſque relegauit.

Lyſan-



*Lyſander.*

Lyſander Lacedemonius irã mortemq́; acerbitate grauem, ac terribilem potentiam, tyrannidemq́ue exercuit, adeô, vt non immeritò conciui eius Etheocles dixiſſe videbatur, cùm ait bene actum cũ Græcia eſſe, quod duos Lyſandros non protulerit.

*Sylla.*

Idem de Sylla iure optimo dicere poterant Romani cui præ ira, ac ſæuitia nullus iucundior luſus, ac iocus, quàm cruor quàm cædes, quàm vnci, ac ſecures, & ante oculos ciuium trucidatio, qui (vt alia eius ſæuitiæ, atque iracũdiæ exempla omittamus) Q. Lucretium offellam (cuius opera præneſtinam vrbem ceperat, Marium conſulem obſederat, finemq́ue victorię adeptus fuerat) in foro ipſo enſe tranſegit, nullam aliam ob cauſam, niſi quod conſulatum peteret antequam prætor extitiſſet. Quinetiam Syllæ ira, quæ vniuerſam Italiam ciuili ſanguine inundauerat, aliquando in au. thorem ſuum peſsimum virus euomuit. Nam cùm in Puteolano rure grauiter ægrotaret Sylla, audiſſetq́; pecuniam pro reficiendo Capitolio à Decurionibus cũctatius penſitari præcipiti ira ſubitò excanduit, & immoderatæ vocis impetu ruptis præcordijs ſpiritum cruore miſtũ exhalauit. Et qui per iræ impotentiam tot hominum millia peremerat: poſtremò ſeipſum perdidit.

*Caſius.*

Caſius quoque impetuoſus, & iracundus extitit, & ſæpius per iram, quàm per auaritiam, qua etiam laborabat, à recto diſceſsit. Aequior Sertorius, qui minimè omnium ducem ſe iracundię permiſit.

Qua in re habeo alios pleroſque proponendos, qui contumelioſè tractati, ſiue verbis conuitioſis, ſiue manibus, ira dimiſſa nullo pacto vltionem exequuti ſunt, nec itidem aliud, quidquam aduerſus ipſos egerunt: ſed vtique ęquo animo, lenique improbitatem hominum tulere. Et vir ſapiens, & cordatus qualis quibet, qui Philoſophiæ ſtudio aures accommodauerit, nullo horum perturbatur, non tam ipſa pati, quam inferre turpe ducens. Nam qui peccat, is turpitudini obnoxius eſt, qui verò patitur, quatenus ipſe peccatum nõ admittit, eatenus, ne turpis alicuius dignitatis particeps dicẽdus eſt. Puſillanimitas enim eſt has ob res indignari, & commoueri intenſiùs: ſed leniter & tranquillè tolerabit, quicquid acciderit. Hoc decorum eſt eius, qui ſe magnanimum profitetur. Quod ſi hos animi motus lenire non poſſimus (ſiquidem hominũ animus in auribus habitare videtur: bonis enim auditis corpus gaudio repletur: cõtrarijs ira inflatur) & iræ moderamini ſtudebimus, mea quidem ſententia: ſi multò antea rem pręmeditemur. Exercebimus igitur, nos domi inter famulos, & vxores. Qui enim domi lenis eſſe didicit, idem multò magis publicè talis erit: præſtabitq́; foris quod intus cum familia exercuit: videlicet, vt mitis, ac bonus ſit. & huc alluſiſſe videntur, Horatij carmina epiſtolarum lib.1. dum cecinit.

*Horatius.*

*Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*
*Si modo culturæ patienter commodet aurem.*

*Cicero*

Et illud Ciceronis adſtipulari videtur officiorum primo, aſſeuerantis, vt equos propter crebras cõtentiones præliorum ferocitate exultantes domitioribus tradere ſolent, vt his facilioribus poſſent vti: ſic homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq́ue præſidentes tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportet, vt perſpiciant rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq́ue fortunæ. Itidẽ Cicero quarto Tuſculanarum Quæſtio: in ea ſpecie, hac vtitur ſimilitudine. Quẽadmodum temperantia ſedat omnes appetitiones conſeruatq́ue conſiderata iudicia mentis: ſic huic inimica temperantia, omnem animi ſtatum inflammat, cõturbat, incitat. Et Cicero libro quinto, Tuſculanarum ait, Accipere præſtat, quàm facere iniuriam, & libro tertio Paradoxorum, aſſeuerat in hæc verba. Peccare certe licet nemini. Nec tamen ignoro authori iniuriam nõ retaliari, eſſe quidem difficile, ſicuti Claudianus diffinijt, dum cecinit.

*Claudianus.*

*Dijs proximus ille eſt*
*quem ratio, non ira mouet.*

Itidem ait.

*Virtute decet, non ſanguine vti.*

*Ouidius.*

Et Ouidiana carmina adſtipulari videntur, dum ſcribit.

*Vt valeas multa ferenda tibi,*
*Superanda omnis fortuna ferendo eſt.*

*Moſconius,*

Et id diffinitum eſt apud Stobæum ſermo.113. ex Moſconij ſententia.

*Quod alium admonere labor ſit modicus:*
*Iniuriam vero ſibi ipſi illatam ſuſtinere*
*Omnium eſſe maximũ inter mortales honorẽ.*

Cæterum & illud memoriæ repetere li-
bet, Romanos ſummo odio ꝑſequutos
fuiſſe maledicos: diligebant ſiquidem ci
ues omnes Neuiũ poëtam, & illius inge-
nium admirabantur, & cum fabulas in
publicum ederet frequenter, ac ſerioſè
omnis aderat populus, is tamen maledi-
centię vitio laborabat, ac in principes ci
uitatis plurimum oblatrabat, & cum
indies Romæ percrebuiſſet, à triumuiris
incarcerem coniectus eſt, & tandiu ini-
bi adfuit, donec ſcripſit aliquot fabu-
las, in quibus quidem delicta ſua, & pe
tulantiam prodijt. Phocion præclarus il
le ciuis Athenienſis cum audiret Demo
ſthenem Alexandrum Regem grauiter
maledictis laceſſere, inquit, Noli leonẽ
ſęuum ſtimulare quem gloria, & impe-
randi cupido incædit, & pleraque id ge-
nus alia congerit Franciſcus Patricius li
bro de regno. 4. titu. 7.

Illud tamen obliuioni, in ea ſpecie
non eſt tradendũ ꝙ qui ad iram capeſſen
dam ſunt faciles, eam quoque facilimè
deponunt, ſicuti Horatius de ſe verba
agens, libr. 2. epiſtolarũ, ad librum ſuum
alloquens.

*Iraſci celerem tamen vt placabilis eſſet.*

A naturaque id comparatum eſt vt qui
faciles aſſumendis quibuſlibet affectio-
nibus ſint, ſunt etiam & deponendis, &
verſa vice qui ſunt tardi recipiẽdis ſint
& reijciendis. Et ſicuti, ab Ariſtotele diſ-
finitum extat adoleſcentes qui ad iraſcẽ
dum prompti ſunt, cito & amici fiunt,
hinc quidem eſſe ait, vt ad rationem per
cipiẽdam ille etiam promptior ſit. Hoc
manifeſte in pueris cernitur: qui cum ira
cundi ſint, ſero admodum rationis cõ-
potes fiunt, & ad ſtudia literarum eue-
ctiores exiſtunt, minus dicto parent mi-
nusq; imperata faceſſunt, Ad illam Pla-
tonicam ſententiam, & Ouidiana carmi
na accedunt quum ait.

*Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ:*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*

Sicuti etiam in mulieribus proditũ eſt,
& omnibus quoque qui facile amicitiam
ineunt, de facilè eandem amittere, & è-
contrario tardos, ad amicitias ineun-
das, tardos quoque eſſe ad deponendas
ſicuti Suetonius agens de Auguſto. Au-
relius, & Eutropius, idem exiſtimant. Et
illud Propertij his admodum conueni-
re videtur, libro. 2.

*Hoc mihi perpetuo ius eſt quod ſolus amator,*
*Nec cito deſiſto, nec temere incipio.*

Imperator Theodoſi⁹, teſte Paulo Diaco
no rebus iraſcębatur indignis, ſed illico
flectebatur, & ècontra Cato Vticenſis. vt
author eſt Plutarchus in eius vita non fa
cile ad iram labebatur, & implacabilis
erat. Et horum ea ratio aſsignari poſſet,
ſiquidem & hominis corpus quatuor dũ
taxat complexionibus compaginatum
eſt calido, ſicco, humido, frigido quæ o-
mnia ex quatuor elementis originem du
cunt aëre, igne, aqua, & terra, & hi qui
igne pollentes ſunt, vt ita dixerim chole
rici, & bilem facile depromunt, hijque
faciliores ſunt, ad quenuis affectum, ſi-
quidem ignis cæteris elementis mobi-
lior eſt, quo fit quemadmodum ad iram,
vel atram bilem mouentur, ita, & velo-
cius relinquunt.

Et èconuerſo qui terræ plus habent,
vt ſunt qui atra bile quæ frigida, & ſicca
eſt vexantur, hi ſunt cæteris multo tar-
diores.

Siquidem & terra cæteris elementis
immobilior eſt, & durior. Iſthæc ratio ex
alijs pleriſque conueſtiri poſſet, quæ iu-
ſtum profectò volumen exigerent, ac po
ſtularent. Sed ne lectoris animum fatige
mus, conſultò miſſa facio. Nec ſilentio il
lud prætereo, quòd iræ calor quàm pri-
mùm extinguitur: inueteratus enim o-
dium fit, & magna cum difficultate ſe-
datur, quo fit odium ab ira emanare, vt *Virgilius*
eleganter Maro docuit, dum cecinit.

*Haud aliter iuſtæ, quibus eſt Mecentius iræ,*
*Nonnulli eſt animus ſtricto concurrere ferro.*

Verùm enimuerò, ſi mortales non leni-
ter patiantur, iniurias ſibijpſis illatas, *Operis diui-*
oportet de illorum pœna verba facere. *ſio.*
Et vt ꝓpius operi accingare, tota iſthęc
materia, ac eius punitio trino ordine di-
ſtinguetur, aliquot capitibus. Primò, ſi
quidem de iniuria, quæ verbis fit, & ma-
ximè de ea quæ veri criminis obiectione
irrogatur. Secundò, de iniuria, quæ per
ſcripturã fit, vt pote per famoſum libel-
lum, in quo verba iniurioſa, & vtiq; in-
famatoria proponũtur. Poſtremò de in-
iuria quæ facto fit, & de eius pœna ali-
quot pręſtringam.

Non diffitebor iniuriarum quæſtionem
*Tacita reſpõ* quibuſdam ieiunam nimis, parumque
*ſio.* videri vtilem, potiſsimum ijs qui foren-
ſia, praxim ve iudicialem quotidie tra-
ctant: quippe qui eam ſuccincte, ac velu
ti pertranſennam, vt aiunt, abſque eius
appendicibus contẽplantur extra char-
taciam molem, nihil vtilitatis inde per-
cipientes, minimè conſiderantes ea quæ
ex huius controuerſiæ vera deciſione e-
tiam ad praxim deduci frequentiſsimè
poterunt: nos tamen aliqua conijciemus
neglecta ſuperficie, & omiſſa cute carnẽ,
& ſuccum ipſum interius extricãdo, pla-
neque me miſeret tot claſsicos, & prin-
cipaliores iuris interpretes in hac mate-
ria iniuriarum operam tot ſeculis luſiſ-
ſe, & ingenia melioribus vtique aptio-
ra, quæſtiunculis ea in re pluſquàm ſero
tinis, & crocodinis cruciaſſe, vt ad ſcho-
las Gemonias mitti magis eligero quàm
ad gradus, quos in hac doctrina confixe
runt doct. Verũ eã iniuriæ materiã exa-
minabimus his capitibus, quàm vtilis
apud tribunalia ſit dubio procul oſten-
dam. De iniuria verbali verba facienda
ſunt.

2 Si quidem iniuria non tantùm facto,
ſed & verbis fieri conſtitutiſsimum eſt. l.
eum qui nocentem. l. item apud Labeo-
nem. ff. de iniurijs. l. ſi non cõuitij. C. eo.
titu. c. cum. t. a. &. b. de re iudicata. Quò
fit iniuriam fieri, ſi ſimplici verbo alicui
contumelioſa vtique verba dixerit. ex
text. in. l. prima, verſiculo Iniuriam. ff. de
iniurijs. & in. §. iniuria. inſtitut. eod. titu.
& in. l. ſi non conuitij, & ferè per totum.
C. de iniurijs. extatque hodie regia. l. pri-
ma, titu. 9. par. 7. Quam ſententiam intel-
ligendam eſſe exiſtimo tametſi præſenti
alicui, vel abſenti proferatur. text. eſt ad
id præſtãtiſsimus, in. l. item apud Labeo
nem. §. conuitij. ff. de iniurijs vbi Conſul
tus ita ſcriptum reliquit. conuitium au-
tem non tantum præſenti, verùm abſen-
ti quoque fieri poſſe Labeo ſcribit. Cui
conuenit regia. l. paulò antea citata, &
& ante hos id cõſtat ex Muſonij ſenten-
tia in hæc verba. Fons & origo malè vi-
uendi eſt non refugere obſcęna, & turpia
loqui abſentibus. Et Cicero libro tertio
officiorum. idem definit. Ex quo non in
concinè intelligenda eſt regia. l. ſecunda *Regia legis*
titulo nono, libro octauo, in ordinatio. *delaratio.*
regali. quæ expreſsim agit, de ſex conui-
tijs, quorum aliquod ſi quis obiecerit, te
neatur, palinodiam canere, ſibique ipſi
contradicere: ſi abſenti conuitium, in il-
la lege deſcriptum obijciatur non tene-
ri palinodiam canere adnotando verba
Regiæ conſtitutionis, inibi a otro, quod
verbum videtur, præſentiam conuitian
tis requirere, ſicuti doctores adnotãt ſu-
mentes rationem ex tex. inibi. in. l. prima
de verborum obligationibus. præſertim
Alexand. numero. 17. & ibi Romanus. Si
quidem ille, qui præſens non eſt, non di-
citur loqui, nec factum eſſe præſente ali-
quo, niſi & is intelligere potuerit, gloſſ.
in cap. teſtes, tertia quæſtione nona. Do
minicus in cap. in primis. quarta colum.
ſuper glo. verbo præſente. ſecunda quę-
ſtione prima. Bald. in. l. ſecunda. §. volun
tate. ff. ſolut. matrimonio. & in. l. ſi ſine.
in ſecũda quęſtione. C. ad velleian. & in
l. finali. §. neceſsitatem. C. de bonis quæ
liberis. Notant doctores in clementina
prima. verbo Præſentia de baptiſmo.
capit. audiuimus. de ſymon. cap. audire.
34. diſtinctione: l. ſæpe audiui Cæſarem.
ff. de officio pręſidis. verb. Audire. Tam-
etſi huic intellectui refragetur gloſſ. in
cap. conſtitutionem. verbo Participatio
nem, de ſentẽtia excommunicationis, in
ſexto, & nos alibi pleniori trademus ma
nu: & quis propriè abſens dicatur præ- *Abſens quis*
ſens ve diffiniũt doctores in. l. abſentem. *propriè dica*
ff. de verborum ſignificatione. & in. l. vlti *tur.*
ma. C. de longi tempo. præſcript. Andrę.
Tiraquellus multæ lectionis vir, in tract.
de retractu lignagier. §. 35. gloſſ. tertia nu-
mero ſecundo. Et vt ad rem redeam, illud 3
obuium eſt: puniendum eſſe iniuriarum
actione, tametſi qui iniuriam irrogauerit
conuitiumque dixerit, abſens ſit, & veri
tatem pre ſe ferat, ſi ſanè reipublicæ eius
patefactio nõ interſit. In quo dubio ſcri
bit Paulus iuriſcõſultus in. l. eum qui no-
centem. ff. de iniurijs. Eum qui nocẽtem
infamauit, nõ eſſe bonum, & æquum ob
eam rem condemnari: peccata enim no
centium nota eſſe & oportere, & expedi
re. Cui conuenit regia. l. prima, tit. nono,

part.ſeptima.& eſt text.in.l.ita vulneratus. verſiculo cum nec impunita maleficia eſſe oporteat. ff. ad legem Aquiliam. in. l. licitatio. §. ſed quod illicitæ. de publicanis & vectigalibus. Et Cicero libro primo officiorum. ait, quod verum, ſimplex, ſincerumque eſt, id eſt, naturæ hominis accommodatiſsimum, itidem homini eſt propria viri inquiſitio, ac inueſtigatio.

*Falſum crimẽ obijciẽs.*

In quo equidem dubio ſi iniurioſa, ac contumelioſa verba irrogans alicui à veritate deuiet falſumque dicat criminis reus eſt, ac punitiõe dignus. Quod ſi non interſit reipublicæ delictum ſcire conuitiumve, vt pote ſi quiſpiam appellet filium meretricis, lenoniſve, tametſi verum dicat ſiue à veritatis ſcopo deuiet falſumque dicat iniuriam vtique irrogat, ac actione iniuriarum tenetur, ſicuti explicat Bartol. in præcitata. l. eum qui. ita tandem rem ipſam diſtinguens, quando reipublicæ non intereſt vitium illud, quod conuitium obiectum fuerit, manifeſtum fieri, tunc equidem puniendum eſſe ea ductus ratione: quia defectus alterius detegere iniurioſum vtique eſt, ſicuti probat text. in. l. ſecunda, verſiculo quid enim tam durum, tamque inhumanum. quando, & quibus quarta pars debeatur, libro decimo. Cui ſententiæ accedit Petrus de Bella pertica, Cinus, Albericus in. l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. primus colum. ſecunda. ſecundus quæſt. octaua. tertius colum. tertia. Angel. poſt Bartolum in dicta. l. eum qui nocentem. Quo in loco plerique alij doctores in ea ſunt ſententia. Ioannes Faber in. §. iniuria. numero tertio; & quarto, inſtitut. de iniurijs. Ioannes de Platea, & Angel. & alij inibi. & ex noſtris, Abb. hanc profitetur ſententiam in capit. final. numero quinto. de iniurijs, & damno dato. Et opinionem Barto. ſequitur Bald. & doct. in. §. primo. inſtitu. de iniur. Cynus, & doctoꝛ. in. l. ſi non conuicij. de iniur. C. quæſ. octaua. Salicet. in. l. vnica. de famo. libel. Montaluus in. l. prima. titulo nono. par. ſeptima, in gloſſ. prima. & inibi Gregor. Lupus ad finem, & plerique alij docto. citati per Conarruuias, libro Variarum reſolutionũ primo. c. vndecimo, numero ſexto, quam etiã eſſe communẽ conſtat ex Antonio Gome. cap. ſexto delictorum, numero ſecundo, quam Abb. & Antonius numer. 27. in dicto capit. cum i.t. &. a. de re iudicata. damnat. & Ioã. Andr. in titulo de accuſatore. §. primo. verſic. quid. Ex quorum doctorum varietate aliquot concluſiones, infrà adnotandę ſunt, vt iſthæc materia eluceſcat, vti & nos paulò poſt adnotabimꝰ. Quod ſi quis alteri obiecerit delictum, vel conuitium, quod reipublicæ interſit punitum eſſe, vt pote hæreticus, Sodomita, falſarius, latro, hanc iniuriam impunitam eſſe non licet. Quam frequẽtiori calculo receptam ſententiam, ac diſtinctionem intelligendã eſſe exiſtimant doctores ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium id contigerit, ex gloſſ. in dicta. l. eum qui nocentẽ, tametſi ab hac ſententia aliqui libenter diſcedũt. Quapropter vt ille locus deinceps pondus fortaſſe non habeat tantæ difficultatis aliquot ſubijciã, Cardo igitur dubitationis in hoc verſatur, ſiue in iudicio: ſiue extra iudicium conuitium dicatur: etiam verum, cuiuſque notitia reipublicæ interſit. Praua tamen proferentis intentio, & quòd liuore animi peccatum eſt non omnino ab iniuriarũ aſtione liberũ eſt. Quod ea argumentatione probatur: tametſi reipublicæ interſit nocentium crimina nota eſſe, ac itidem manifeſtari: nihilominus prauus excandeſcentis animus, ac reuelantis rem prorſus efficit iniquam. text. eſt celebris in cap. cum miniſter. & in cap. relegentes. 23. quæſt. 5. & Cicero ꝓ Roſcio Amerino inquit, Accuſatores multos eſſe in ciuitate vtile eſt, abſque prauo excãdeſcentis animo, vt metu cõtineatur audacia. Et in Verrem nulla ſalus reipublicę maior eſt, quàm eos, qui alterum accuſant, non minus de laude, & honore, de fama ſua, quã illos, qui accuſantut de capite, de fortunis ſuis pertimeſcere. Itaque ſemper hi diligentiſsimè accuſarunt, qni ſeipſos in diſcrimine exiſtimationis venire arbitrantur, abſque liuore. Et libro quinto Tuſculanarum Quæſtionum, ait accipere præſtat, quàm facere iniuriam, & ad Atticum ſecundo aſſeuerat, peccati dolor, & maximus, & æternus eſt.

*Argum. 1.*

Secundò conueſtiri poſſet, Præſumptiones, & coniecturæ deducuntur veri criminis, reipublicæque pateſieri, quando abſque vlla cauſa, quod tractatur in iudicio, vel extra iudicium contigerit. Quò fit ſi criminis obiectio ex iuſta cauſa facta fuerit, conſentaneũ erit, non animo iniuriandi: ſed vtique æquo animo contingere. Quam rationem perpendit Oldradus in conſilio 53. Romanus in conſilio. 96. quibus accedit Ripa nec admodum inuitus in. l. vltima, C. de reuocand. donat. quæſt. ſeptima. & præter hos non deſunt doctores Canonicę Philoſophiæ qui eandem profiteantur ſententiam: ſi quidem & Abb. in cap. vltimo. de iniur. itidem in cap. cum. t. a. &. b. de re iudica. Ioan. Andr. in Speculo titul. de iniurijs. Quibus nouiſsimè ſe ſubſcripſere Martinus ab Azpilcueta in cap. inter verba. 11. quæſtione tertia, Corollario. 63. & Archiepiſcop. inſulæ ſancti Dominici non modicæ æſtimationis apud omnes in vtraque cenſura, olim, & nunc nobis præceptor obſeruandiſsimus, miro ac venuſto ordine, prout ei moris eſt, hanc ſententiam profitetur, libro primo Variarum reſolutionum. cap. vndecimo, num. ſexto: columna ſecunda, ex qua quidem iuris aſſertione aliquot iuris apendices colligi poſſunt.

*Argum. 2.*

*Martinꝰ ab Aſpilcueta.*

*1. Concluſio.*

Et primo quaſi ex eodem ſtipite, ſiue fonte videtur emanare declaratio ad textum in. l. iuſtiſsimos. C. de officio rectoris prouinciæ, exiſtimantis minimè veritatem conuitij eximere ipſum conuitiantem à crimine iniuriæ, nec ab eius punitione, tametſi reipublicæ interſit vitium manifeſtum fieri: nihilominus qui dixerit, vt propriæ libidini, ac iræ ſatis faceret, reus criminis factus eſt. Ob quod etiam à criminis punitione nõ erit immunis. text. ad id præſtantiſsimus in. l. ſecunda. C. quando & quibus. libro decimo. Qua in ſpecie idem reſpõdit Oldradus, Romanus. Abb. Ioannes Andreas, cæterique doctores loco paulò anteà citato, & Cicero libro tertio officiorum ait, nõ ſe aſtringi ſcelere, ſi quis tyrannum occidit, quanuis familiarem, ſi non animi perturbatione id fiat. & libro primo officiorum. Homines hominum cauſa ſunt generati, vt ipſi interſe alij alijs prodeſſe poſsint. Et libro tertio officiorum ſcribit homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt.



*2. concluſio.*

Secundò ex his apparet reum criminis effectum eſſe, qui iudicio crimen, tãetſi verum aduerſario obiecerit. Ex hoc equidem animus depræhẽditur prauus, atque ideo actione iniuriarũ teneri, probat text. in. l. quiſquis. C. de poſtulando, & mox plura.

*3. concluſio.*

Tertiò apparet, qui verum alteriꝰ crimen illi exprobrauerit, iuſta tamen cauſa, actione quidem iniuriarum aſtrictum eſſe, cùm ſanè praua intentione is nempe obiecerit, & in labem peccati incidere Conſtat ex Adriano quodlbeto vndecimo litera. r. cui ſubſcripſit Martinus Aſpilcueta re & fama vtique inſignis, & inter vtriuſque iuris profeſſores maximè cenſendus: is inquam in dicto cap. inter verba. 11. q. 3. Corollario. 70.

*Declarat. l. 1. C. de fa.*

Ad id etiam pertinet analytica declaratio text. in. l prima. C. de famoſis libellis. Si quis famoſo libello alterius honorem læſerit: tametſi vera crimina illi obiecerit, capitali puniendus eſt, ſicuti & nos paulò pòſt pleniori manu adnotabimus. oportet equidem reipublicæ homines ſceleratos, accuſationibus ad iudicem deferri, potiùs quam famoſis extra iudicium libellis infamari in maximam omnium perniciem, ac iniuriam. Quod conueſtiri poſſet ex ſententia Ciceronis libro tertio officiorum. Nõ eſt res vlla tanti, aut commodum vllum, tam expetendum, vt viri boni, & ſplendorem, & nomen amittas. Et libro quarto, ad Herennium, Perditiſsima ratio eſt, diligere formam, negligere famam. Et Cicero in Lælio, Non eſt negligenda fama, nec mediocre telum, ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciuium. Et lib. 3. de Finib. Eſt hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus à propinquis, à bonis etiã viris & futuræ poſt mortẽ famæ, etiã detracto vſu conſulendũ eſt. Siquidẽ animus prauus excandeſcẽtis, ac iniuriantis conſideratur, vti ex ſententia Senarij in viros bonos conſtat in hæc verba.

*Non odit frugi bonum nunquam vir virum.*
*A mente bona bonæ proficiſcuntur actiones.*
*Largitur & bono, Deus viro bona.*
*Secteris & modeſtum, & bonum virum.*

*Planè dies mores probat mortalium.*

Eò maximè, ſi libellus famoſus ſiue iniuria facta ſit nobili, vt explicant doctores in l. non debet. ff. de dolo malo, non ita quidem ignobilis infamia notaretur, vt in lege. 2. C. vt intra certum tempus: cuius hæc ſunt verba. Et ſi perſona vilior fuerit, cuius damnum famæ non ſit, iniuria. Quæ quidem iura ad id expẽdit Bal. in conſilio. 116. quod petitur, poſt principium volu. 3.

*Declaratio. l. 2. tit. 9. li. 8. ordina.*

6 Iuris apertiſſimi, & ad regiarum conſtitutionum interpretationem maximè vtile ad legẽ. 2. titu. 9. libro. 8. ordinamenti, qua cautum eſt, vt qui alterum aliquo ex ſex vitijs conuicio affecerit, iniuriam illam retrahat coram iudice, & honeſtis perſonis, vt aiunt, palinodiam canendo, & rurſus tercentum ſolidis mulctetur. Primo itaque dicimus minimè eſſe à iudice cogendum palinodiam canere ſeque mentitum fuiſſe coram honeſtis viris aſſerere eum qui alteri extra iudiciũ prauo animo, ac liuore quodam in rixa iniuriam, ſiue cõnuitium dixerit, idque manifeſta iniuriandi, intentione, ſi illi objiciet verum crimen, cuius manifeſtatio, vtilis eſt reipublicæ: Siquidem huiuſcemodi reuelationem extra iudicium tametſi iniuria fiat, & verum exprobret vitium cuius manifeſtatio vtilis eſt reipublicæ extra ordinem à iudice puniendus eſt iniuriarum actione, iuxta doctrinam Bartoli, & ſequacium in præcitata. l. eum qui, quæ ſuffragari poſſet ex notatis per Didacum à Couaruuias in præcitato. numer. 6. illatione. ſexta, & nos paulò ante meminimus. & mox plura.

7 Tertiò, & quod obiter, menti occurrit, adnotandum eſt ad præcitatam regiam conſtitutionem, intelligendam eſſe, tenerique iniuriantem palinodiam canere, ſequè mentitum eſſe, & coram prætore, & honeſtis viris ſibi ipſi contradicere, vt pote intelligatur, regia cõſtitutio, quando falſum conuitium ſiue iniuriam dixerit, longè quidem aliter, ſi verum vtique protuliſſet, idque maximè reipublicæ conueniebat patefieri, minimè tenebitur palinodiã canere: ſin minus non expediebat reipublicæ ſcire ſicuti in aliquot caſibus illius legis, indiſtincte teneri palinodiam canere, modo verum proferat, modo falſum, & in hac ſpecie aſſeuerãt plerique noſtrę tempeſtatis. Qua ſententia omnino exploſa cõtrarium veritati magis fauere exiſtimo: quin etiam objiciens alicui iniuriam, ſiue conuitium, ſi ſanè verum ſit, tametſi ſit ex illis quinque in regia conſtitutione contentis, & vtique probetur minimè poteſt condemnari, vt palinodiam canat, ſequè mentitum eſſe fateatur, ſecundum Andre. de Iſerniam. in capit. 1. §. iniuria de pace iuramento firmã. & nouiſſimè Didacus à Couarru. loco precitato. numero. 7. & Grego. Lupus in. l. 1. titul. 9. part. 7. ad finem. Et huic accedit ſententiæ Gomezius. de delictis. ca. 6. numero. 2. intelligo ſanè tametſi non interſit reipublicæ cõuitium ex illis verbis patefieri: nihilominus ſi obiectum crimen probetur, minimè teneri ſibi ipſi contradicere, nec pœna criminis ordinaria, puniri. Cui ſententiæ ſubſcripſit Couarruuias. eo in loco, cuius & antea meminimus qui tametſi nihil alleget, eſt. l. 1. titulo. 9. part. 7. inibi. *Eſto es por dos razones. La primera, es porque dixo verdad.* Quæ legis ratio militat etiam, tametſi non interſit reipublicæ ſicuti, & quando intereſt, atque ideo idem ius militari debet. l. à Titio. ff. de verborum obligatio. cap. tranſlato de conſtitutio. Antonius Gomez. dict. capitu. 6. delicto. numero. 2. q. immunis erit ab hac obiectione intelligendo regiam conſtitutionem 2. ſecundum diſtinctionem Bartol. in dicta lege eum qui nocentem, Qua ratione Didacus à Couarruuias. numero. 6. intelligit. dict. l. par. iuxta Bartol. doctrinam. Montal. in eadem lege. 1. idem exiſtimat. & ante hos Petrus, & Cynus in lege ſi non conuitij. 8. quæſt. C. de iniurijs.

*Quãdo quis nõ teneatur palinodiam canere.*

*Dida. à Cou.*

Quartò, his tandẽ prænotatis opportune adhuc quæritur, quo ad regiæ conſtitutionis examen quod nec etiam poterit aliqua pœna puniri, nec exordinaria, ſi crimen probauerit ex lege prima. titulo. 9. part. 7. ibi. *No caera en pena ninguna, ſi lo prouaſſe,* adnotando verba ibi (pena alguna) nec etiam extraordinaria, ex illo iuris adagio. Qui totum dicit nihil excludit ca. ſolitæ. de maioritate & obedientia



dientia. l. tertia. ff. de officio præſidis. itidem conueſtiri poſſet ex. l. 8. titu. 6. par. 7. inibi. *Prouandolo anſi no aura pena,* ideſt, nullam patietur pœnam, cùm indiffinita æquipolleat, vniuerſali. l. ſi pluribus & Dinũs in rubric. de regul. iur. lib. 6. & inibi Ancharan. colum. tertia. & Francus, Innocen. in cap. auditis. in verbo exceptionem, & inibi Abb. de præſcriptionibus. Rayne. Forl. in repetitio legis omnes populi char. penultim. & ibi Bart. 6. quæſt. principali. ff. de iuſtit. & iur. & omnium diligentiſsime Andr. Tiraquel. de retrat lignagier. §. 1. glo. 3. num. 1. ibi Bart. de legat. ſecundo. gloſſ. in. c. vt circa de elect. lib. 6. Quo fit minimè ſententia Didaci à Couarruuias procederet in dicto nume. 7. exiſtimantis. iudicantis arbitrio puniendum eſſe: eandẽque damnationem meretur, Grego. Lupus in dicta. l. ſecunda, qui tametſi inuitus, in hanc ſententiã declinauit: ipſe tamẽ potius accederem Grego. & Didaci à Couarru. ſententijs, ſicuti antea adnotauimus exiſtimantiũ iudicantis arbitrio puniendos fore.

Quintò, ad hanc rem conducũt plurimum verba quę in eadem cõſtitutione Regia continentur in verbo Denoſtare, hac punitiõe teneri, & tametſi per aliũ eo tamen mandante conuitium dixerit, teneri Regiæ conſtitutionis iniuriarum pœna. l. non ideo minus. C. de accuſatio. inibi nanque hoc caſu præter principalem reum, mandatorem quoque ex ſua perſona conueniri poſſe, ignotum non eſt. text. eſt in. l. certe. §. primo. ff. de præ. & in. l. vltim. ff. ſi menſor falſum mod. dixerit. cap. mulieres. §. vltim. de ſententia excommunicat. vbi ita ſcribitur, cùm is committat verè cuius mãdato delictum committitur. Cuius meminit in hac ſpecie Dominicus in conſilio. 129. colum. prima, ad finem. & plura congeſta per Tiraquel. in legibus connubialibus. gloſſ. 5. numer. 193. pagina 291. & ante hos Barto. in. l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. num. 8. itidem in. l. ſed etſi minus. §. ſi ſeruus. eod. titu. Barto. & Iaſon in. l. ſi is qui pro emptore. de vſucapionibus. colum. 19. Quibus accedit Gandinus in titu. de tranſactione maleficiorum. quęſt. vltim. Angel. in tractat. maleficiorum. in verb. Sempronium mandatorem. Hippoly. in ſingu. 181. Ioan. de Lignia. in repetitione l. diuus. ff. de ſicarijs. colum. tertia. Ioan. Lopius in rubric. de donatio. inter virum & vxorem. §. 87. num. 20. & nouiſsimè Ludouicus Carrerius, in practica criminali. §. homicidium, nume. 58. qui pleraque id genus alia cõgerit. Tametſi iſthæc. q. ſit plena ſentibus, & ſpinis, in qua doct. certatim omnes ita variant, diſſident, & diceptant, vt faciliùs inibi fontes, quâm eius rei exitum inuenire poſsim, in cauſa fuit, vt altiori commentario quãtum fieri poſsit hanc legis Regię quæſtionẽ declararemus. In quo dubio mihi longè alia mens eſt, & ratio exiſtimanti prorſus contrarium, atque ideo minimè teneri, pœna Regiæ conſtitutionis mãdantem conuitium fieri. Si quidem vti ex Regia conſtitutione conſtat, in verbo, Denoſtare. factum omnino ipſius iniuriantis exigit. In qua ſpecie idem reſpondit, Bald. in conſilio. 52. volum. 3. ea vſus diſtinctione, aut ſtatutum loquitur, in rem aut in perſonam. Quòd ſi in rem loquatur, mandans vtique comprehenditur, & vt rem exemplo ſubijciam ſi dicat pro homicidio, & vulnere tali afficiatur pœna. Sin minus in perſonã loquatur, minimè mandantem teneri pœna delicti ordinaria, vt in ſpecie legis Regiæ. *Si denoſtare,* vel conuitiũ dixerit alicui, reus criminis factus pena afficiatur. Caſus eſt in. l. aut qui aliter. §. finali. ff. quod vi, aut clam, & inibi Bartol. itidem in. l. ſi vnius. §. ſeruus. ff. de iniurijs. & in. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquirend. hæredit. & in. l. ſi pater. ff. quæ in fraud. credit. & in. l. tertia. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris. Bartol. & plerique alij in ea ſunt ſententia in. l. hęc verba. ff. de adulter. itidem in. l. ſi quis id quòd. ff. de iuriſdictione omnium iudic. quo in loco doctores paſsim id notãt. & in dicta. l. non ſolùm. in principio. ff. de iniurijs. Barto, idem profeſſus, in conſil. 101. Idem aſſeuerat Bald. huic communi diſtinctioni ſubſcribens, quæſtione. 7. in dicta. l. non ideo minùs, & inibi Salicet. Et huius ſententiæ authores habeo Florianũ in. l. ita vulneratus, ff. ad. l. acquil. Angel. in. l. ſi pater. ff. quæ id fraud. cred. Salic. in. l. 1. §. nec autẽ. C. de cadu. tol. Roma. & Iaſonem, in dict. l. ſi is qui pro emptore, quam eſſe communi conſenſu receptan-

*Mandan cõuitium fieri an teneatur pœna regiæ conſtitu.*

receptã ſententiam profitetur Corneus
conſilio.69.volu.8.Salice.in .l.transſigere
C.de tranſactio.vlt.col.itidem in.l. vni-
ca.§.nec autem.C.de caducis tollẽdis An
gelus de maleſic. in verbo Sempronium
mandatorem.Et præter hos non deſunt
doctores canoniſtę in albo primariæ do
ctrinæ poſiti qui eandẽ profiteantur ſen
tentiam.Siquidem & Abbas idem exiſti
mat in cap.mulieres de ſentẽ. excomm.
Ancharr.in.cap.canonum ſtatuta de cõ-
ſtitutio.col.44. & denique hanc eſſe cõ-
muni conſenſu receptam ſententiã pro-
fitetur Iaſ. in.l. ſi is qui pro emptore nu.
82.ff.de vſucapionibus.Eſſe communem
aſſeuerat Ludoui.Carreri.in practica cri
minali nume.59.fol.94.tametſi ab ea diſ-
cedat Gandinus profeſſus contrariam
communem.in rubrica de tranſactio.10.
col.& in rubric.de pœnis. col.4. qua ex-
ploſa regiam conſtitutionem ita intelli-
gendã eſſe in illis verbis. *Si denoſtare.* Vbi
perſonam exigit denoſtantis,ſicuti An-
gel . & doctores locis præcitatis expli-
cant . Pro qua ſententia maximo apice
deſeruire videtur tex.in clem.1.verbo p-
ſonaliter exercentes.de vita, & honeſta.
clericorum:vbi quando quis tenetur fa-
cere per ſe vel manu propria : nõ dicitur
facere,ſi per aliũ faciat . Cuius meminit
Iaſon in dicta.l. ſiquis id quod . num.37.
& Abb.loco pręcitato,& Baptiſta.de ſan
cto Seuerino in repetitione legis diẽ fun
cto.ff.de officio acceſſoris.& argumento
optimo deſeruit gl.in.c.2.de hæreticis li.
6.verbo proprijs manibus . Alciatus lib.
2.de verb.ſignificatio.nume.60.col.43.Et
cùm dicta conſtitutio regia perſonæ qua
litatem reſpiciat, minimè teneri pœna il
lius legis ſi per alium fiat.l.4.§.ſi procura
tor.ff.quod ,quiſque iuris.Bald.in authẽ.
habita.C.ne filius pro patre.col.8.vbi in
ea eſt ſententia , ſtatutum pœnam infli-
gens ingredienti in locum, minimè com
prehẽdere mittentẽ nuntium. l. quôd ſæ
pe.§ ſiquis amico. ff. de contrahen . em-
ptio.l.1.§.ait prætor.ff.de vi & vi armata,
Cardina.in cap.1.ad finem. de conuerſio
ne infidelium. Annania in ca. ſi cuius ad
finem. extra de ſymonia.id intelligens ſi
ſanè in lege vel ſtatuto ſunt verba deno
tãtia propriam perſonam,minime poſſe
fieri per aliam.glo. in verbo capere in.c.
ſi quis epiſcopus.de officio.ordina.in.6.
& inibi ad id adnotat Domini.& omniũ
diligentiſſimè Felinus in capit. licet ex
quadam,de teſtibus.atq; in ſpecie regiæ
conſtitutionis pœna afficiat perſonali-
ter cõuitiãtẽ. Item minimè teneri, ſi per
alium alicui conuitium fiat. gloſ. eſt in
pręcitata clemen.1. in verbo publicè. cu
ius meminit pro ſingulari Abb. in cap.
mulieres,de ſenten. excommu. Bald. in
ca.1.§. iniuria ad finem de pac. iuramen.
firmanda. Iaſon.in.l.1.§.adipiſcimur.nu-
mero.2.ff.de acquiren. poſſeſ. Albericus
de roſatis in.3.parte ſtatutorũ.Quæſt.55.
Plęraque id genus alia congerit Ludo.
Carrer. in practica ſua criminali.§.homi-
cidium.2.nu.59.cum alijs, quæ & nos tra
demus alibi, de clericorum penis tractã-
tes vilia exercentium officia per inter-
poſitam perſonam. Ex quo quidem in-
tellectu aliquot iuris appendices col-
ligi poſſunt.

Et primo deducitur natiuum& ex mẽ 9
te literæ recipiendum reſponſum ad legẽ
nobiliores. C.de commer. & mercatori- *Intellectus*
bus. & ad.l.nequis.C.de dignita.libro.10. *ad.l.nobilio-*
& ad text.in.§.1. verſiculo ſancimus, ibi *res.C. de cõ.*
artifices ignobiles in authen. de teſtibus
collatio.7.quibus admodũ diffinitur no
bilitatem vtique amittere, qui vilibus ar
tibus & officijs vtitur. Gloſ.in cap . qui
contra pacem .24 . quæſt.1.Barto. in.l.1.
ad finem,& ibi Ioãnes de Platea.colum.
1.C.de dignitatibus libro.10.Ioãnes Ray
nerius in tractatu de nobilitate. in.4.
quæſtione principali. Quibus accedit So
cinus in cõſilio.246. eleganter & ſubtili-
ter .colum.2.verſiculo, prima ratio.volu.
2.Franciſcus Curtius ſenior conſilio.15.&
ante hos peripateticorũ facilè princeps
Ariſtoteles libro Politicorum.3.capitu.3.
Et rurſus libro.7. eiuſdem operis.capit.9
Quinetiam apud Romanos. l.Clodia.
nobilibus viles artes exercere prohibe-
bat , ſicuti hac in ſpecie author eſt Li-
uius ad calcem libri primi, ſecundi bel-
li Punici. Et etiam meminit Tullius in
vltima in verrẽ actione. Et Valerius ma-
ximus rerum memorabilium libro.3. Si
quidem nobilitate decorato his omnino
vilib⁹ artibus vti maximè repugnet.ex
l. milites. C. locati,lege prima. C . nego-
tiatores. ne milites,libro . 10. & in.l. ne-
quis.



quis.C.de dignitatibus.lib.12.tex. eſt ad
id celebris in.l. ſi coartalis. in fine.C. de
coartalibus.libro.12. & inibi Lucas à Pẽ
na,& Ioannes de Platea,text.in.l. humi-
lem.C.de incæſtis nuptijs.& in.l.1.C. de
naturalibus lib. Bald. in.l.nobiliores.C.
de cõmertijs,& mercatoribus. Ioan. Fa-
ber in.l.falſo.C.de diuerſis reſcriptis.Lu
cas de Penna in. l.vltim.col.3. C. de fun-
dis Limitrophis libr. 11. Quibus accedit
Antonius in rubric.extra ne clerici, vel
monachi. Guido Papa deciſione. 196. Et
iterum.391. Cæpola in tracta. de impera-
tore militum deligendo,in materia no-
bilitatis in.18. opinione.Matthæus Affli
ctus in conſtitutionibus Ciciliæ, incipiẽ
te,intentionis col.9.6.notabili. Felin. in
c.ſuper eo. in ſecundo col.2. de teſtibus.
Corſetus in repetitione.c.grandi. col.12.
de ſupplenda negligentia prælatorum,
lib.6.& Ariſtotel. quoque lib.3. Politicõ
*Antique.ll.* c.3.explicat in bene inſtitutis ciuitati-
*in viles arti-* bus à ciuium conſilio excludi vilium ar
*fices.* tium operarios,itidem lib.16.eiuſdem o-
peris,cap.4. opificum, ait : ac forenſium
& mercenariorum praua eſt vita, nullũ-
que virtutis opus , eorum quæ tractat
multitudo,& iterum lib.8.c.2.Et Corne-
lius Tacitus,lib.14.& apud Hebræos itẽ
huiuſcemodi legem fuiſſe ſatis conſtat
ex eo quod ſcribitur Eccleſiaſtici.38. Ne
pigmentarij,fuſſores,architecti,fabri, &
figuli in eccleſiam tranſilirent ; ne ve ſu-
per cathedram iudicis ſederent , & nos
de queſtionibus tractãtes adnotabimus.
10 Quæ omnia intelligẽda eſſe exiſtimo ex
intellectu regię conſtitutionis,ſi ſanè no
bilitate decoratus ipſe per ſe has artes
exerceat , longè quidem aliter ſi ſeruo-
rum opera,aut inſtitutorum in ea re vta
tur,ſicuti legimus apud Plutarchũ,Mar
cum illũ Craſſum nobiliſsimum Roma-
num,artificum ſeruorum opera diuitem
factum fuiſſe.Quod & Alciatus in dicto
lib.2.de verbo.ſignific.non prætermiſit.
Idem exiſtimat Iulius Firmius, libr.A-
ſtronomicon.3.c.10.Cui ſententiæ ex no
ſtris profitetur, Albericus in dicta.l. hu-
milem, nobilitatẽ amittere , tum demũ
ſi per ſe exerceant, longè quidem aliter
ſi per alios,text.eſt ad id pręſtãtiſsimus.
in.l.quæ adulterium. in principio.C. de
adulter.inibi an domina cauponę,an mi
niſtra fuerit.Et eſt tex.in.c. ſignificante :
de appellatio. Philippus Francus:col. 2.
& Dominicus in.c.1.de vita , & honeſta.
cleric.lib.6. circa cuius intellectũ, & nos
de clericis coniugatis tractantes plenio
ri trademus manu , quibus ſuffragatur,
text. in cap.vltim. ne clerici, vel mona-
chi,eodem libr. vbi aſſeueratur clericos
optimo quidem iure poſſe per interpoſi
tam perſonam iuriſdictione vtique cri-
minali vti, tametſi per ſe ipſos exerce-
re non poſsint.Et eſt text.in clement. ne
in agro §.porro.in fine.in verb.Perſona-
rum.de ſtatu monachorum.text. eſt in.l.
vltim. C. de excuſationibus tutorũ. vbi
qui in piſtorũ collegio ſunt à tutela im-
munes fiunt modo per ſemetipſos piſtri
num exerceant. Cuius meminit Roma-
nus in.l. ſi verò.§. de viro fallentia. 24.
verſiculo quinto.ff.ſoluto matrimonio.
itidem in ſingula. 64. gloſſ. Accurſiana.
quæ expreſsim hoc ipſum vult in.l.1. in
verbo Vſurpantes.C. de municipijs, &
colonis,libro.11.Archidiaco.in cap.nul-
li.44.diſtinctione. Antonius,Petrus,An
charan.in quarto notabi. Cardinal.Flo-
rent. in quinto notab. Imol. colum.5.in
præcitata,clement.1.de vita & honeſtat.
clericorum, apud quos plenæ ſunt char
tæ,codiceſque referti. Et huius quæſtio- *Reſpõdet ad*
nis longa eſt diſputatio , nec vtique ob- *contrarium.*
ſtant adducta per doctores pro contra-
ria parte citatos hoc iuris adagio ductos
Qui per alium facit per ſe ipſum facere
videtur ſicuti pleraque id genus alia cõ-
gerit Andreas Tiraquel. in legibus Con
nubialibus in gloſſ.tertia.in verbo Con
trater . Quæ omnia minime procedere
conſtat : quando lex conſiderat actum
ipſius perſonæ exercẽtis , ac conuitium
irrogantis alicui,ſicuti conſtat ex præci
tata regia conſtitutione : tametſi nõ diſ-
fitebor reum criminis factum , qui alteri
iniuriam fieri mandauit, minimè immu-
nẽ eſſe à culpa atq; delicti pœna , vt præ
citati doctores explicant,non tamen pu
niendus eſt is qui mandauit iniuriam
fieri vel conuitium dicere,pœna illius le
gis,vt palinodiam canat, ſibique contra
dicat coram prætore , & honeſtis viris
atq; ideo minimè verè & propriè id ab
eo fieri , cuius quidem mandato factum
eſt,vt eſt text.ad id omnium præſtantiſ-
ſimus

ſimus,in.l.aut qui aliter.§.& cum inter-
dictum.ff.quod vi aut clam.Barto.in di-
cta.l.ſed ſi vnus.§.ſeruus.Inſtitu.de iniu-
rijs,itidem in.l.3.§.ſi procurator. & inibi
Ange.Paul.caſtrẽſ.Alexan.ff.quodquiſ-
que iuris.Barto.in.l.ſi is qui pro empto-
re,in materia fictionis translatiuę.ff. de
vſucap. & inibi Imol.in vltima col.Ro-
ma.& Iaſo.ad finem verſic.circa fictionẽ
ff.de vſucap.Bald.in .c.cauſamquę col.1.
verſi.item qui facit de elec.Itidem in ca.
qualiter,ad finem eo.titu. quibus acce-
dit Petrus de Anchar.conſilio.171. col.2.
Bald.in conſil.30.col.1.vol.1. & cõſil. 384.
col.1.volu.5.Decius in.l.is damnũ dat.ff.
de regul.iuris.Quò fit vt fictè, & impro-
priè facere dicatur,qui per interpoſitam
perſonam facit. Diuus in ca.qui per a-
lium de regul.iur.lib.6.Bar.in.l.ſed mi-
nus.§.ſeruus,co.2.ff.de iniuriis.Itidem in
dic.l.ſi is qui pró emptore. in.5. quęſtio-
ne principali,verſiculo venio ad ſecun-
dum.& inibi Imola vltima col.Bald.in.l.
1.colũ.2.verſiculo in mandante etiam.C.
de ſeruis fugitiuis.& in dicto.l.non ideo
minus col.5.& pleraq; id genus,alia con
geſſit Alexan.conſilio. 65. viſa quadam
cõſtitutione col.2.vol.4.Nec itidem ob-
ſtat tex.in.l.1.§.deieciſſe.ff.de vi.& vi ar
mata.& in.l.item ſi obſtetrix, in princi.
ff.ad.l.Acquil.& in.l.ſi pater.& ibi gloſ.
in verbo ipſe feciſſe.ff.quæ in fraudem
credito.& in.l.ita autem.§.geſſiſſe. ff. de
*Qui per aliũ facit &c. quo intelligat.* adminiſtra.tuto.ſi quidem illa iura cęſa-
rea, quæ quidem verbo(videt,) vtuntur
intelligenda nempe ſunt,qui per alium
facit per ſe feciſſe videtur,quod quidem
verbum fictionem importat,vti argumẽ
to optimo deſeruit tex.in.l.3.§. ex con-
trario,& ibi doctores.ff.de acquirẽ.poſſ.
Bar.& paſſim doctores in præcitata. l. ſi
is qui pro emptore.

11 Exprædita tandem principali aſſer-
*Iniuria illata exorata venia.* tione ad intellectum regiæ conſtitutio-
nis illud prętermittendum non eſt.Si ſa
nè quis dixerit iniuriam alicui exorata
venia, vt paſſim vulgo circunferri ſolet:
Mentiris,ſaluo honore tuo , an honoris
præfatio iniuriam ipſam extinguat? Et
minimè extinguere conſtat:ſi quidẽ qui
alteri verba iniurioſa cõmuni omnium
interpretatione dixerit veniam præfa-
tus, cùm de eius animo quicquam ſit cẽ
ſendũ,iniuriam cõmittere dubiũ nõ eſt,
ſicuti in hac ſpecie explicat Barto. & a-
lij plerique: in ea ſunt ſententia in.l.ſi
quis extraneus.ff.de acquiren.hæredita.
Abb.in ca.eã te.de iur.iur.Itidem in ca.
cùm.t.a.&.b.præcitato.Quibus accedit
Socinus.conſil.118.volu.1.Angel.in.l.ve-
ſtem.ff.de iniurijs.Alexan.in.l.turpia.ff.
de lega.1. & ſeriô id explicat plura con-
gerens Felinus in ca.dilecti. penult. col.
de exceptionibus. Anto.Rubeus, in re-
petitione.l.non ſolum.§. morte. nu. 461.
ff.de noui operis nuntiatione . Antoni.
in præcitato.C.eam te.de iur.iu. Montal
uus.in.l.2.titu.3.libr.4.fori.litera.a. Qui-
bus nec admodũ inuitus accedit Alcia.
in.l. deteſtatio.ff.de verbo. ſignifi. col.2.
& nouiſſimè Didacus Couarruuias Ar-
chiepiſco.ſancti Dominici.deſignat⁹, li-
bro.1.Variarum reſolutionum.ca.11. nu.1
quo fit parum prodeſſe alterius honori
hãc ipſã præfationem,cùm & is cui con-
uitium dictum eſt,iniuria dicta eſt, notã
que famæ contraxerit.text. eſt in cap.1.
de præſumptio.

Deducitur pręfati regis Alfonſi intel 12
lectus:Si quidem inibi apud Hiſpanos
ſtatutum eſt , vt qui alterum aliquo ex
ſex vitijs:conuitio affecerit,iniuriam il-
lam retractet, palinodiam(vt aiunt )ca-
nendo coram prætore iudice, honeſtiſq; *Sex verba iniurioſa apud Hiſpanos.*
viris, & inſuper tercentis ſolidis mulcte-
tur , vti præcitata.l.2.titu.9. lib.3 . ord. di
ctat, Quorum vitia hæc ſunt: Leproſus,
Sodomita , Hæreticus,Proditor,Cornu-
tus,vltimum quod explicat.glo.Accur-
ſiana in.l.ſi inimicitia.ff. de his quibus.
vt indignis,aſſeuerãs per hoc nempe cõ-
uitium cõtumeliã irrogari, & per quod
libet odioſum nomen. Adnotat Anna-
nia.in cap.1.nume.5. de maledicis, Ioan.
Faber,in.§.patitur inſtitu.de iniurijs. Al-
ciatus libro.7.parergon cap.5.& Ripa in
in.l.vltim. quæſtione.7.C.de reuocan.do
natio. Ad cuius quidem intellectum re-
giæ conſtitutionis illud conſtitutiſſimũ
eſt teneri omnino palinodiam canere, ſi
bique ipſi contradicere , ac pręfatæ legis
pæna puniri,non ſolum ſi per verba de-
notantia iniuriam, quin etiam ſi per ho-
neſta verba,& in verborum cortice mi-
nimè iniuriam ſomnantia quidpiam ali-
cui iniuriam irroget, vt pote ſi dixerit
alicui

trezientos sueldos montan dozientos yunquenta mrs desta moneda, y quinientos sueldos montan quatrocientos mrs vt l. 2. tt. 10. lb. 8 rec. et inuenies valorem solidorum aliter ac hic annotatur.



alicui fœminæ,Tu es bona mulier,intel-
ligens eam eſſe meretricẽ,vt vulgo circũ
ferri ſolet apud Hiſpanos,poſſe agere in
13 iuriarum actione,tametſi in verborũ cor
*Verba quæ ĩ cortice denotant iniuriã* tice iniuriam non denotet.In qua ſpecie
idem reſpondit Cardinalis in.c. ex lite-
ris,tertio notab.nu.1.de conſuetu.Cui ac
cedit Petr.de Rauena,in allegatione cõ-
ſuetudinum,col.34.fo.171.& Ioan.de Na
uezanis in ſilua nuptiali.lib.4.nu.76.iti-
dem intelligendum eſſe,ſi alicui viro cõ-
iugato iniuriam irrogauerit,appellando
eum bonum virum,intelligens eum cor
nutũ,ex mente Socini conſil.6.volu.1.&
ex doctoribus paulò ante citatis.Itidem
ſi quis dicat pœnitet me quod fueris ver
beribus à iudice affectus , poteſt equidẽ
actione iniuriarum agere,Angel. in.l.ve
ſtem.ff.de iniurijs.

Octauò.Deducitur ex his vera ratio
14 Regiæ conſtitutionis non ſolùm ex ver-
bis inibi expreſsis teneri palinodiã cane
*Qui Iudæum appellauerit* re,quinetiam ſi quis alicui conuitium di
xerit,appellando eum Iudæum tenebi-
tur vtique ſicuti in hac ſpecie praxis, cõ
v. Petruz Salazar de ... tradictionis pœnam recipit in eo, qui
alterum Iudæum conuitij cauſa appella
uerit.Hac noſtra tẽpeſtate aſſeuerat Di-
da.à Couarru.lib.1.Variar. reſo. c.11. nu.
2.ad finem.tametſi ipſe nihil alleget,pra
xis illa fundari poſſet ex regia conſtitu
tione. titu.6.lib.8.ordinam. inibi *ſi dixe-
re otros denueſtos,* adnotando ſanè verba. l.
Regię in illa dictiõe *otros.* Dictio etenim
*Dictio Ali⁹ implicatiua eſt.* alius,alia,aliud, & ſimiles ſunt implicati
uæ,vt noſtri loquuntur ſimilitudinis,ex
glo.quæ expreſsim hoc ipſum vult in.l.
ſi fugitiui.C.de ſeru. fugitiu . & ibi paſ-
ſim doctores,& in.l. quidã relegatus,in
verb.Amiſsis.ff de rebus dub.gloſſ.in.c.
deinde.26.diſtinct.& glo.in.c.ſedes.de re
ſcript. & inibi Felin.num.5. &.6. & in.c.
præterea,ibi donationis titulo, alijsque
contractibus. Et iterum ibi, Contractus
quoque huiuſcemodi iuncta gloſ. inibi
extra,de iure patronatus.Et hoc conſtat
ex diuo Hieronymo in Apologetico.ad
uerſus Rufinum,inquiens, Miror te ho-
minem prudentiſsimum non intellexiſ-
ſe artem expoſitionis meæ.Quãdo enim
dico,ita tamen,vt non iuxta aliam hære-
ſim,omnes in vna ætate poſiti ſint:ideſt,
omnes in Angelo reformentur,oſtendo,
& ea de quibus diſputo eſſe hæretica, &
ab alia hæreſi diſcrepare. Et dictio, alius
denotat ſimilitudinem. Explicat Andr.
Tiraquel. in legibus Connubialibus in
glo.3.num.25.&.42.quam eſſe cõmuni cõ
ſenſu receptam ſententiã profitetur Cur
tius Iunior in conſi.183.nume.2. Quo fit,
quòd cùm hoc conuitium , appellando
quem Iudęum,ſit ſimile,& æquale reſpe
ctu iniuriæ inibi expreſſę , ſaltim illi cõ-
uitio,*hereje,* inibi expreſſo,illius regiæ cõ
ſtitutionis pœna tenebitur, appellando
quem Iudæum . Idque per quam maxi-
me conſtat ex verſiculo.*Y ſi dixere otros de-* *Ad contrarium.*
*nueſtos,* quòd. vtique teneatur palinodiã
canere, ſibiq; contradicere . Tametſi his
omnib⁹ refragari videtur tex. in.§. aliud
quoq; capitulũ,in auth.vt cum de appel
latiõe cognoſcitur collatio.8. Quo id cõ
ſtitutiſsimũ eſt vltra quatuordecim cau
ſas ingrituatdinis filium exhęredari nõ
poſſe,nec alijs ſimilibus poſſet ,exhære-
dari; inibi:nulli liceat cauſas ingratitu-
dinis exponere,niſi quæ his legibus con
tinentur,regia.l.8. quæ expreſsim id ad-
notat,ad finem,titu.7,part.6.Cuius ver-
ba ſunt. *Mas,y por otra alguna razon, qualquier
que no fueſſe de las ſobredichas,el padre desheredaſ
ſe a ſu hijo,no valdria tal desheredamiento* . glo.
paſsim admiſſa,in.c.quintaualis de iure
iurand.l.4.tit.7.part.6. deſcẽdentes pote
runt , vt obiter agam aſcendentes ex ſe
ptẽ potiſsimũ cauſis exhęredare gloſ.in
auth.nõ licèt .C.de lib.pręte,regia.l. 11.ti
tu.7. par.6. Et tres potiſsimũ ſunt cauſæ,
in quib⁹ frater exhæredare optimo qui-
dem iure poterit fratrem, glo. in.d.auth.
non licèt,regia.l.12.titu.7.par. 6. explicat 15
pleniori manu Guilielmus Benedict.in
c.reynuntius.de teſtamen.in verb.in eo-
dem teſtamento in primo num.203. Itidẽ
eodem verbo in ſecundo , num.29. & o-
mnium diligentiſsimè Ripa in.l. fina. C.
de reuocand. donatio.q.1. & inſignẽ dif-
ferentiæ rationem in cauſarum numero
ſcribit Iaſon col.1.in.d.authẽ. non licèt.
Quibus hîc quaſi per trãſennam perpen
ſis,ad hãc obiectionem , vnde digreſsi ſu
mus,vt redeamus, cùm lex iſta ſit corre-
ctoria, & pœnalis ſubijciens ingratitudi
nis cauſas ſicuti cõmuni cõſenſu adnotãt
doctores,in dicta authen. non licèt , etiã
ex maioritate rationis , ad alias cauſas
quàm

quàm inibi expreſſas minimè conuenit
extendi, vt communi conſenſu adnotãt
doctores in authent. quas actiones. C. de
ſacroſanc. eccle. & eſt tex. ad id celebris
in. l. ſi finita, verb. De cæteris. de damno
infecto. Barto. & Roma. in. l. ſi vero. §. de
viro, ſolut. matrimò. ff. glo. in clem. vt hi
qui de ætate, & qualitate. verb. Diſtribu
tiones, cuius meminit Romanus, conſi-
lio. 129. & hãc eſſe cõmunem profitetur,
Iaſon in dicta authen. non licet. nu. 6. &
nos pleniori manu trademus, & futuri
anni prouẽtꝰ, niſi fata inuiderint mox
dabit vberiora. C. de pœna binas contra
hentis nuptias. agentes. Quo fit nemini
licere, niſi vna ex quatuordecim cauſis
filiũ exhæredare, ſcribit Martinus Lau-
denſis in. l. 1. §. fin. ff. de iuſti. & iur. aſſeue
rans patriæ proditorem exhæredari mi-
nimè poſſe: ſi quidem indictis quatuor-
decim cauſis definitum non eſt, tametſi
Iaſon abſque delectu in pręcitata authẽ.
non licet nu. 7. profitetur neminem hãc
ſententiam tenuiſſe præter Marti. Lau-
denſ. huic tamen audit ſententiæ Imol.
in. c. accedens, de procura. id vnum aſſe-
uerans de eo q turpes cõtraxit nuptias.
Cuius meminit Alexan. in. l. 1. col. 7. ſolu.
matri. ff. Roma. conſi. 185. nume. 7. qui o-
mnes vno ore, vnoq; marte dilucida vo-
ce proteſtati ſunt præter cauſas inibi cõ
tentas, neminem ex hæredari poſſe: atq;
ideo in hac legis regiæ ſpecie præter ſex
illa conuitia, minimè tenebitur, palino-
diam canere, tametſi quiſpiam Iudæum
appellauerit.

Et iſthæc ſententia conueſtiri poſſet
*Rõ cõclusiõis* ex Romani conſilio pręcitato, nu. 7. vbi
in ea eſt ſententia, ſurripiẽtem filij cada-
uer ex ſepulchro minime priuari eiꝰ ſuc-
ceſsione. tametſi cadaueri fiat iniuria, ea
ſola ductus ratione, cum lex ſit correcto
ria minimè vltra prædictas cauſas exten
di debere deciſionẽ imperatoriam in. d.
§. aliud quoque capitulum. Et huic acce
mobilis columna,ob ſinceriſſimam eius
fidem & ſæpius exploratam,à Ceſare ſe-
lectus,eodemque munere ſincerê funct⁹
Callagurritanæ & Calciatenſi eccleſijs
præſul ab ipſo Ceſare deſignatus, tandẽ
Romani pontificis, & Cardinalium ſum
mo ſuffragio,vt chriſtianę reipublicę eſ
ſet maximum ornamentum epiſcopi ti-
tul.inſignitur. Et paulò poſt dum in ec-
cleſia Calciatẽſi ageret,boni paſtoris of
ficium,quẽadmodum coactus,ad ſedan-
das hereticoram ſectas,vnus èmultis pro
pter vitæ ſanctitatem ingentemq; vtri-
uſque iuris peritiam integramque eius
fidem ad concilium ſupremum vocatus
ſit. Is inquam hanc noſtram profitetur
ſententiam in practica criminali.ca. 60.
quo in loco Felin.minimè retulit Atque
ab Anania diſceſſit. Supereſt ananię ra-
tioni ſatisfacere.Si quidem quelibet cõ
ſtitutio penalis reſpectu criminis aut in
iurię odioſa cenſenda eſt,ideoq; reſtrin-
gẽda:reſpectu perſonarũ,quibus iniuria
fit,fauorabilis eſt cenſenda ex gl.cõi cõ-
ſenſu ſtabilita.in l.venia.C.de in ius vo-
can.Ex Bal.in.l.illud.col.3.C.de ſacroſan
ctis eccle. Quã eſſe cõmunem ſententiã
profitetur Iaſ.in.l.de ſucceſſorio. colũ.2.
Abb.in.c.nõ dubiũ de ſent. excõ. Quib⁹
cõſtat pontificiã cõſtitutionẽ.in.ca.ſi qs
ſuadente & iura ſimilia,q̃ ob clericorũ &
Cardinaliũ honorẽ pœnã irrogant, per-
cutientibus reſpectu illorum, quibus in
iuria fit fauorẽ continere.Atq; ipſius in
iuriæ reſpectu odioſa cẽſetur,eaq; ratio-
ne ad verbalem iniuriã nõ ſunt prædictę
cõſtitutiones deducendę.Ex quo omni-
no explodendam eſſe rõnem Annaniæ
conſtat.Et deniq; contra Annaniã,adſti-
pulatur,quod Aymõ ſcripſit cõſilio.6.co
lũ,1.dicens minimè eſſe crimen læſæ ma-
geſtatis.

geſt.in principem,verba iniurioſa dice-
re:ſicuti argum.optimo deſeruit.text. in
l.famoſi. ff.ad.l.iul.mageſt.Diuerſa ſi qui
dem hęc duo ſunt,cùm à Iuſtiniano ipſo
Imperatore diuerſis vtiq; titulis explice
tur.C.ad.l.Iul.mageſt.&in rub.C. ſi quis
imperatori maledixerit quibus cõſtat dã
nationem mereri Ananiæ ſententiam.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Varia traditur obſeruatio, apud diuerſa tribunalia in computatione ſolidorũ,quibus conuiciator multandus eſt,ex.l.2.tit.9. lib.8.ord. itidem.nume.9.*

2 *Auri libram duodecim vnciis conſtare, et ſeptuaginta duobus aureis ſolidis.*

3 *Solidum minimè ex eo dictum fuiſſe, quia ex ſolido & puro auro excuſus foret,ſed ex eo, quia nihil illi deerat, ex linguæ latinæ limatis authoribus dubio procul conſtat.*

4 *Regales ſolidos appellari cõſtitutiſſimum eſt.*

5 *Auri valorẽ,& ſolidi extimationẽ,fuiſſe eiuſdem ponderis,& inibi de boue moneta antiquiſſima quæ eiuſdem valoris quã ducatus aureus fuit.*

6 *Aureum veterem, à ſolido codicis Iuſtini.differre,& non fuiſſe eiuſdem extimationis, aurei valorẽ,& ſolidi extimationem,ſerioſe explicatur,& iterum numer.10.*

7 *Quinq; ſolidos eſſe eiuſdem extimationis,quã ſex morapetinos,noſtræ tẽpeſtatis declaratur*

8 *Solidorum numus antiquiſſimus centum & tres aureis extimatur, ex regiis cõſtitutionibus.*

10 *Vendicatio quingentorum ſolidorum, ſitnè ad ſolidos aureos vel ad æreos referenda diſcutitur.*

11 *Quid cauſæ ſit quare dicatur, ſegun fuero de Eſpaña,vendicatio quingentorum ſolidorum, præter alios explicatur.*

12 *Solidum aureum par pondus, habuiſſe cum Caſtellano.*

13 *Donationem excedentem quingentos ſolidos morapetinos ve aureos inſinuandam eſſe.*

14 *Morapetinum, varia monetarum genera cõprehendere.*

15 *Morapetinum aureum valuiſſe,decem morapetinis noſtræ tempeſtatis explicatur, & idẽ eſſe quòd morapetini boni.*

16 *Morapetinum bonum,& Alfonſi regis exploſa Didac. à Couarr.ſententia non eſſe eundem diſcutitur.*

17 *Aureum morapetinum qui tẽpore regis Alfonſi tractabatur,octo ſolidorum, & trium denariorum eſſe extimationis.*

18 *Ob conuitium illatum condemnato,ad trecẽtos ſolidos,minime ſufficere fideiuſſores, pignora ve dare.*

19 *Calore iracundiæ ob conuitia obiecta,minimè teneri palinodiam canere.*

20 *Quid etiam ſi per linguæ lapſum, meretricis nomen obiecerit ad idem teneatur.*

## ADHVC Inquiritur, de æreis ſolidis, quibus conuitiator mulctãdus eſt,circa regiam cõſtitutionẽ. Tit.9. Libr.8.ordinatio.regalium.

## Cap. II.

VT ad propoſitã quæ- 1
ſtionẽ reuertamur, ex
eadẽ regia ſanctione,
q̃ de conuitijs puniẽ-
dis agit,etiam colligi
tur,in illis verbis.*E peche trezientos ſueldos*. Et
obiter adnotãdũ eſt ad æreos ſolidos, q-
bus conuitiator ex ea.l.multandus eſt.Si
quidẽ varia traditur obſeruatio apud di
uerſa tribunalia. Quidam enim iudices
morẽ propriæ regionis ſecuti, quẽlibet
ſolidũ,duobus quadrãtibus exiſtimant.
Et vt vulgo paſſim appellãt,marauedis,
alij vt pote iudices ſupremi regij p̃torij,
ſolidũ parẽ eſſe cẽſent quatuor quadrãti
bus.Quo fit valde incertam eſſe horum
ſolidorum computationem:tametſi no-
uiſsimè Didacus à Couarr. S. Dominici
Archiepiſcop.Deſignatus,non modicæ
ęſtimationis apud omnes in vtraq; cen-
ſura,miro vt ipſe præditus eſt ingenio
ac eruditione ſingulari libr. 1. Variarum
Reſolu.c.11. ex linguæ latinæ bene peri-
tiſsimis,& iuris ſanctionib⁹,horum ſoli-
dorum



dorum et aureum valorem,morapetino-
rum etiam de quibus in pluribus hui⁹ re
gñi conſtitutionibus paſsim circunferri
ſolet,ad verum examen,& regiarum Cõ
ſtitutionum intellectum,reducit.Et poſt
eum Dominus Licenciat⁹ Otalora re et
fama vbique inſignis,olim in hoc totius
orbis celebratiſsimo collegio collega
ab omnibus.ſed à me præ cęteris extimã
dus in Pinciano prætorio auditoris me-
ritiſsimi munus exercens.libro. de nobi
litate.2.part.ca.4.numer.13. ſingulari, vt
ipſe præditus eſt induſtria,ac prę inſigni
eruditione,quaſi ab ſtipite ſeu fonte in
concordiam diſcordata reducit,& ab ex
teris ignorantiæ nebulis pacem deſiden
tibus iuribus affert,& in compẽdium.in
tellectum regiarum conſtitutionum re-
ducit. Et quamuis noſter labor poſt tot
egregios authores in horum ſolidorum
computatione minimè neceſſarius qui-
buſdam eſſe videatur,tamen quia in ea
extricanda viri diligentiſsimi, in varias
ierunt ſententias,tum etiam,quia iſthęc
computatio ſolidorum eſt plena ſentib⁹
& ſpinis,in ea conabimur.quid ferre va-
leant humeri ingenijque vires, ſugendo
lac de petra,oleum de ſaxo duriſsimo ro
ſas,& Lilia inter ſpinas.Et( vt ita dixerĩ)
reliquias fragmentorum poſt terga me-
tentium,quibuſdam depoſitis aſſertiõi-
bus huius quæſtionis nodum pro virib⁹
explicabimus.

*Dominus Otalora cõmẽdatur.*

Omittendum non eſt,quis nam ſit va
lor horum ſolidorũ.Si quidem in eius cõ
putatiõe doctores ita diſsident & diſce-
ptant,vt facilius Nilĩ fontes,quàm hui⁹
rei exitum inuenire poſſent. Vt à capite
ad calcem iſthæc quæſtio declaretur,va-
rièquidem in iure Cæſareo,Pontificioq;
ſolidorũ numus ſumitur. Quidam ſunt
ſolidi aurei,de quibus meminit Impera-
tor ĩ.l.quoties.C.de ſuſcepto. & Archa.
lib.11.vbi ſcribit, libram auri duodecim
vncijs conſtare,& ſeptuaginta duobus
aureis ſolidis.

*Numi varia acceptio in iure Cæſareo et põtificio.*

2 De quo ſolido Budæus meminit,lib.5.
de aſſe.Et Alciatus lib.11.C.col.2.idẽ Iſi-
dorus ſcribit,dicens ſolidũ, dici ſextulã
apud Latinos quòd ſexta ſit vnciæ pars
vti difinitum extat ex præcitata.l. quo-
ties.Et ante hos huius ſentẽtiæ authores
habeo.Bart.Plateã,Lucam, à pẽna inibi.
Abb.& Felin,in.c.cõquerente de officio
ordinarij.Habebatq; grana.96.vti ex Al
ciato,Yſidoro,Budæo,his in locis quib⁹
anteà meminim⁹ cõſtat. Quib⁹ et pleri-
que alij acceſſere,inter quos & Georg. A
grico.lib.2.de pondere & tẽperatura mo
netarum,Alcia.lib.3.diſpunctio. capit.9.
Ex noſtrę tempeſtatis hominibus Dida.
à Couarru.c.3.de veterũ collatiõe numiſ
matũ.nu.3.Nicolaus Boeri.Deciſ.327.n.2.
Quorum aureorũ ſeptuaginta duo librã
auri,Romanã faciebant,hoc eſt,duodecĩ
vnciarũ.Quo fit iure Cæſarũ antiquo, ſe
ptuaginta & duo aureos librã facere ex
glo.in authen. de defenſoribus ciuitatũ
§.& iudicare in gloſ.2.collatione.2.Cui ſi
milis gl.eſt in verbo vel viginti.in.l. qui
cunq; .C.de ſeruis fugit.Et inibi Bald. &
Sali.expreſſim adnotant.Itidem Bal. in
præcitata.l.quotienſcunq;. verbo.aut.&
in.l.id eſt de dolo.& in.l.fi.C.communia
delegatis.Glo.etiam in.l.in eum.de in ius
vocan.& in.§.omnium autem. Inſtituta
de pæna temere litigant. Et in rubri.C.
de veteri.numiſma.poteſtate.lib.11.Boe-
rius loco præcitato,libra verò argẽtĩ va-
let.10.aureos.l.1.& ibi platea.C. d̃ auri &
argẽti:illat.li.10.& in.d. .l.quotiens Scd̃ô
prĩcipaliter eodẽ iure diſputari poterit,
quod frequẽter in horũ ſolidorũ nume-
rum cõtrouerſia incidit,ſolidos à ſolidi-
tate dici. Siquidẽ de ſolido, & puriſsimo
auro fiebãt,ſicuti,in ea ſpecie ſcribit gl.
Accurſ.miris laudibus, à doctorib⁹ com
mẽdata.in.l.1.C.de veteri.numiſma.pote
ſta.De quibus fit mẽtio apud Impera. in
l.1.&.2.&3.eiuſdẽ.tit.& in.§.fi. inſtitu. de
pæna temere litigãti.Et ex neotericis tẽ-
peſtatis hõibus.ea in re idem extimaue-
re Nicolaus Boeri in deciſ.327.nu.1. Quo 3
rum ſentẽtia oĩno exploſa ipe contrariũ
exiſtimo,veritati magis fauere,cũ & ſo-
lid⁹,nõ ex eo dicitur,quòd ex puriſsimo
auro fieret,ſed ex eo quòd nihil illi deeſ
ſe videatur. Solidũ enim antiqui patres
integrum dicebãt,teſte Yſidoro eo in lo-
co.cui⁹ & anteà meminim⁹.Et p̃bat tex.
in.l.ergo.§.credito.ff.de fide.cõmſ.liber-
tatib⁹.Nec deſunt authores d̃ lingua lati
na bene meriti,qui idẽ exiſtimẽt.Si qui-
dem voluſius Mitianus libro,quẽ publi
cum fecit de aſſe,librã integrã ſolidum
appellat.Prima ( inquit ) diuiſio ſolidi.
id eſt

ideſt libre.Idē exiſtimat Nebriſſenſis in
lexicon iuris ciuilis.Et Horat.ea inre fi-
deliſsimus teſtis eſt. Epiſtolarum libr.1.
Dum cecinit.

*Aut partem ſolido, demere de die.*

Ex quibus ſatis iam ſatis conſtat,non
ex eo dictum fuiſſe ſolidum,quia de ſoli
do & puro auro excuſſus fuerit,vt falſo
exiſtimat glo.& hi, de quib⁹ & ante me-
minimus.Et ex nouioribus huic ſenten
tiæ accedit Didac.à Couarru.loco præci
tato.nume.4.probans aureos veteres &
ſolidos frequentiſsime percuſſos fuiſſe
ex auro mixto non ex puro.

*Solidi à iure regales appellati.*

4 Tertiò,ab eodem fonte deriuatur,ſoli
dos in iure regales appellari,ſicuti difini
tum eſt ex.c.fina,de rerum permutatio.
Vbi mutato nomine ſolidiregales appel
lat.Et Imperator de his verba facit.in.§.
nos autem Inſtitu.de Tertul. tutore. Et
in ca.conquerente.de officio ordinarij.
Et inibi Abb.& Felin. poſt pleroſque a-
lios.glo.in.l.2.C.de ſportulis.Cui ſimilis
eſt in.l.fundi.C.cõmunia.delega.Quo in
loco.& Bald.idem exiſtinat. Itidem in
l.quicunq;.C.de ſeruis fugit.ad finem.
Et ibi Salice.Glo. & paſsim doctores in
ca.2.de maledi.& in cap.fina.de decimis,
& in.l.finali.ff.de in ius vocand.Et huius
ſententiæ authores habeo.Bal.in.l.illud.
column.vltima.C.de ſacro.ſanctis eccle.
Cynum.in.l.penul.C.de donatio. Salice.
in.l.1.C.vt infra certum tempus.& ĩ.l.ſu-
per chirographum.C.ſi certum petatur,
Angel.in.l.ſancimus in princip.de dona
tio.C.Paul.in.l.fin.C.cõmunia de lega.
& omnium diligentiſsimè Socin. conſil.
8.in.1.conſultatione verſi. circa ſecundã
volu.1.Itidem conſilio.11.eiuſdem volu-
minis. Alexan.conſilio.4.volu.1. Nec de
ſunt Canonicæ philoſophię authores,
qui huic accedant ſententiæ,inter quos
& Ioann.Andr.ad Speculum titu.de in-
ſtrumen.editione.§.porrò.ad finem.Io-
annes Anna.poſt Abbatem in.ca. nulli.
col.2.de iudæis.Quibus in locis, nec ad-
modum inuiti pleriq; alij acceſſere.
Cæterum ſolidi æſtimatio & aurei valor,
tam apud Iuriſcõſultos quã Imperato-
res regiaſq; cõſtitutiones non fuit ſemp
eiuſdem ponderis nec eiuſdẽ bonitatis.
De aureo ſane quidem opinãtur eum nu
mum pondere ſimilem fuiſſe ſolido:atq;
idem exiſtimat A Emilius Ferret⁹.inſtit.
de pæna temere litigan.ad finẽ,& Anto.
Auguſti.lib.2.emendationum.ca.9.& no
uiſsime huic accedit ſentẽtiæ Ioan.Ota
lora in ſuo inquã eleganti opere quòd
de nobilitate Hiſpana publicum fecit,
p.2.ca.4.ſcribẽs ſolidum & aureum idem
eſſe ex tex.in.l.quoties prȩcitata.Ex qua
cõſtitutiſsimum eſt numum aureũ qui
ſolidus dictus eſt ſextã fuiſſe vnciæ ptẽ.
Secundò iſthæc ſentẽtia cõueſtiri poſ
ſet ex.l.ſi verò.§.prætor ait.ff. de his qui
deiecerunt vel effuderũt,quo in loco pȩ
na decem ſolidorum ſtatuta eſt iure pan
dectarũ,& paulò poſt p Imperatorẽ Iu-
ſtinia.expreſsim nomine, decẽ aureorũ
traditur in.§. item is verſicu. cui ſimilis
eſt.inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi male
ficio naſcun.Ex quo duo procul dubio
colligũtur. Quorũ primũ eſt, apud iuriſ-
cõſultos ſolidorũ mentionẽ fieri.qđ etiã
colligitur ex.l.quia vulgo.ff.de ædilitio
edicto.Secundum,id promiſcuè à Iuriſcõ
ſultis & Imperatore ſolidos accipi & au
reos & idem omnino eſſe.
Et vt obiter agã,bos intelligitur pro eo
genere monetæ,quam hodie ducatũ vul
go vocitamus.Sicuti diffinitũ eſt ex Ho
mero.lib.23.Ilia ex latina translatione.

*Huic quidem Vincenti magnum tripodẽ igni accomodatum.*

*Hunc autem duodecim boum præcio inter ſe appreciauerunt Achiui.*

Huic ſententię concinit Didymus, Ho-
meri interpres.libr.2.Ilia & Andreas di-
uus Iuſtinopolitanus. lib.6. Iliados.ita
vertit ad verbum.

*Aurea æris: Centum ducatorum, nouem ducatorum.*

Bouem autem valuiſſe duabus drach-
mis Atticis,vnde fuiſſe qui crederẽt,hoc
numiſma Deliorum fuiſſe proprium, nõ
Athenienſium. Et ex Draconis legibus
extat mentio de pendendis decẽ bubus,
quod eſt decem numis. Sicuti exiſtimat
Iullius pollux NaucratitesOnomaſticõ
ad Commodum. libr.9.ca. 6. Plutarchus
in Theſæo.Plinius.libr.18.ca.3.Idem Plu
tarchus in publicola,eſt in Problematis
capi.39.
Et vt quo abij redeam, de ſolido agens,
tertiô, ſuffragatur.l. vnica. C. de colla-
toribus.libro.10.vbi quilibet aureus ſo-
lidus



lidus æſtimatur, Antonio Auguſti. au-
thore, centum vigintiſeſtertijs. Atſi ſoli
dus eſſet minoris ponderis, quã aureus,
non eſſet veroſimile,pluris eum extima
ri,cũ centum ſeſtertijs aureus fuerit æſ-
timatus. Quò fit cùm conſtet de ſolidi
pondere,idem pondus habuiſſe aureum
Quod etiam conſtat,ex.§.vlt.inſti.de pȩ
na temerè litigan.vbi pœna à iuriſcon-
ſultis aureorum.50. ſtatuta in.l. ſi liber-
tus.ff.de in ius vocan.quinquaginta ſoli
dorum nomine expreſsit.
Quartò,ſuffragari videtur authoritas
Accurſij, Barto. & Docto. frequentius
in precitata.l.quoties,& in.l.quicunque
C.de ſeruis fugit.Abb.& Feli. & paſſim
doctor.in.c.conquerente,de officio ordi
narij. Ex quibus cõmuni conſenſu deciſ
ſum exſtat iuriſconſultorum aureum &
ſolidum Iuſtiniani, eiuſdem põderis ac
æſtimationis fuiſſe.Cæterum in quibuſ
dam regijs cõſtitutionibus mentio ſoli-
dorum fit,in his caſib⁹ in quibus aureo-
rum nomen exponitur, apud iuriſcõſul
tos, de quibus meminit.l.3.§.1. &.2. ff. de
ſepulchro violato.apud regias conſtitu-
tiones ſolidi nominantur,in.l.1. &.l.2.ti-
tu.18.libr.4.fori. Idque conſtat à ſolido
aureum non differre nec pondere,nec v-
tique eius valore,ſicut conſtat ex.l.7.tit.
13 part.1.vbi aduerſus occidentem epiſ-
copum ſub certo numero ſolidorum pæ
na ſtatuta eſt,videtur ſub eodem aureo
rum nomine iure communi definiri pro
eius criminis pœna. c. qui ſubdiaconũ.
13.quæſt.4.Satiſq; probabile eſt doctiſsi
mos illos viros, qui extremã partitarum
operi dedère operam,exiſtimaſſe,penſa
tis vndequaq; extimatiõib⁹,valoris eiuſ
dem aureum ac ſolidum fuiſſe,idque per
pleraq; id genus alia validiſsimis argu-
mentis cõprobat Ioãnes arce à Otalora
loco præcitato.num.13.Verum enimue-
rò,tametſi iſthæc ſententia pluribus ful
ciatur fundamentis, nihilominus ex cõ-
trario alijs viſum eſt,aureum veterem à
ſolido Codicis Iuſtiniani differre.Sicuti
Guillel. Budæus de lingua latina bene
meritus libr.3.itidem libr.5.de aſſe.Geor.
Agricola lib.2.de pondere & tẽperamẽ-
6 to monetæ. Cui accedit ſententiæ Leo-
nardus Portius.lib.1. demonetis, & pon
deribus & nouiſsime Alcia.lib.3.diſpun
ctio.c.9. explicat: vt pote aureus ſit ſex
cuplo maior pondere ipſo quidẽ ſolido.
quo fit quatuor aureos vnciam efficere,
ſicuti hac in ſpecie profitetur miro vt i-
pſe præditus eſt ingenio Dida. à Couar.
Archiepiſco.S.Dominici deſignatus in
ſuo eleganti opere,quem de veterũ col-
latione numiſmatũ publicũ fecit.c.3.§.1.
per pleraq; id genus alia cõprobans ex
Cornelio tacito,ex Plinio,ex Tranqui-
lo,alijsque authoribus aureum à ſolido
pondere differre.Reſtat rationibus quæ
pro contraria ſententia fuerũt adductę,
ſatis facere:Et primo minimo apice de-
ſeruire videtur,lex.quotiẽs.C. de ſuſce-
ptoribus & Archa. præcitat. quæ qui-
dem edita fuit à Valentiniano, & Valen
te Cęſaribus,vti cõſtat ex lib.12.C.Theo
doſiani.titu.6.Quo tempore, aureus, vel
ſolidus diminutus iam erat pondere ma
ximè à veteri diſsimilis:quippe qui ſex-
ta eſſet vnciæ pars.Nec igitur quidq̃ hãc
opinionem diuellit, quod ſolidus ſexta
vnciæ pars cenſeatur inibi, ſicuti Iſido-
rus & pleriq; alij ſcripſere. Nec itidem
obſtãt ab Antonio Auguſtino collecta
ex.l.vnica.C.de collatio.æris libr.12. vbi
Anto.Augu.exiſtimat ſolidum eius fuiſ
ſe põderis,cuius fuerat aureus:cũ tamen
pluris ſit valoris,pluriſq; extimetur. Cu
ius legis inductio, ſi vtamur lectiõe,qua
dicta.l.vnica legitur in.C.Theodoſiano.
lib.11.titu.22.l.2.cuius verba ſunt.

*Reſpõdet ad cõtraria.*

AEris precia, quę à prouĩcialibus po
ſtulãtur ita exigi volumus vt pro vigin
ti quinq; libris æris ſolidus à poſſeſſore
reddatur data &c. Ex qua cõſtat vnũ ſo
lidũ iuſta Anto.Auguſt.rõne,aureũ æſti-
mari centum quinquaginta ſextertijs.
Deniq; triginta ſeptem denarijs. Quam
quidẽ æſtimationẽ maximè iniquã eſſe
ſatis cõſtat:nec aureũ ſolidũ extimatum
vnquã fuiſſe, vt pote triginta ſeptẽ argẽ
ti denarios valuerit,nec id approbãt Bu
deus Alcia.Leonar.Portius,Agrico.Cæ-
terũ ꝙ aureus olim habuerit hãc æſtima
tionẽ, centũ ſeſtertiorũ, aut denariorũ
vigintiquinq;,id per quã maximê tradi
dere Bud.Alcia.Geor.Agric. & alij pleri
q; hãc rẽ tractãtes.Ex quo cõſtat,ſolidos
Iuſtiñ.nec ad aureos veterũ Romañ.refe
rẽdos eſſe,ſed vtiq; ad ſolidos vngaricos
argẽteos,q authoritate regis Vngarię p-
cuſi

*Solidi aurei æſtimatio.*

cuſi fuere, atque ideo in dic.c.vltim. ſoli
di regales dicuntur. Et ideo leɕtorem ad
monitum eſſe velim eos numos non eſſe
veteres Romanorum, nec Imperatorum
authoritate percuſos.

*Ca. Inter cætera.*

Ex quo conſtat ſolidos, de quibus in
ca. inter cætera.10.quæſt.3. qui loquitur
de duobus ſolidis ab epiſcopo exigen-
dis pro iure cathedratici, intellexiſſe de
ſolidis aſſuetis, quibus eo tempore Ro-
mani, apud quos ſummum agebat pon-
tificem, vtebantur. Hinc et illud eſt, ſi
oĩa adamuſsim declarentur text.in.c.cõ
querẽte de officio ord. loquẽs de ſolidis
ſolidos illos pares eſſe & ſimiles aureis,
& ſolidis Iuſtiniani, ſicuti expreſſim ad
notat glo, in cap.placuit.10.quæſt. 3.

Ex quo illud conſtituſsimum eſt ex
foro iuzgo lib.7.cap. vltim.& libro.3. ti-
tu.4.de ſolido aureo Romanorũ eſſe in-
telligendum, quo tempore ac poſtea re
ges Gotthorum vtebãtur proprijs legi-
bus, ſolido aureo Romanorum.

Poſtremo vti ex regijs conſtitutioni-
bus conſtat, in quibus ſanè ſepenumero
de ſolidis mẽtio fit, variè quidem in his
legibus ſolidus accipitur, ſicuti ex illa-
rum tenore conſtat: vt pote paulò antea
mentionem fecimus de ſolido in foro
Iuzgo apud quem mentio fit. Alij ſunt

*Solidi regis Alphonſi.*

ſolidi, de quibus fit mentio à rege Alfon
ſo vndecimo, cuius legibus conſtat quẽ
libet ſolidum eſſe minoris ponderis ac
eſtimationis quintæ partis, quàm mora
petinum communem, qui ea tempeſtate
currebat, ſicuti conſtat ex.l.11.&. 19. titu.
10.lib.7.in ordinatio.regalibus.& in.l.22
&.30.&.32.in conſtitutionibus, quas in
conuentu Complutenſi fecit Rex Alfon
ſus vndecimus, *à hera de mil y trezientos y o-
chenta y ſeys.* Ex quibus quidem conſtat
quatuor morapetinos eiuſdem eſſe ex-
timationis, quàm quinq; ſolidos idque
per plura probat Didacus à Couarru. c.
7 5.nume.7.loco cuius & antea mentionẽ
fecimus, exiſtimans quinq; ſolidos eiuſ
dem eſſe extimationis, quã ſex morape-
tinos noſtræ tempeſtatis. Quam obrem
infertur primò, morapetinum Alfonſi
regis & legum latoris æqualem eſſe quo
ad valorem veteri Romanorũ ſeſtertio.
Idem exiſtimat Doɕtor Vincente arias
& Montaluus in.l.1. titu.3.&.l.1.titu.5.li.
2.fori. itidem Montalu.in repertorio, ad
regias conſtitutiones, verbo ſolidus, id
vnum addens, ſolidum bonum vti paſ-
ſim leges regiæ loquuntur fuiſſe extima
tionis oɕto morapetinorũ demoneta vie
ja. Et ſecundum eius computationẽ hac
noſtra tempeſtate eſſet extimatiõis duo
decim morapetinorum. Idq; probatur
ex lege Alfonſi vndecimi.in.l.11. titu.11.
libr.4.ord.ex.l.19.in ordinat. regalibus.
Ex quibus ſanè minimè cõſtat ipſius ſẽ-
tentia. Ipſe tamen exiſtimo hos ſolidos
qui extimãtur duodecim denarijs, & ap
pellabantur *Sueldos buenos*, ob eam cauſã

*Sueldos buenos.*

appellatos. Si quidem alij erant non tã-
ti extimationis, idque conſtat ex addu-
ɕtis per Didacum à Couarru. loco cuius
paulò ante mentionem fecimus. De ve-
terum collatione numiſmatum.c.5. nu.7
fol. 35. Si ad amuſsim omnia, quæ hoc in
capite tradita fuere, examinentur ma-
ximè conuenit expedire illud.

Fuit etiam ſolidorum num⁹ antiquiſ- 8
ſimus, ſicuti explicat Montaluus.in.l.ti-
tul.5.libr.2.fori, qui quidem aureus erat,
extimabaturq; cẽtum & tribus aureis.
De quibus ſanè meminit text.in.l.18.tit.
1.lib.2.foro iuzgo. Ex Celſo in ſuo reper
torio in verbo ſueldos. Preter hæc fuit
alia ſolidorum computatio, vt diffini-
tum extat.in.l.4.titu.17.libro.4.fori ini-
bi tamen *quinientos ſueldos de ſus bienes.* Vbi
homicida quingentis ſolidis cõdẽnatur
tametſi valor ſolidorum ſit expreſſus.
in.l.11.&.19.titu.11. libr.4.ordinatio. rega
li. Nihilominus in pena homicidij eorũ
valor mutat⁹ eſt ex.l.141.ſtilij inibi. *Tre-
zientos y quarẽta marauedis, que an vſado lleuar.*
Et nouiſsimo iure. 600. morapetini exi-
guntur pro homicidij pena ſicuti con-
ſtat. *En el aranzel real.* quod incipit. del ho
mezillo.

His ita prȩſcriptis ſupereſt eorũdẽ ſo
lidorum ſpeciem ac diſtinɕtionem expo 9
nere, & quod in hac noſtra ſpecie atti-
net, fuit etiam alia ſpecies ſolidorum ex
ære conflatorum, de quibus æreis ſoli-
dis loquitur tex. regiaq; conſtitutio pau
lò antea citata.l.2.titu.9.libr.3.ordi. Qui-
bus quingẽtis ſolidis conuitiator illa le-
ge mulɕtandus eſt, cuius diſpoſitiõis va-
ria traditur apud diuerſa tribunalia ob-
ſeruatio. Siquidẽ iudices quidam morẽ
propriæ



propriæ regionis ſecuti, quẽlibet ſolidũ
duobus extimant quadrantibus, quos
vulgus circũferre ſolet marauedis. Alij
verò & frequẽtius ſupremi & regij præ-
torii iudices (quos *Alcaldes de corte* vulg⁹
appellat) quatuor quadrantibus ſeu du
pondijs ſolidum parẽ eſſe cenſent.
Hi nempe ſolidi ærei ſcđm Montaluũ,
dicebãtur ſolidi Burgaleſes. De quibus
ſanè ſecundum eum loquitur text.in.l.1.
titu. *De los Eſcriuanos*, lib.1.fori.l.1.tit. 5. lib.
2.fori. Et vnuſquiſq; ipſorũ denarijs duo
decim extimabatur: ex quibus denarijs
decem dicunt hodie morapetinum con-
fici: Siquidem denarius ex ſex (quas vo-
cant meajas) conſtabat: quarum ſexa-
ginta conficiebant morapetinũ, cum is
ex ſex (quos dicũt *Cornados*) conſtet. Quo
rum quodlibet decem meajas continet.

*Denarius.*

Et diɕta conſtitutio regia quæ de conui-
tijs agit orta fuit ex.l.2.tit.3.lib.4. ordi.&
ex.l.1.&.3.titu.5.lib.4.fori. Et hanc ſnĩam
nouiſſime profitetur licenciatus Otalo-
ra loco precitato.nu.13.fol.22.col.2. Tam
etſi in computatione horum ſolidorum
diſcedat Dida. à Couarru.c.5.nume.7. eo
loco cuius & anteà mentionem fecimus.
Ex quo deducitur computationẽ horũ
ſolidorum generalem fuiſſe variè ac di-
uerſè ſecundũ ipſius materiã ac regionũ
morem, & conſuetudinem accipi.

*Vendicatio. 500. ſoli.*

Poſtremo vendicatio quingentorum
ſolidorum, quȩ competit nobilib⁹, ſitne
ad ſolidos aureos, qui caſtellanorum põ
dus obtinebãt, vel ad alios antiquiores,
q centũ tribus aureis conflabãtur, vel ſa
10 nè ad ȩreos ſeu Burgaleſes, quorum va-
rius & incertus eſt valor. In quo dubio
tametſi inuitus exiſtimat Ioan. Otalora
loco præcitato intelligi de ſolidis illis, đ
quibus tex. loquitur, in.l.11.& in.l.19. tit.
*De las encartaciones*, lib.4.ordinam. Vbi no
bili imponitur pœna trecentorum ſoli-
dorum, qui extimantur ducentis & qua
draginta morapetinis. Itidem lex.19.ex-
plicat nobilem puniẽdum eſſe quinque
ſolidis, q extimãtur.4.morapetinis. Sitnè
hæc ſolidi aurei vel ȩrei adhuc dubiũ eſt:
tametſi leges regiæ explicant quingen-
tos ſolidos, quatuor cẽtum morapetinis
eſtimari. Ex quibus ſanè conſtat valor
horum ſolidorum, ſicuti exiſtimat. D. Li
cẽtiatus Otalora vbi ſupra. Atque ideo
fuit ſolidorum extimatio varia, in præ-
citata.l.11.titu.19.tit. *De las encartaciones*, li.
4.ordinam. *Adonde ſe dize que ſi el hijo dalgo
tomare por fuerça de lo ſalariego, o abadengo, ore-
dendo, o behetria, buey, o baca, o carnero, &c. Pa-
gue por pena trezientos ſueldos, que ſon dozientos y
quarenta marauedis.* Et in. dic.l.19. præcitata
diffinitur q̃ ĩ aliis pœnis teneatur ſolue
re quinq; ſolidos, qui conumerãtur qua
tuor morapetinis. Quo fit vt vindicatio
quingentorũ ſolidorum, quæ competit
nobilib⁹. *Segun fuero de Eſpaña*, debeat ſanè

*Segun fuero deſpaña.*

ĩtelligi de ſolidis, quos cudi fecit rex Al
phonſus: Cæterum ſi in dubium reuoce-
tur quid cauſæ ſit, quare dicatur. *Segũ fue
ro de Eſpaña.* illa vendicatio quingen-
torum ſolidorũ non fuit introduɕta per
legem, *ſi no por fuero*, ſicuti conſtat.in. l. 85.
&.l.131.ſtili. *y fuero dize la ley*, 6, tit.2. part.1.
*Es coſa en que ſe encierran vſo y coſtumbre, y aſsi
fuero de Eſpaña es vſo y coſtumbre que en ella ha
habido, y deſte fuero les vino à los hijos dalgo el de
recho de vengar los quinientos ſueldos, y otros dere
chos preuilegios y eſſenciones, que tienen.* Et huic
ſententiæ ſubſcripſit nouiſſimè Ioannes
Otalora in lib. de nobilitate Hiſpaniæ.2
part.ca.4.fo.25.nume.11. Pro qua recepta
ſententia vltra doɕtores aſtipulatur tex.
in.l.2.titu. *De las prendas*, libr.3.foriquæ in-
cipit, *Si el caual cro deue algo al franco, o a otro
home de rua, por aquella deuda, ni por otra coſa đl
mundo, no trabe ala beſtia, que caualgare, ni đ las
riendas, y ſi lo fiziere preſte quinientos ſueldos de
calumnia, dozientos y cinquenta ſueldos ſean por el
rey: E los otros dozientes y cinquenta ſean para el
cauallero, por la deſhonrra que auia recebido.* Pro
qua ratione extat regia.l.11.titu.11.libro.
4.in ordinatio.regalib⁹. Quo in loco mẽ
tio fit legis regis Alphonſi vndecimi, cõ
ditȩ Compluti æra de.1386. Vbi ita ſcri-
ptum reliquit, *por fuerça pague trezietos ſuel
dos, ſi fuere lo que tomare de labradores. E ſi fuere
de hijos dalgo, quinientos ſueldos.* His omnibus
adſtipulatur.l. foro iuzgo libr.8.titulo.4
quæ incipit, *ſi algun home ha buey brauo, don-
de eſtimãdo ſe los daños hechos por animales. y las
muertes de hombres en ciertas cantidades, en la
del home de honrra dize que peche el ſeñor del ani
mal quinientos ſueldos por el homezilo.* Et his
omnibus nec admodum inuitè ſuffra-
gantur, quæ ſcripſit Rhenanus. libro.2.
de rebus Alemanicis, & præcitatæ leges
ſtylli.85.&.l.131. Quibus cõſtat, *que el que*

*iniuriaſſe de palabra al home hijo dalgo, ha de pa-*
*gar quinientos ſueldos, aunque las iniurias hechas*
11 *à otros hombres que no ſean hijos dalgo no tienen tã*
*ta pena. Y la cauſa y razon porque dizen en Caſti*
*lla, Hidalgo de vengar quinientos ſueldos, ſegũ fue*
*ro de Eſpaña. Es la ſobredicha, porque à los Hidal*
*gos por ſu nobleza les compete eſte derecho, ſpecial*
*deſtimar y pedir ſus iniurias, por quinientos ſuel-*
*dos.* Cęterùm illud quæritur, ſi omnia ad
amuſſim declarentur, donationem exce
dentem trecentos ſolidos olim, hac no-
ſtra tempeſtate quingentos, inſinuari de
bere. De qua meminit tex. in. l. ſancimus.
C. de donatio. & in. §. alij inſtitu. eodem.
titu. & l. ſi quis pro redemptione. §. cæte
ris. C. de donation. regia. l. 9. titu. 4. part. 5.
Baldus. in. l. illud. C. de ſacroſanctis. ec-
cleſ. Itidem in. l. fina. C. de iure dotium.
Quibus nec admodum inuiti plerique
alij ſubſcripſere, inter quos Mari. Socin.
Iuni. conſi. 69. nume. 37. Et rurſus cõſi. 77.
nume. 55. libr. 1. & conſi. 67. nume. 18. Itidẽ
conſi. 118. nume. 2. volum. 2. Franc. Areti.
conſi. 77. Carol. Ruy. conſ. 159. nume. 6. Et
rurſus. 15. volu. 4. Ioan. Lupi. in repetitio-
ne. rub. de donat. inter. §. 17. nume. 6. Ant.
de Canario, huic accedit ſententię in tra
cta. de inſinuatio. in. 1. & 2. par. numero. 1.
Guido. Papa conſ. 57. Et rurſus in deciſio
ne. 325. Ioan. Igne. in authen. ex cauſa. nu
me. 207. C. de libe. præte. Ioan Beſſa. in cõ
ſuet. Alberniæ. c. 15. artic. 42. Paul. Pariſi.
ſerioſe id explicat conſi. 25. nume. 53. Iti-
dem conſi. 69. nume. 93. volu. 3. Ioan. Bar-
tholome, Deſcharampis. in conſi. 111. nu.
6. inter conſi. Albe. Brun. Andre. Tiraq̄l.
in. ll. cõnub. glo. 4. nume. 10. & in gl. 5. n. 32
& 34. itidem in glo. 6. numero. 177. & 272.
Aymon publici in glo. ad præcitatas, cõ
ſuetu. Alberniæ. arti. 42. Didac. à Couar
ruuias libro. 1. variarum. capit. 11. nume-
ro. 3. exiſtimat pondus cuiuſlibet ſolidi
aurei eſſe ſextulam partem vncię Roma
næ habereque. 69. grana vti ex Alcia-
to & Yſidoro deducitur, quos ipſe alle-
gat loco p̄citato. Et pręter inibi citatos
idem exiſtimat Barto. in rub. de vete. nu
miſma. poteſtate, & in. l. quoties. C. de ſu
ſcepto. & Archa. libr. 12. Caſſan. in cõſue
tud. Burgund. titu. des iuſtices, rub. 1. §. 7.
fol. 76. colum. 4. nume. 1. Alex. in conſi. 4.
nume. 9. volu. 1. Albertus Brun. in tracta.
de augmento in vltima concluſione. 1. q.
principali. Andre. Alciat. in. l. etiam au-
reos numos, & in. l. hæc nunciatio. ff. de
verbo. ſignifi. Et ante hos, Abb. in capit.
nulli. nume. 1. de iudæis. Caſtrenſ. in. l. fi.
C. communia delega. Felin. in additioni
bus ad tex. in præcitato. c. loquente. Bar.
& platea, & Lucas de pẽna, idem exiſti-
mant in dicta. l. quoties. C. de ſuſceptori-
bus. Qua ductus ratione, Didacus à Co- 12
uarru. in ea eſt ſententia, ſolidum hunc
aureum par põdus habuiſſe cum eo nu-
mo, quem Caſtellanum Hiſpano ſermo
ne dicimus. Siquidem ſextam quoq; ha-
bet vnciæ partem Caſtellanus: tãetſi ma
ioris valoris eſſet ſolidus, cùm & is apud
Romanos extimatus ſit ſexagĩta & tres
ſextertios et dimidium, quorum quili-
bet decem quadrantibus, id eſt morape-
tinis, æquiualet. At Caſtellanus, cccc.
lxxxv. morapetinis extimatur. Et ſic
xlviij. ſextertijs & dimidio. Quo datur
non inconcina declaratio ad legem. 9. ti.
4. part. 5. quæ quidem confirmat Cæſa-
ream conſtitutionem in. l. ſancimus. & l.
penultim. C. de donatio. Donationem
excedentem quingentos morapetinos 13 *Donatio ex-*
aureos nullius eſſe momenti abſque inſi *cedens. 500.*
nuatione, vt illa lex intelligenda ſit de *morapetinos*
ſolidis aureis, vel Caſtellanis. Quo fit vt
iſthęc tria ſolidus, aureus, Caſtellanus, et
morapetinus aureus, idem ſignificent,
ſicuti Barto. Bald. Pau. Salice. et Alexan.
& frequentiori cõſenſu vtriuſque iuris
ſchola exiſtimat in. l. quoties & in capit.
conquerente præcitatis, ſolidum & au-
reum idem eſſe. Et ex neotericis docto-
ribus, idem aſſerunt Anto. Auguſtinus.
libr. 2. emendationum. capit. 9. Aemilius,
Ferretus. Inſtituta. de pæna temerè liti-
gantium. in princip. poſt Montalu. in
præcitata. l. 1. titu. 5. libr. 2. fori. Et præter
doctorum votum approbat Imperator
in. §. final Inſtitu. de pæna temerè litigan
tium. Cùm inibi Imperator fforum diſ-
poſitionem refert, pœnamque. 50. aure-
rum. Eam ſiquidem pænam quinquagin
ta ſolidorum aſſeuerat eſſe vt ſolidi & au
rei idem ſint.

Ex proxime dictis eiuſdem doctoris *Solidus &*
ſententiam probo ex interpretatione le *aureus idem*
gum huius regni. Si quidem his locis vbi
fforum iura aureorum meminere, regiæ
leges ſolidos appellant, ſicuti cõſtat. in
l. 1. &



l. 1. & 2. titu. 18. libr. 4. fori, vbi declarãs le
gem. 3. de ſepulchro violato, vt in ei' ſpe
cie ſepulchrum violans centum aureo-
rum pœna plectẽdus ſit, diffinit ſolidos
eſſe.
Scdò, id conueſtiri poſſet ex. l. 8. titul. 18.
par. 1. vbi deciſſionem Pontificiam com
probat in ca. ſubdiaconum. 18. quæſtio.
4. quæ expreſſim hoc ipſum vult, vt in-
terficiens clericum epiſcopũ vè, aliquot
ſolidorum pæna afficiatur, explicat re-
*Morapet. no* gia. l. id eſſe intelligendũ de aureis. Nec
*men gñale.* ſilentio præterire libet, ſed maximè con
14 uenit adnotare, ad prædictæ regiæ legis
examen, cum quotidie in cõtrouerſiam
veniat, & paucis exactè comprehẽdi ne
queat, nomen illud morapetinorum ge-
nerale fuiſſe in hoc Hiſpanæ regno, va-
ria monetarum genera comprehendens
vt ſcribit Didacus à Couarru. libr. 1. Va-
riarum. cap. 11. poſt Montalu. in. l. 1. titu.
5. lib. 2. fori. Quòd maximè conducit ad
intellectum plurium regiarum conſtitu
tionum. Veterum morapetinorum qui-
dam fuerunt aurei, quidam verô ærei, &
vtrorumque fuerunt diuerſæ ſpecies, &
extimationes. Siquidem ex auris quidã
maioris valoris, quidam minoris erãt: ex
ęreis itidem vt paulô pòſt, dubio procul
oſtendam.

Cæterum id conſtitutiſſimũ eſt, quod
nimis ſolicitam facit hãc dubitationem,
Siquidem partitarum legibus fori ſtylli,
& ordinatio. regali, variè diuerſèq;. cir-
ca horum morapetinorum valorem diſ-
poni videtur. Et primo lex. 9. titu. 4. par.
5. aſſeuerans donationẽ quingentos mo
rapetinos aureos excedens inſinuan-
dam eſſe ſicuti paulò anteà. nu. 1. adno-
tauimus. intelligenda eſt de morapetino
aureo, qui Caſtellani noſtri temporis va
loris eſt. Et iſti nempe morapetini aurei
appellantur morapetini. Alphonſi, ſicu
ti pleniori manu declarat Ioann. Ota-
15 lora libro de nobilitate Hiſpaniæ. 2. par
tis. capit. 4. fo. 23. colum. 1. longè quidem
alia fuit extimatio horum morapetino-
rum aureorum. Siquidem aureum mora
petinum, quo veteres in hoc Hiſpanię re
gno vtebantur, valuit ſex morapetinos,
ſicuti diffinitum extat ex. l. ſtylli. 114. qui
tempore regis Alphonſi legum latoris
expendebantur. Horum autem æſtima-
tio, ita accipienda eſt, vt eorum quemli-
bet eximemus decem morapetinis, qui-
bus hac noſtra tẽpeſtate & imperio Ca-
roli Cæſaris primi Hiſpaniarum regis
vtimur. Quò fit vt legis ſtylli ratione p̄-
habita, morapetinus aureus. apud vete-
res valoris fuerit ſexaginta morapetino
rum, ſeu quadrantum, quibus nũc ex æ-
re vtimur. Quod ductus quadam ratio-
ne probare nititur Didacus à Couarru.
loco præcitato. nume. 4. Ex quo conſtat
vnumquẽq; illorum morapetinorum, re
gis Alphonſi æquiualentem fuiſſe decẽ
hodiernis morapetinis, vti hac in ſpecie
diffinit Ioan. Otalora loco paulò ante ci
tato. colum. 3.
Tertiò ad regiarum legum intellectum
illud adnotandum eſt, maximè verò ad *L. 7. titul. 9.*
legem. 1. titu. 9. lib. 8. in ordinatio. regali- *libr. 8.*
bus, quæ condita fuit à Ioãne Rege pri-
mo Biruieſcę. Anno. M. ccc. lxxxvij. qua
ſtatutum fuit parentibus conuiciantem
puniendum fore pæna ſexcentum mora
petino. Eſt ſanè intelligenda conſtitu-
tio regia de morapetinis bonis, *Que ſon*
*ſeys mil marauedis deſta moneda,* ſicuti prædi
cta lex regia expreſſim declarat. Ex qua
colligitur bonos morapetinos regis Al-
phonſi fuiſſe, quorum quodlibet decem
morapetinis extimabatur, idque cõſtat
ex. l. 1, titu. 5. & ex. l. 9. titu. vltim. lib. 8. or-
din. Ex qua diffinitur morapetinum Al
phonſi regis, & morapetinum bonum, 16
eiuſdem eſſe æſtimationis ſicuti in hac *Morape. Al*
ſpecie Didacus à Couarru. libr. 1. Varia. *phõſ. & Mo*
cap. 11. nume. 4. 2. illatio. declarat. Ipſe ta *rapet. bonus*
men ab hac ſententia libenter diſcedo. *idem.*
Quinimo morapetinum bonum, non eſ
ſe regis Alphonſi conſtat, ſed illum mo-
rapetinum antiquũ qui ante ipſum cur-
rebat, quem ipſe cum ſuis appendit, &
reperit vnum pro ſex ex ſuis pondus ha
bere: ſicuti Otalora non ſemel adnotauit
loco præcitato. Et iſtum morapetinum
bonum appellari: cùm ſit melior cæteris.

Morapetinum verò veterem exiſti-
mo appellari morapetinum eiuſdem re-
gis Alphonſi, vt diffinitur ex legibus or
dinam. Iuncta. l. ſtylli præcitata, quæ de
clarat, quòd rex Alphonſus inuenit mo
rapetinũ antiquum, qui ante ipſum cur
rebat, fuiſſe extimationis ſex morapeti-
norum ſuorum vt apertiſſimè cõſtat ex

ordinationibus regijs quas rex Ioannes Guadalajaræ anno Domi. M. cccxc. condidit vti conſtat ex.l.1.titu.5.& ex.l.9. titu. vltim.ordinam.Et idem Ioan.rex primus Biruieſcæ explicat, *Que cien marauedis buenos valen ſeys cientos de moneda vieja*, reſpecto, *de la que entonces corria, y eſta cuenta de vno por ſeys, correſponde con la ley del ſtyllo.* Hoc quippe videtur veritati magis fauere, exploſa vtique ſententia Didaci à Couarr. in.2.3.&.4.illatione, loco præcitato. Nec vtique aliquo dubio deſeruire videntur regiæ leges in.l.3.&.4.titu.12.lib.8. ordin. ſicuti hac noſtra tempeſtate mirum in modum reſpondit D.Otalora.eo in loco cuius & antea meminimus.Ex quo etiã conſtat, non ſatis exactè hac in re Celſũ Hugonem in repertorio, dictas conſtitutiones regias in dictione marauedi perpendiſſe, nec quod Alphõſus Amontal. loco præcitato dixerat. Poſtremô æreũ morapetinum, quo hac tempeſtate vtimur, conſtituunt ſexaginta meajas, vel cornados ſex, quorum quodlibet decem meajas continet.

*Didac. à Couarru. ſentẽtia explodi-tur.*

17 Aureum verò morapetinum, qui tempore regis Alphonſi vſu tractabatur, erat æſtimationis octo ſolidorum, & triũ denariorum, vti ſcribit Alphonſus Amõtaluo.in.l.1.titu.5.libro.2.fori. aſſeuerans eum eſſe numum morapetinum aureum Cuius Alphonſi conſtitutiones paſſim meminere.Et quamuis hac noſtra tempeſtate in hoc negotio plura extent commentaria à Didaco à Couarru.& à Ioan. Otalora, locis præcitatis, iſthæc tamen quaſi per tranſennã prætermittenda nõ duxi, ad aliquot regiarum legum intellectus.

Ex eadem radice, ad regiam ſãctionẽ, quæ de conuitijs puniendis agit, & ſoluẽdis trecentis ſolidis, illud ex mente literæ recipiendum reſponſum obuiũ erit, ſi criminis autor, ob conuitium condemnatus fuerit ad ſoluendos trecentos ſolidos, non ſatis eſt fideiuſſores, vel pignora dare, vt liberetur ex.l.4.§.ait pretor.ff.
18 de re iudica.vbi diffinitum extat, condẽnatum ſoluere, minimè liberari, dando idoneos expromiſſores.l.quod ſi nõ ſoluere.ff.de pigno.actio.l. item liberatur. §.qui paratus.ff.quibus mo.pignus. vel hypoth.ſolui. Ex quo Barto. rationem ſumens, aſſeuerat condemnatum ad pænam pecuniariam: ſin minus intra certum tempus eam non ſoluerit, ad pedis amputationem, non liberari ab hac poſteriori pæna dando fideiuſſores. Itidem Bart.in.l.ſi pecuniæ.ff.vt in poſſeſſio.legato.& in.l.eum qui.ff.de priuilegijs credito.Et nos in ea ſpecie tradidim⁹, de ratione pænæ.nume.9.agentes.& conniuẽtibus oculis ex regia ſanctione deduco. inibi.E peche trezientos ſueldos. id eſt ſoluat trecentos ſolidos. Atque ideo ſoluere præciſè cogitur, ex Barto. Guiller. de Cuneo.in.l.quamuis.in princ ff.de pignora.actio.Bal.in margarita ſua.in verbo alternatiua. verſic.5. Paul. Caſtren.in dic.l.4.§.ſi ex conuentione ad finem.vbi dicit, id perpetuo eſſe menti tenendum. Itidem in.l.cùm proponas in.2.C.de trãſactio.fina.col.Catelian.Cotta, miris laudibus exaltans in memorabili alternatiuarum: Alexan.in.l.1.colu.1. ff.qui ſatiſdare cogan.Felin.in ca.inter cęteras.col. 2.Extra de reſcriptis.Tametſi Roman. in d..l.1.ab hac ſententia prorſus diſcedat. Ex.l.penulti.ff.quibus mod.pignus. vel hypotheca ſoluitur. Ex ea rõne duct⁹ qa in alternatiuis debitoris eſt electio.l.plerũq;.ff.de iure dotium. Nec aliquo iuris apicè à Roman. adducta, deſeruire vidẽtur, quominus iſthic intellectus procedat. Siquidem.l.penultima, non probat Roman. ſententiam, cùm inibi creditor ſponte recepit. Et quod de alternatiua dictum eſt, procedit, cum quęlibet earũ, eſt in obligatione Longè quidem aliter, ſi vna tãtum ſit de vita, altera pro illius cautione promiſſa. Et huic intellectui fauet .l.promiſſor.§.vltimo.ff.de conſtitu.pecunia. Vbi ita Conſultus ſcribit. Conſtituto ſatis non facit, qui ſoluturũ ſe conſtituit, ſi offerat ſatiſdaturum. Gloſſ.in.l.vltima.§.1.in verbo cogendũ. ibi.Sed ſimpliciter.ff.ſi certum petatur. Qui ſimpliciter promiſerit, nõ liberatur dando fideiuſſores. Nam crediroti ſatis fieri debet.l.ſi rem.§.omnis.ff.de pignor. actio.Et Bal.& Bologninus.in ſecundis interprætationibus inibi gloſſ.illam dicunt ſingularem, ad id quod debitor incarceratus, ob æs alienum non poſsit, à carcere liberari, fideiuſſores dando.Bal. in Margarita ſua in verbo debitor. col. 2.verſic.

*In alternatiuis debitoris eſt electio.*



2.verſ.ſi debitor propter debitum.

Et præter alia, quæ maximè his deſeruire videntur fortiſſimum huic rei argumentum præſtat Barto.ſententia in.l. ſtatuliberos.§.ſi quis acceperit.ff. de ſtatu. libe.Et in.l.1.ff.de cuſto.reorum. Quod ſi ex ſtatuto criminis autor ad pœnã pecuniariam condemnetur, & ſi eam non poſſit ſoluere capite puniatur: immunis quidem non eſt, à capitis pœna, fideiuſſores præſtando, ex Angel. & Imol.in.l.1.ff.de iniuſto.teſtamen.Paris à puteo. de ſyndicatu, in verbo pœna.verſi. quia multa Hippolit.conſil.16.Angel. de maleficijs. in verbo ſi non ſoluerit.Ludou. Carre.in practica crimina.§.homicidium.7.nume. 28.cap.cum aliquibus.de re iudi.Vbi diffinitur quôd condemnatus ad poſſeſſionem tradendam minimè liberatur fideiuſſores præſtando, pignora ve dando. Barba.conſi.15. preclarè.1. dubio libro.2. gloſ.in.l.ſatisfactio.ff.de ſolutio.

19 His tandem prænotatis, opportunè quæritur, quo ad regiæ cõſtitutionis examen nequaquam, teneri palinodiam canere, atq; ſoluere vel trecentos ſolidos ſi calore iracundiæ comuitia expreſſim in d.l.deſcripta alicui obiecerit, vel horũ alterum ex Tullio, officiorum.1. inquiens, leuiora ſunt, ea quæ repẽtino aliquo motu accidunt, quàm eà, quæ meditata, quæ præparata inferuntur. Quod & libro.2. de inuentione latius exequitur, tractans de impulſione, & animi perturbatione. Siquidem ea, quæ inconſulto dolore, & furore iræ, excuſationem habent, cum repente, & ſine deliberatione fiunt: quia non ex toto voluntaria ſunt, nec prorſus maliciæ imputantur: ſed magis humanæ fragilitati. Quaproper leuius punienda ſunt. Ex Plato.libro.9.de legi.pagi.7.& inſigni breuitate docet Thom.1.2.quęſt. 24.Abulenſis ſuper Mathe.ca.5.quæſtio. 122.ſylueſter, & Caieta.in ſummis verb.rixa.docto.paſsim in.l.quicquid calore.ff. de regul.iur.& in.l.ſi adulterium.§.Imperatores.ad legem iulia.de adulter. Felin. in ca.dilecti.de exceptio.Alexan.conſil. 76.libr.1.Aretin.conſi.80.Hippo. in practi.§.quoniam. ex nouioribus, Boerius. deciſio.168.& pleriq; alij, quos ipſe congerit.Siquidem difficilimum eſt, iuſtum dolorem, & iracundiam propriam temperare.ex præci.§.Imperatores.&Plutarchus in oratione quadam conſolatoria. Seneca in libris de ira. Et Cato Senior. iraſcentem à furioſo tempore tantum diſtare, vti Plutar.fideliſſimus autor eſt, in Apophegmatis. Et in his potiſſimum cõſiderandum eſt, qui cum iracundi ſint, animi, ab aliquo nimium irati, inconſulto calore iracundiæ in verba, ac conuitia prorumpunt: nam & vt Horati. ait Epiſtola. libro.1.

*Iræ furor breuis eſt, quæ niſi paret, imperat.*

Et hi quo ad regiæ conſtitutionis examẽ, non tenentur palinodiam canere, ſed iudicantis arbitrio, pœnas luent, cũ eatenus excuſentur, quatenus in delibertatè ac inuoluntarie agunt, eorũ pœnitentia oſtenderit, ea non ex animi iudicio dicta fuiſſe. Nam et primus motus non eſt in homine.Et nos.c. de Blaſphemis agentes trademus.

Et conueſtiri poſſet ex Philemo. ſententia, aſſeuerantis, apud Stobæum ſermo.18.

*In ſanimus omnes cum iraſcimur.*
*Ira enim difficillimè refrenatur.*

Ex theognio Philoſopho id difinitum extat.

*Nihil ò Cyrne tan iniuſtum eſt.*
*Quàm ira, quæ dominum.*
*Suum ledit.*

Ex Ebenio.

*Sæpe mentem hominum detexit ira.*
*Latentem, iraque peior quandoque eſt inſania.*

E Menandro.

*Omnia quæ iratus agit.*
*Errata poſt modum intelliges.*

Ex Antiphonis ſententia.

*Nihil quidquam homo iratus recte poteſt conoſcere. Vlciſcendi enim auiditas.*
*Iudicium eius corrumpit.*

Ex Euripide.

*Nemo iratus quidquam recte delibcrat.*
*Multos iracundia magna perdidit mortalium*
*Et imperitia, quæ gemina mala ſunt vtentibus ſe.*
*Iræ malæ multa inſunt in decora.*

Et Herodotus autor eſt aſſeuerãs, per iram ratio recedit, fugiens iracundiam, tanquam acerbum tyrãnum. Quibus admodum conſtat, quod ſi quis dixerit verbum iniurioſum, iracundia probata, immunis erit à criminis pœna.ex Angel.in

l.ſi non conuitij.nume.6.C.de iniur.Hippol.ſingula.626.& in.l.is qui cum telo.C. de ſica.vbi aſſeuerat in praxi ſe obtinuiſſe. Ipſe tamen intelligendum reor doƈtorum ſententiam, quandocunque iniuria reuocari poſſet,atque ita eſt intelligendus text.in.l. quicquid calore. ff. de regul.iur.quo in loco.n.14. Canol.idem exiſtimat.& huius ſentētiæ authores habeo.Thom.Ferra.caute.39.ad finem Lanfranc.in ca.quoniam cōtra.de probatio. in tracta.confeſſionum in princ.nume. 2. Felin.in ca.dileƈti.nume.10.de exceptio.

20 Verum præmiſſa omnia eò tendunt. & adintelleƈtum regiæ conſtitutionis illud cōuenit adnotare.Si quis per linguæ lapſum alicui,obiecit meretricis nomen teneatur,ne palinodiam canere vel ſoluere.300.ſolidos. Et prima frōte videtur, cùm ea quę ſunt in voce,earumquæ ſunt in anima paſſionum notæ teneri palinodiam canere. Siquidem nomina adinuēta ſunt, vt dicentis voluntatem demōſtrent.l.labeo.ff.de ſupelleƈtile legata. Cui ſimilis eſt.in ca.is autem.22. quæſt.2. Bald.in.l.1.§.vbi autem colum. vltima.& in.§. ſin autem ad deficientis.C.de cadu. tollen. Quo in loco Ariſtotelem & Boętium ad id citat,& in ca.mandatum. col. 2. de reſcript. Itidem Bald.in.ca. bone. in.1.colum.1.de poſtul. prælatorum Bal. in.l.Sed & reprobari. Sumens rationem ex tex.inibi.ff.de excuſatio. tutorum, et his aſtruūt,quæ à Quintiliano ſeniore adducuntur,in inſtitutione oratoria, dum inquit,manifeſtum eſt nihil poſſe.calumniæ admittere verba legis à ſcripta. Et Tulli.libro.2.de inuentio. non oportere de eius voluntate nos argumentari,qui ne id facere poſſemus,iudicium nobis reliquerit,ſuæ voluntatis:multa incommoda cōſequi,ſi inſtituatur, vt à ſcripto recedatur,Marianus Soci.his pleraque alia congerit conſil.7.&.10.&.11.columna. penult.Barba.conſil.4.ad finem volum. 1.& conſil.13.colum.3.eod.volu.Bald.in.l. iuris gentium §.paƈtorum.col.1.ff. de paƈtis & in traƈta.ſciſmatis.colum.7.

His ſuffragari videtur,illud Ciceronis. libro de legibus.1.dum aſſerit orationem eſſe mentis interpretem, & aute eum Lucretius.libr.6. vocat linguam animi interpretē dum cecinit.

*Atque animi interpres manabat lingua cruore*

Et Caſſiadorus non ſemel adnotauit nullum eſſe maius mentis noſtrę teſtimonium, quàm qualitas inſpeƈta verborū. Cuius meminit Alexan.conſil.52. Circa hanc dubitationem colum.2.volum.4.& eſt tex. in.l.generaliter.C.de non numerata pecunia.Bald.in.l.tres denunciationes.colum.1.C.quomodo & quando iudex.itidem in rubrica de teſtib⁹.Vbi refert illud, quod paſſim circunferri ſolet, loquere,& cognoſcā te. Idem in.c. ſuper literis colum. 2. de reſcript. cui ſe ſubſcripſit Barbatius.colum.vltim.in.l.ita ſi ſtipulatus abs te.ff.de verbo. obligat.idem in capit.omnipotens.colu.2.extra.de accuſat.Iaſon.in.l.nec profeſſio.columan.2. C.de teſtamen.Decius in.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regul.iuris.in conſil. 305.columan.1.Hippoli.nec admodū grauatus his accedit.nume.31.in.l.1.C.de ſicarijs.& in.l.1. Diuus Adrian.colum.1.ff.eo. loazes in.§.1.colum.9.inſtituta.de iuſtit. & iure. & adſtipulatur, illud euangelij Loquella tua te manifeſtum facit, quib⁹ ſanè perpenſis videtur conuiciantem obijciens meretricis nomen etiam perlapſum linguæ teneri palinodiam canere.Ipſe tamen contrarium veriſſimum eſſeexiſtimo. Quinetiam leuiter & iudicandis arbitrio eſſe puniēdum ſi per lingue lapſum hanc iniuriam obiecerit.

## Ex capitulo ſequenti.

1 *Famoſum in malam ſumi partem, ex linguæ latinæ limatis autoribus, & Cæſarum deciſionibus diffinitur.*

2 *Reus criminis famoſorum libellorum capitali poena afficiendus eſt.*

3 *Teſtamenti factionem minimè habere. libelli famoſi autorem.*

4 *Iure pontificio ſacris initiatus huius criminis reus deponendus eſt.*

Extat



## Extat inſignis Valentini Imperatoris .l. vnica .C.de famoſis libellis quę de his criminis reis agit.

## Caput. III.

NVllo vnquam ſeculo inuentus eſt, qui negaret crimina oportere coerceri, potiſsimum, ea quæ circa famoſos libellos verſantur. Siquidem hac noſtra tēpeſtate,apud pleraſq; nationes hæc,ſcelera pullulant,vt quos virtutis amor nō alliceret ad benefaciendum, eos ſaltem criminis reos pœnarum formido,à delinquendo abſterreret,vt formidine pœnæ conuertantur,& reſipiſcāt, & qui alicui noluerunt prodeſſe,morte certe eorum reſpublica vtatur.

1 Nec ſilentio præterire libet, ſi quidē de famoſo libello, deque illorū pœnis verba facienda ſunt,quædam infrà dicēdorum præmittere.& in ipſo capitis inicio hoc habeto, quandoque famoſum in malam ſumi partem, ſicuti difinitum eſt ex Horatio.libr.2.ſermo.Satyra.1. famoſos verſus pro infamibus in hæc ait, verba.

*Famoſisq; lupo cooperto verſibus.*

Famoſumque carmen apud eundem Horat.lib.Epiſtol.1.Epiſto.2.

*Nec ſponſæ laqueum famoſo carmina neƈtit.*

Et Sueto.tranquillus,hac in re grauiſſimus eſt author in Auguſto. ca. 28. dum ait,ſed aduerſus conuitia maloſque rumores, & famoſa de ſe,ac ſuis carmina, firmus ac patiens ſubinde iaƈtabat. Itidem famoſos libellos conſtat in rubrica ff.de iniurijs,& famoſis libellis, & in.l. prima.C. de famoſis libellis,ac proinde famoſo libello pro infamato vulgo circumferri ſolet.Et in ea ſpecie famoſa iniuria apud Sueto. in Auguſto.c.55.Vale. maxi.lib.9.ca.1. vbi de Metello Pio loquens idem exiſtimat famoſa etiam epigrāmata, famoſaque cauſa pro infamata accipi ſolet,ſicuti,ex lingue latinæ authoribus conſtat, & Cæſarum conſtitutionib⁹ Suetonius in Cæſare .c.73.& paſſim iuris conſulti vtuntur,in.l.ſi quid.ff. de ſolutio. & in.l.ſed etſi hac .§. prætor ait.ff.de in ius vocan.famoſumque interdiƈtum pro infamato,iura circūferri ſolent,in.l.neque .ff.de vi & vi arma. famoſaque aƈtio in.l.diuus.ff.de in integrum reſtitu.l.furti in princ.ff. de his qui notan.infam l.1.§.ait pretor.&.l.non debet ff.de dol.malo.

Ad id conuenit adnotare,vt noua veteres obſcurēt aƈta triumphos, famoſos in malam vtique partem ſumi.ex.l.capitalium.§.famoſus.ff.de pœn.conſtat,vbi iuriſconſultus ita ſcribit Maiores noſtri in omni ſupplicio,ſeuerius ſeruos,quàm liberos,famoſos quàm integræ famæ homines puniuerunt.tex.ad id celebris,in l.non poteſt.ff.de fur.l.nam & poſteà,§. ſi damnetur.ff.de iniurijs,& in.l.furti in princ.ff.de his qui notant.infa.l. Cæſar. ff.de aƈtio.& obligat.l.ſi in duobus.ff. de regul.iur.l.nam & poſtea.§.ſi damnetur ff.de iniuriis, id que ex Cicerone. libro. 2.de Oratore & Suetonio.in Tiberio. ca. 35.comprobari poſſet & ex Poëta Comico, dum cecinit.

*Quid tu exilia mea.*
*Quando ad me venis, cum tua colu & lana.*
*Non pol (inquit) audeo,*
*Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.*

Et ſic fœminæ famoſæ pro infamib⁹, ſumit.& Tacitus libr.5.de in multorum amoribus & libr.20.ad id alluſiſſe videtur, & Sueto.libro.22.& Marcialis,lib.2. Epigra 47. ſcribit.

*Subdola famoſe (moneò) fuge rethia mæchæ.*

Et Ouidius libro.3.amorum elegia.5. & Laƈtantius libr.3.capit.15. & Apuleius libr.7.Aſini aurei Macrobi.lib.7.Saturn. cap.3.firmicus.libro.3.capit.7.maternus. lib.6.Aſtronomicon. capit.31.itidem eodem lib.ca.27. audacem meretricem famoſamque appellat.Iuſtin.libr.22.idque ex ſacris literis diffinitum extat dum ge

neſ.ca.6.de gigantibus agens, inquit, iſti ſunt potentes, à ſeculo viri famoſi. Quo in loco à Moyſe ſcriptore Hebræo ex vulgata diƈtione appellati ſunt, viri famoſi, & vt alij vertunt viri nominati, q quidem, turpibus faƈtis famam, et nomẽ ſibi comparauerunt, quæ omnia maximo apice deſeruire videntur, ad titulos. C.&.ff.de famoſis libellis. Atque ideo ſilentio præterire, nolui. Cæteraquæ ad id pertinẽt ex alijs quiſq; petere poteſt ſunt enim peruulgata.

His equidem perpenſis, nec dirigitur, neceſſarium eſt, vt et nocentes, huius criminis rei, puniãtur, autores famoſorum libellorum, ſed etiam iuſtiſſimũ, & in re publica Chriſtiana, bene inſtituta, interdum vltimo ſupplicio afficiantur, vt improbis formidato ſupplicio nocendi facultas refrenetur, audacia, ad cohibenda hominum flagitia. Verùm eam iniuriæ materiam examinabimus hoc in capite, quam vtilis apud tribunalia ſit, dubio procul oſtendam. Siquidem alicui iniuria fit per ſcripturam, vt pote ſi aliquis fecit, diƈtauitq; in quempiam a-
2 lium libellum famoſum, in quo quidẽ iniurioſa verba & vtique infamatoria, illi propoſuit. In qua ſpecie reus huius criminis pœna vltimi ſupplicij afficiendus eſt, textus, in.l.vnica.C.de famoſis libel. & in .l.prima.§.ſi quis libellum. aliàs ſecundum literam Piſanam. ſi quis librũ. ff.de iniurijs. Et in lege conſtitutionib⁹ eodem titulo. tradunt doƈtores in capit. qui in alterius, quinta quæſtione prima. Bartol.& plerique alij in.l.item apud Labeonem.§.item ſi quis libello.ff.de iniurijs. Et textus in diƈta .l . vnica. eſt canonizata in capitu.ſi quis.§.ſi quis famoſo quinta quæſtione prima. Extatque hodie regia lex.3.titulo nono, partita ſeptima. Et.l.lex Cornelia.§.final.cum lege ſequenti.ff.de iniuri. Et Gregorius Lopez re, & fama vbique inſignis, ac eruditione egregia inter primarios vtriusque cẽſuere in albo primariȩ doƈtrinæ poſitus is inquam in interpretatione prædiƈtæ legis tertiæ poſt Syluestrum in verb.libellus. Qua pœna afficiendus eſt etiam non ſolùm, qui libelli author fuiſſet, ſed vtique is qui eum ſcripſiſſet. Hac in ſpecie loquitur gloſſa in diƈta.l.vnica & regia lex paulo ante citata, verbo. *Que aquella pena meſma reciba tambien aquel que compuſo la mala eſcriptura, como aquel que la eſcriuio.*

His tandem prænotatis opportune quæritur, quo ad regiæ cõſtitutionis examen, ſi ſanè libellus infamatorius deſignatus eſſet ab aliquo, & legens ſtatim nõ abraſit, nec abſtulit, nec manibus lacerauit, ſed vtique alios certiores fecerit, & inibique dimiſerit, ea pœna afficiendus eſt, cum eiuſdem criminis autor cenſeatur.l.vnica præcitata. Et inibi communi conſenſu doƈtores explicant. Idem probat regia lex partitarum. Quibus & illud ſubijciam, qui libellum famoſum legit, eiuſdemque authorem pandat, ea pœna minimè afficitur. Sicuti in ea eſt ſententia magna pars autorum, quos citat Salicetus in diƈta .l.vnica, nec ſub eadem pœna licèt cantillenas infamatorias cantare, vt conſtat, in diƈt.l.lex Cornelia.§.final.& inibi Angelus, Hoſtien. in ſua ſuma.titul.de iniurijs.§. quotmodis. Et Azo.in ſumma. C eodem titu.in verſicul. literis. In qua ſpecie in labem infamiæ incidere cõſtat & iudicantis arbitrio corporali pœna afficiendus eſt, ſicuti diƈta regia.l.diƈtat & tradunt in lege apud Labeonem.§ . generaliter.ff.de iniurijs.

Verûm præmiſſa omnia eò tendunt. Vt reus huius criminis hac pœna capitali ſit afficiendus ea lege vt in libello infamatorio, deliƈtum ſit deſcriptum per quod is, qui infamia notatur mortis pœnam incurrat, licèt verum dicat, ſiue falſum, alias iudicantis arbitrio punitur gloſſ.prima paſſim ab omnibus doƈtoribus recepta. per text.inibi in diƈta.l.vnica.C.de famoſis libellis. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Petrus Cinus, Angelus & plerique alij inibi, & nos capite primo, ſupra quaſi pertranſennam adnotauimus. numero quarto. Atque ita regia lex paulò antè citata intelligenda eſt. Ex quo iuris appendix deducitur, quòd ſi iuris probatio ſit, cõtraquempiam, qui vidit & legit famoſum libellum, nec abſtulit, nec lacerauit, ſi nemini certiorem fecerit prædiƈta pœna non affici. Tametſi iudicantis arbitrio puniendum eſſe exiſtimat,



mat nouiſsimè Antonius Gomezius, de deliƈtis.capit.6.numero primo. Ex principali, tandem, ac præmiſſa aſſertione alia afficiendus eſt pœna huius criminis reus, nec teſtamenti faƈtionem habet, nec teſtimonium ferre poteſt.l. cum lege ff.de teſtamentis, l.ob carmen.ff.de teſtibus.cap.& reuelanti.cap.carmen.quarta quæſtione .3. Et reuelanti hoc deliƈtum
3 ex bonis delinquentis precium perſolui debet ex.l.lex Cornelia.§.finali.ff. de iniurijs. Et regia lex tertia, paulò ante citata. Et ſatis diligenter apud Summiſtas declarat Syluester locò cuius & anteà meminimus numero quinto, huius criminis pœnas explicans. Alia ſubijcitur pœna iure Pontificio hunc reum fuſtibus, ac verberibus eſſe afficiendum, vt per totum, quinta quæſtione quinta, & anatematizandus, ex capit. hi qui. & in capit.ſecundo, ead.cauſ.& quæſt.iure Põtificio ſacris iniciatus deponendus eſt, cum hoc nempe crimen ſit graue, & damnatione dignißimũ, vt in. §. nunc autẽ
4 25.diſtin. Et huic accedit ſententiæ Sylueſter loco præcitato. Quod ſi in interiori foro agatur, vt alij detraƈtores, ad famæ reſtitutionem tenentur, ſicuti Sylueſter meminit, cuius paulò anteà meminimus.

Ex quibus multa poteram deducere, quæ iuſtum profeƈtò volumen exigerent, ac poſtularent, huic quæſtioni cõducibilia, ſed quia & viri diligentiſſimi, in eadem paleſtra laſſi fuere, inter quos, Et Gregor.Lupi, & Antonius Gom. his in locis, quibus & ante mentionem fecimus, ea de re ampliſsimè ſcripſere, conſultô miſſa fecimus, quæ candido leƈtori obuia erunt.

## Ex. c. ſequenti.

1 *Qui imperatori maledixerit, penſata animi deliberatione, non tamen ex leuitate inſaniæve ad regem mitti debet, ſi nobilitate fuerit decoratus ſin minus infimæ conditionis homo fuerit, dimidia bonorum parte multatur. itidem num.3.*

2 *Regi maledicens, munus accuſandi cuilibet, competit, de populo.*

4 *Clericus huius criminis reus ad veniam poſtulandam cogendus eſt.*

5 *Religioſi, qui in concionibus eccleſiarum prælatis detrahunt, debent pœnis, ab ordinarijs ſuæ regulæ ſtatutis ſubijci.*

## De eo qui Imperatori maledixerit, Romano Pontificive pœnis, iure Cæſareo, Pontificio, regióve, ſtatutis.

## Caput. IIII.

QVemadmodũ ſatis celebris eſt Cæſarũ conſtitutio, quȩ de eo qui Imperatori, maledixerit, traƈtat, ita frequentiſsima eſt, quo ad praxim. Si quidem ſuperioribus capitibus, ſerioſè traditum eſt, quando illata verbis iniuria eſt. Nunc de eo qui Imperatori maledixerit regive aliquot proponam axiomatibus, vt iure Cæſareo, Pontificio, regiove, iſtius
criminis punitio, ad praxim reducatur. 1
Qui vero Imperatori maledixerit verbo ſolo, ſi ex leuitate quadam, inſaniave proceſſerit, minimè afficiẽdus eſt pœna. Quod ſi animo iniuriandi verba, in principem prorumperit, principi remittitur. Sicuti conſtat ex.l.1.C.ſi quis Imperatori maledixerit. Et inibi expreſsim ad hoc notat Baldus, & Azo.in ſumma eiuſdem titu. regia lex final.titu.ſecundo, partita ſeptima.l.tertia, titu.oƈtauo, libro oƈtauo in ordinationibus regalibus. Atque ideo illorũ pœna principis arbitrio eſtimanda eſt. Explicat Ioannes Igneus in diſputatione ſua incipienti, an Rex Franciȩ recognoſcat Imperatorẽ.n.132.l.famoſi.ff.ad leg.Iul.mageſtat. Et inibi Angel.

Franciſcus,Lucanus in tracta. quem pro
dit de fiſco.3.part.num.34.tomo.6.fol.10.
& Regi maledicens cuilibet munus accu
ſandi competit.l.1. paulò anteà citata c.
1.de maledi.Franciſ.Auileſ.in cap.25.præ
torum.nume.4. diffiniens, ſicuti qui in-
deum, blaſphemias effutit, propria po-
teſt capi autoritate, ex Regia.l.4.titu. 8.
lib.8.ordina.regal.idem de maledicente
Imperatori regiſve filijs.l.3.titu. 8.libr.8.
ordinatio. Si quidem ſalus regis,ſubdito
rum par eſt.l.prima.C.de veteranis libro
12. & inibi Plat.expreſsim diffinit,quin-
etiam pro Regis valetudine, eius ditio-
nis,ſubditi ſingulis annis, Ianuarij qua-
tuor dies ieiunare tenentur.l.ſi calumnie
tur.§.primo.ff.de verbo.ſignifica.Ex qui
bus aliquot adnotanda ſunt, ad plures
natiuos intellectus regiarum conſtitutio
num pontificumve. Et primò extat vera
interpretatio capit. primi. de maledicis.
vbi aſſeuerat,quod maledicens, Roma-
no pontifici per iudicem, eſt pœna affi-
ciendus.Eſt ſanè intelligendum,ſi animo
iniuriandi, verba protulerit, maledca,
ſicuti & Hoſtien. idem exiſtimat in ſum
ma,titu.de maled.col.2.

Secundò, ab eadem radice procedit,
quod ſcribit regia lex tertia.titu.8. libro
octauo,in ordina.regul.qua illud conſti-
3 tutiſsimum eſt,qui regi maledixerit, &
mediocris ſtatus fuerit, captùs ad regem
ipſum mittatur. Quòd ſi minoris condi-
tionis fuerit,ac ſtatus ſentẽtia lata in bo-
norum amiſsione condemnetur. Et id ſi
filios,non habeat.Quibus ſanè ſtantibus
bonorum pars dimidia reſeruatur, ſi no-
bilitate fuerit decorat9 maxima, vt Dux
Marchio,Comes, per iudicem criminis
inquiſitio fiat.Et iſthæc inquiſitio ad re-
gem mittatur,intelligo regiam conſtitu-
tionem,ſi iniuriandi animo verba,male-
dica dixerit,longè quidem aliter ex.l.pri
ma, & quæ inibi adnotant crebriori cõ-
ſenſu docto.cap,Si quis Imperato.male-
dixerit.

Tertiò,ſi omnia ad amuſsim declaren
tur quæ quidẽ in hoc capite deſiderãtur
alius ſubijcitur intellectus Regiæ conſti
tutionis.24.titulo final.libro octauo, or-
dina. vbi lex diffinit quod maledicens
principi,ſit aleuoſus. Quod ipſe intelli-
gendum eſſe reor ſi animo iniuriandi id
fecerit,ex text.in præcitata.l.vnica.Sunt
& in hoc capite aliquot quæſtiones, quæ
paſsim adnotãt.dd.locis præcitatis, quæ
quidem non indigẽt diligentiori exami- 4
ne, qua ratione ea omittere libuit, ne
cãdidum lectorem grauemus expoſitio-
num, & concluſionum repetitione,id tã-
tũ agã iure Põtificio clericus maledicus,
cogendus eſt, & ad veniam, poſtulandã.
Quod ſi non egerit,degradatur,& ad of-
ficium abſque ſatisfactione nuſquam re
uocatur. Idque conſtitutiſsimum eſt, &
ex Carthaginenſi concilio quarto, vbi
patribus id placuit,& habetur, in capit.
clericus maledicus.46. diſtinctio.quod ſi
clericus in officij & Romani Pontificis
beneficij depreſsione, verba temeraria
protulerit, à tali temeritate compeſcen-
dus eſt,per iudicem nulla ei pœna decla
rata,capitu.primo,de maledi. quo fit iu-
dicantis arbitrio relinquitur, ex quo
proprio iudicio poteſt legis pœnam au-
gere,vel minuere ſecundum probationis
menſuram puniendam, cum à lege cer-
tum quid in huius criminis punitione nõ
ſit ſtatutum. l. quod ergo. §. pœna gra-
uior.ff. de his qui notantur infamia. cap.
de cauſis.de officio delegat.cap.at ſi cle-
rici.§.adulterium.de iudic. capit.vltimo.
de tranſactionib. Doctores frequentius,
in dicto. §. pœna. Abb. in cap. tertio. de
pœnis. itidem in capit. niſi. de officio
delegat.Hoſtienſ.Ioan.Andr. & Doctor.
in capit. qualiter. in ſecundo de accuſat.
Vbi Areti. numer. 24.hanc frequentiori
doctorum calculo eſſe receptam ſenten-
tiam profitetur.Cũ enim in verba à male
dicis in Romani Pontificis iniuriam ſe-
diſque apoſtolicæ detrimentum impijs
conuitijs, mẽdacijs verum lenocinijs, &
mille nocẽdi artibus,in Pontificem pro-
rumperit,& ſint varia diuerſaque male-
dicentium verba atque ideo nõ equalis
grauitatis,& culpæ,merito, iure Pontifi-
cio certa non potuit declarari pœna in
præci.c.1.de maled.Et cũ crimina ſint ſe-
cundũ proportionis mẽſurã,punienda,&
hæc variè cõtingat,ratione loci, tẽporis,
perſone,& quãtitatis,nec à lege certũ qd
ſtatui poſsit,quin iudicis recti,& prudẽ-
tis arbitrio multa relinquat. Et in noſtra
ſpẽ iudex cõſideratis his qualitatibus,&
alijs q̃ in arbitrarijs cõſideranda veniũt,
clericum



clericum in hoc crimine delinquentem
pœna afficere debet ea lege à cõditione.
Quod ſi ſanè verba contra Romanam
ſedem prolata, habent in ſe hæreſis ſpe-
ciem,vt potè, ſi dixerit Romanum Pon-
tificem minimè poſſe Canones condere,
tunc hereſeos crimen committit, ac tan-
quam hæreticum punire debet. & huius
ſententiæ authores habeo Ioan.de Ann.
ibi in col.2.in princip. allegando glo. no
tabilem in.c. generali.in verſicu.inhibe-
mus.de elect.lib.6.quæ licèt hoc in termi
nis non dicat, tamen optimè facit in ar-
gumentum,& quanuis idem doctor in.3.
colum.ibi audeat affirmare, quod pœna
text.in.c. fœlicis.de pœnit.lib. 6. habeat
locum contra illum, qui contra Cardi-
nalem verba iniurioſa protulit, motus
principaliter: quia dict9 text.punit per-
cuſsionem ſecund.Bart. in loco per eum
allegato, & motus etiam ex eo quod di-
ſpoſitio dicti text. eſt inducta principali
ter fauore eccleſiæ Romanæ, & p ipſius
quiete,& ideo poſt extendi licet ſit facta
in odium delinquentium. Quod quam
ſit à ratione deuiũ nemo ſane mentis de-
fitetur ex his quæ adnotauimus in.c.1.ſu
pra.n·28. Supereſt, & illud adnotare, q ſi
religioſi in ſermonibus ſuis eccleſiarum
prælatis detrahunt, verbaque maledicta
in eos prorumpũt per duos mẽſes, debẽt
pœnis illis ſubiacere, quæ ſecundum il-
lorũ regulam ſtatutave, pro criminibus
grauibus conſuetudine inductum eſt eis
imponi ſicuti extat cõcilium Viẽnenſe,
in clem.1.§. quibus.de priuile.ſin minus
clericus ſit,qui murmurat à fratrum vni-
tate ſit vtique alienus, & iuxta menſurã
operis in hoc peccans ſacerdotis iudicio
ac cõfeſſoris pœniteat ſicuti cautum eſt
in.8.ſynodo,authore Gratiano,in.c. alie-
nus.90 diſt.ſi tamẽ clericus aliquem diſ-
famauerit verbis iniurioſis,poterit iniu-
riarum actione experiri cõtra clericum,
ſententia condemnationis lata in infa-
miæ labem incidit ex text.& inibi Abba
te in.c.cũ.t.de re iudic.quem intelligen-
dum eſſe exiſtimo,ſiue criminaliter,ſiue
ciuiliter agatur. Vtroque ſiquidem caſu,
actione iniuriarũ damnatus infamis eſt,
ſicuti exiſtimat Abb.inibi,poſt glo. col.
1.tametſi ab hac ſententia prorſus diſceſ-
ſerit glo.in.c. atſi clerici.de iudic.quibus
& illud accedat,quòd paulô anteà memi
nimus.c.1.de iniur.clericum teneri pali-
nodiam canere,ſeque mẽtitum eſſe fate-
ri coram Prætore,& honeſtis viris, quod
qualiter intelligendum ſit de iniurijs tra
ctantes tradidimus.

## Ex.c.ſequenti.

1 *Veſtibus muliebribus indutus, an teneatur iniuriarum actione.*
2 *Viros veſtitu muliebri indui quando licitum fuerit apud Romanos.*
3 *Pœna hòdierna in eos qui tali veſtitu abutuntur.*
4 *Huius criminis rei præter cætera infamia notantur.*
5 *Epiſcopali dignitate inſigniti repentinas veſtium mutationes prohibere poſſent.*

## Perpenditur nouella Ceſaris conſtitutio,in.§. fina. in authen.de ſanct.epiſc. colla. 9.quæ agit de geſtante habitum alterius in eius contemptum, teneatur ne iniuriarũ actione, Cap. V.

PRoximæ quæſtioni de
iniurijs & illa accedit,
an indutus veſtib9 mu-
liebribus monachalib9
ve iniuriarum actione
experiri poſsit, qua ve
pœna coërcendus ſit.
Sed antequam in diſputationis huc vſq;
condeſcendam, illud memoriæ repetere
libet,quòd olim Moyſes Deuterono.22.
ſcriptum reliquit. Non induetur (ait)
mulier veſte viri, nec vir veſte fœminea.
Nec itidem ſcholaſtici doctorum veſti-
mẽta,nec etiam clerici, epiſcoporum ex
gloſſ. & Doctor. in capit. vt apoſtolicæ
de priuilegijs. libr. ſexto. Tametſi in ve-
terum monumentis,quandoque ſine de-
decore,ioci cauſa, au regionis morem ſe
quẽdo licuit. Sicuti conſtat ex Plutarch.
in pro-

in problema. Roma.c.55. apud Romanos idibus Ianuarijs licuit tibicinibus muliebri habitu vrbem luſtrare. Rurſus idem Plutarc.in problem. Græcis ſcribit apud Coos ſacerdotem Herculis muliebri veſte indutũ,&mitra caput ornatum,apud Antimachiam rem diuinam facere ſolitum.Et Plutarch.de clar.mulierib.c.9.aſſeuerat. Apud Achiuos ſacra quædã celebrari,in quibus mulieres clamidem, ac virilem veſtem indutæ. Viri autem peplum geſtantes, & velamentis fœminæis capita obuoluti verſabãtur. Et tradit Valer.Maxi.lib.4.c.6.& Plutarch. in vita Pompeij.Macrob.lib.3. ſaturna.c.8. ſcribit ſacrificia Veneri pſtari, viros cum veſte muliebri, mulieres cũ virili veſte. Aulus Gel.lib.6.c.10.Laërt.in Platone laſtheniam Mantineam, & Axioteã Fiaſeam ornatu virili,ipſius Platonis auditorium,ingredi ſolitas: vt potè ab eo erudirentur.Et Proba Centona,quæ ita literis prædicta fuit,quę ex carminibus Vergilij ſciuit eruere vitã Chriſti domini noſtri,cuius meminit Hierony. in procem. Bibliæ. Cardina.in clem. ſi dominũ. col. penult.de reliq.& venera.ſanct.Iuſti.lib. 1.pleraq; id genus alia commemorat de Semiramide Aſſyriorum regina. Plutar. in oratio.cõſolatoria ad Apolloniũ alia congeſsit.Blãdus lib.3.decad.1. Fregoſus in Valeriana lib.8.c.3.frater Iacobus magnus in Soffologio ſapien.lib.1.c.3.

Cæterũ hac noſtra tempeſtate, quàm ſit àratione deuium viros induere mulierum veſtes,& verſa vice ex Euripidis ſententia id conſtat, dum cecinit.

*Effœminata veſte non poſſum tegi.*
*Cum ſim vir, & viri natus ſtẽmate.*

Quos verſus vſurpauit Plato, vt tradit Laërtius in vita Ariſtippi.Diogenes ſynicus compoſito, cultoq; adoleſcenti cuipiam roganti,non ante ſe dixit reſponſurum,quàm apertè exploraret, vir ne eſſet,an mulier. Veluti cultus ille fœminã præ ſe ferret, nec virũ deceret, vt prodit Laërtius alloquẽs,adoleſcẽtulo. Non te pudet(ait) deterius quàm naturam ipſam de te ipſo ſtatuere? Illa enim te virum fecit, tute ipſum refingis in mulierem.Si quidem,vt in plurimũ induuntur ad flagitia committenda,ſicut ex quotidiana experiẽtia rerum magiſtra cõſtat. Quibus admodum conuincit illud Ouidij lib.3.de Arte amandi,dum cecinit.

*Ludendo ſæpe paratur amor.*

Cacialup.in tract. de lud.colũ.2. & plura adnotat Ioã.Aneuiza.in ſil.nupt. fol.80. col.2.&.4.in magno. Illud autem cõſtat Herculem admodum eſſe reprehẽſum, quod captus amore Omphales:eique obſequens, veſtibus eiuſdem quãdoque ſe induerit, vt author eſt Lactantius libr.1. qui de falſa religione ſcribitur. c.9. & alluſiſſe videtur illud Propertij lib.3.

*Omphale in tantum formæ proceſsit honorem.*

De quo etiam plerique meminere, inter quos & Stati⁹ lib.1.Achilcidos.& Ouidi. in epiſto. Deianiræ ad Herculem. & tradit Nonius Marcellinus. Illud autem in Gallicis hiſtorijs proditum eſt, Anglos, Ioannam illam puellam omnibus ſeculis exemplum Rothomagi viuam combuſiſſe,quòd virili veſte, contra fas vti dicebant,vſa fuiſſet. Diuus epiphanius Eleutheropolites lib. aduerſus hæreſes.1. Secta.17.Pollux.lib.7.cap.13.ſcribit.Barbaros veſtitu muliebri delectari. Et vetus prouerbium eſt, apud Suydam,Maſsiliã veniſti,dici ſolitum in eos, qui cultu parum viris decoro vterentur. Si quidem Maſsilienſes muliebrem fermè in modũ ornarentur, cuius etiam meminit Eraſmus Chiliad.3. Centurio.10.cap.90.apud Vergil.lib.nono. Remulus id teneris exprobrat.

*Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,*
*Deſidiæ cordi, iuuat indulgere choræis*
*Et tunicæ Manicas, & habent redimicula mitræ.*

3 Cæterùm,vt in huius quæſtionis, ac criminis punitionem cõdeſcendã: illud memoriæ repetere libet, qua ſcilicet huius criminis rei afficiendi ſint pœna. Et primo extat Imperatoris ſententia.in.§. fin. in authent.de ſanctiſsimis epiſcopis.collatione nona, vbi ſcribit. Interdicimus vti ſchemate monachali, aut monaſteriæ, aut aſcæſtriæ, aut cuiuſcunque perſonę huiuſcemodi imitari ſchema.Et rurſus inibi. Quia corporalia ſupplicia ſuſtinebunt, & exilio tradentur, cap. cum decorem. & inibi gloſſ. de vita & honeſtate clericorum. l.mimę.C.de epiſcopa. audientia.§.iniuria. Inſtituta de iniurijs. Ex quibus ſanè apertè conſtat, quòd ſi in



in contemptum alterius quis veſte vtatur, iniuriarum actione tenetur ex text. in pręcitato.§.iniuria.Et Petrus à Couarruu.in eo tractatu quem publicum fecit, *remedio delos jugadores*.c.16.ad finem. fol.30. text. in authent. ſed nec curialem. C. de epiſcop.& cleric. Bonus de Curti.in tractat.nobilit.in.3.part. nu. 169. Et inſuper is criminis reus,capitaliter puniẽdus eſt, ex text.iuncta gloſ.in dicto.§. fina. Abominabilis ſi quidem iſte, ſicuti cõſtat ex concilio Gangrenſi.c.13.quo illud ſtatutum eſt,Si mulier virili veſte vtatur,anathema ſit.c. ſi qua mulier.31.diſtin. l. veſtis.§. muliebria.&.§.communia.ff.de auro & arg.leg. Rurſus ſi ad admuſsim quæ in hoc cap.deſiderantur examinedtur, illud obuium eſt,quòd alia afficiuntur pœ-

*Conciliũ Gãgrenſe.*

4 na huiuſmodi criminis rei.Nam infamia notãtur,& à teſtimonio repelluntur, vt conſtat ex his, quæ notant docto. in dicta authent.ſed nec Curialem.l.inter veſtem.ff.de auro & argen.lega.vbi Reynè. id expreſsim adnotat,tametſi ab ea diſcedat ſententia Alberic.inibi. Quibus ſuffragari videtur Lactant.lib.1.qui de falſa religione inſcribitur.c. 9. Et Propertius lib.3.Et Nonius Marcel.Et Cicero in epiſto.ad Atticum.Sueto.in Cæſare.c.6. explicãt,Publium Clodium iure ab omnibus reprehenſum fuiſſe, quòd inter publicas bonæ deæ cæromonias, ad Pompeiam Cæſaris vxorem, muliebri veſte, penetraſſet.Plutarch. author eſt, in vita eiuſdem Cæſaris.Pauſanias lib.8. eò maximè,quia & hæc ad venerẽ potiſsimùm fiũt.Pollux lib.7.c.13.Euripides,eo in loco, cuius & anteà meminimus. Laërtius in vita Ariſtippi

*Nec in ſacris Liberi*
*Patris, pudica mens vnquam corrumpitur.*

A cuius quidem punitiõe immunis erit, ſi ſanè his veſtibus vtatur ex regiõis more: ſicuti diuus Augu.lib.3.de doctr. Chriſtia.& tranſumptiuè in.c.1.42. diſtin.ſcribit. Et Gratia. eadem diſtin.§.vlti. Quiſquis(inquit)cõtemptis his, cum quibus viuit,lautiora ſibi vel auſteriora præ cæteris indumẽta quærit, intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt. Propterea dicit gl. dicto.c.ſi quis virorum.30. diſtin. & in.c. 1 31.q.4.In veſtibus,& ornatu inſpiciendam regionis eſſe conſuetudinem.Quod & voluit glo.in.c.penult.in verb.deauratis.& ibi Panor.col.vlt.& Benedi.Capra Doctor,Peruſinus,extra de vita & honeſta.clerico.Specula. in titu.de aduocatis. §:ſequitur,videre.Et Bald.in rubr.de cõſuetud.col.vlt.verſic. conſuetudo debet ſeruari.Et Thom.2.2.q.169.artic.1. Idcirco diuus Hierony.in epiſt. ad heliodorum, nepotianum laudat quòd in cultu ipſe prouinciæ morem ſequeretur.

*In veſtibus inſpiciẽda regionis cõſuetudo.*

5 Poſtremò has repentinas mutationes veſtimentorum poſſet epiſcopali dignitate inſignitus ſub excommunicationis ſententia prohibere,eò maximè cum ad epiſcopalem dignitatem pertineat peccandi occaſionem auferre.c. vt animarũ, de conſtit.lib.6.l.1.de maiuma.lib.11.vbi Iacob.Rebuf. aſſeuerat Imperatorem illos ludos ꝓhibuiſſe ex eo,quia in eis viri miſcebãtur,fœminis:atque multa inde inhoneſta ſequebantur. Et pleniori manu explicat Ioan. à Neuiza. in ſua ſilua nuptia.fo.80.co.3.Qui vero his noſtris nõ eſt ſatiatus, videat ad ambas (vt aiunt) aures doctores præcitatos.

Quibus,& quod obiter mẽti occurrit, adiungendum eſt poſſe ſtatuto municipali,Synodalive conſtitutione epiſcopũ ꝓhibere,ne mulieres aliæve perſonæ veſtibus exceſsiuis vtãtur, ſicuti diffiniuit in ea ſpecie Bald.in procem.Gregor. nu. 34.in parte Rex pacificus.Et Ioan.Andr. in.c.ea quæ fiunt.de regu.iur.lib.6.Albe. de Roſa.non ineleganter in. l. factum. ff. eo.tit.& rurſus in.2.parte ſtatu.q.197.vbi expreſsim diffiniuit poſſe ſtatuto ſanciri,tam ratione peccati,quàm etiam ſcandali euitandi,ꝙ mulieres precioſis veſtibus margaritis,gẽmis fucatiſq; ornamentis & admodum exceſsiuis nõ vtãtur. Si quidem hoc munus regibus,& alijs quibus reipublicę adminiſtratio cõmiſſa eſt competit,perinde ac reipublicæ nociua coërcere ex text.in.l.exemplo.C.de probat.& in auth.de referenda ſacri palatij. in prin.colla.2.& iſthæc principibus cõpetit:ne eorum opidani,ciues,& ſubditi, perperam rebus ſuis,prodigeq; vtantur, ex.l.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.Ex quo text.rationem ſumentes doctores idem adnotant. Qua ratione ſic perpenſa prodigis curator datur.l. is cui bonis.ff. de verb.oblig. & mulieri luxurioſæ

*Epus poteſt prohibere luxum in veſtibus.*

rioſæ.l.& mulieri.ff.de curato.furioſ. ne quis male rebus vtatur, ſuis. Quo fit vt ex tali veſtium delatione aliorum oculi(vt ita dixerim) infeſtentur. Soletque ſcandalum non minimũ inde oriri, quod reipublicæ benæ inſtitutę euitãdum eſt. c. nihil.de præſcript.reſque eſt mali exẽpli:ita grauiꝰ punitur.l.ſi quis aliquid.§. qui abortiuis. ff. de pœnis. Quibus ſanè animum perſuaſi meum in republica bene inſtituta à principibus, & ab his qui iudicandi munus habent, hanc veſtium delationem prohibendam eſſe. In qua ſpecie plerꝗque extant leges regiæ. Quin & Alberic. eo in loco cuius & antea meminimus reſpondit, hoc non ſolũm debere ſtabiliri in veſtibus perliſve precioſis: quinetiam in fictis. Atque ita Bartol. doctrina intelligenda eſt in.l. 1. de fonte.ff.Cuius meminit idem profeſſus Nicola. Boërius, ad Dinum in.c. certum eſt. de regul.iur.lib.6.Quibus admodum conuenit quod Florian. adnotat in l.ſed etſi quid.§ mancipium.ff.de vſufru. & Ioan.Rebuf.per text.inibi in.l. fortiſſimis notabi.1. verſic.debet eſſe.C.de milit.veſte.lib.12. Qui in ea ſunt ſentẽtia: ꝙ tametſi ſtatuto id non vigeat, nihilominus exceſsiuæ veſtes de iure portari non debeãt, ſicuti diffinitum eſt in titu.de veſtib.olobe.&in titu.nulli licere in frenis, lib.11.Et Bald. in.c. iurauit. de probat.ad finem, aſſeuerat hanc veſtimẽtorum delationem abuſum modernum introduxiſſe. Et Carolus Quintus inuictiſsimus Imperator voluit veſtes exceſsiuas ꝓhibitas eſſe in Pragmatica ſanctione Pinciana anno.1537. Et Rebuffus plura conijcit,titu.2. regial.legum pag.259.

*Veſtium exceſſus dãnantur.*

## Ex.c. ſequenti.


1 *Iniuria facto quibus modis fit.*

2 *Actio iniuriarum nõ datur, niſi, in eum qui animum conuitiandi induxerit.*

3 *Atrox iniuria qualiter æſtimetur.*

4 *Magiſtratus authoritas maior quam paterna.*

5 *Qui magiſtratui iniuriam facit etiam munere defuncto, nõ minori pœna afficiendus eſt, quàm ſi adhuc officio fungeretur*

6 *Degradatum clericum percutiens, in labem excommunicationis incidere conſtat.*

7 *Qui inſignitus fuerit epiſcopali dignitate & non poſsit, ob plebis ſeditionem epiſcopatum aſſequi, vel eidem renunciauit, remanet ſui epiſcopi clericus.*

8 *Depoſito officio, abaciæ ſine culpa in priſtinæ dignitatis memoriam primum locum poſt abbatem, in conuentu obtinet*

6 *Qui munus aduocatiæ depoſuerit torturæ non eſſe ſubijciendum ob reliquias priſtinæ aduocatiæ*

10 *Exercens olim officium decurionatus, hodie torturæ non ſubijcitur.*

11 *Qui legationis munus exercuit, reuerentia eidem debetur.*

12 *Filius à ſacris patris poteſtatate, ob dignitatem liberatus, adhuc finita dignitate in patris poteſtate non remanet.*

13 *Iudicem offendens, vltimi ſuplicij pœna afficitur adhuc etiam depoſito iudicandi munere.itidem num.14.*

15 *Impingens iudici alapam furca ſuſpendi debet.*

16 *Mediate & immediate iniuria perſonæ irrogari poteſt.*

17 *Cadaueri qui iniuriã irrogauerit, non ſolùm hæredibus, ſed & conſanguineis iniuria cenſetur facta.*

18 *Eccleſia vel Abbas actione iniuriarum agere poteſt aduerſus eum, qui iniuriam fecerit clerico vel monacho.itidem de patre. num.12.*

19 *Diſcutitur, poſsit ne pater iniuriam filio irrogatam remittere.itidem.num.22.*

20 *Tametſi prælatus eccleſiæ iniuriam illatam remittere non poſsit, nihilominus religioſo factam poteſt.*

21 *Diſcutitur an ſummus eccleſiæ præſul, eccleſiæ iniuriam illatam poſsit, nec ne remittere. & nu.22.*

23 *Vxori iniuria illata, an & viro facta cenſeatur.*

24 *Saluus conductus cõceſſus marito, etiã vxori conceſſus eſſe videtur.*

25 *Priuilegium viri, quo ratione dignitatis torturæ minime ſubijcitur, vxori commune eſt.*







26 *Quid autem de priuilegio patris, an extendatur ad filios?*

27 *Poſtulare prohibitus apud præſidẽ, non prohibetur apud legatum præſidis.*

28 *Offendere vxorem iudicis non æquè eſt ac iudicem ipſum offendere.*

29 *Quò fit, vt qui ex certa pœna marito iniuriam non facere promiſerit, non teneatur ex ſtipulatione, ſi vxori eam irrogauerit.*

30 *Contra iniuriæ reum ciuiliter & criminaliter agitur, vna autem actione electa, altera perimitur.*

31 *Elegans deciſio ad.l.item apud Labeonem.§. ſi quis ſeruo verberato.ff.de iniur.*

32 *Merces operarũ quo iure qua ve actione ſolui debeat iniuriam paſſo.*

33 *Cicatrix in fœmina non nupta, an recipiat æſtimationem?*

34 *Bonorum duo genera ex Platone.*

35 *Deformitas notabilis ſponſæ de futuro ſuperueniens, iuſtã diſceſsionis cauſam præbet.*

36 *Secus tamen eſt ſi longê marito ſit diuitior.*

37 *Et contra mulieris pulchritudo etiam inopis cum viri nobilitate compenſari poteſt.*

38 *Animali facta cicatrix æſtimationem recipit.*

39 *Si pænitentiam egerit, qui iniuriam dedit, an poſsit accuſari.*

40 *Remiſſa iniuria quo ad forum exterius, nihilominus agi poteſt ad expenſas.*

41 *Iniuria remiſſa minimè cenſetur ex eo quod in interiori animi iudicio, læſus condonauerit.*

42 *Barto. & Ananiæ opinio reprobatur æſtimãtium iniuriam paſſum non teneri ad reconciliationem, deponendamque ex animo iniuriæ recordationem, niſi prius veniam petierit, qui damnum dedit.*

43 *Actio iniuriarum quibus modis tollatur.*


## DE iniurijs, quæ facto fiunt potiſsimùm agitur, deque illarum pœnis iure Cæſareo, Regio, Pontifició ve ſancitis. Cap. VI.

REliquum eſt, ne ab inſtituto, & recto deuiemus ordine, cùm plerunque in controuerſiam incidat, verba vndequaque breuiſsima facere de illa iniuria, quæ facto fit, de qua agit text.in.l.lex 1
Cornelia.ff.de iniur. vbi ita ſcribit, Lex *Lex Cornel.*
Cornelia, de iniurijs competit ei, qui iniuriarum agere volet, ob eam rem, quòd ſe pulſatum, verberatum ve, domum ve ſuam, vi introitam eſſe dicat.§.Sed & lex Cornelia. Inſtitut. de iniurijs, regia.l. 6. titu.9.part.7. Vbi ponit pleraque exempla, quod licèt quis realiter alium non tangat, nec percutiat, ſed tantum admoueat manus, vel inſtrumentum aliquod contra eum alleuet, in iniurię labem incidere conſtat, & eius penam.l. item apud Labeonem.§.ſi quis pulſatus. ff. de iniurijs. Cuius verba ſunt, Si quis pulſatus quidem nõ eſt, verum manus aduerſum eum leuatę, & ſæpe territus eſt, quaſi vapulaturus, non tamen percuſsit, vtili iniuriarum actione tenetur. Cuius meminit pro ſingulari Barto.& Alberic. inibi. *ſingulare.*
Quo in loco vnicum eſſe profitetur Angel.de Peruſi. & huic accedit ſententiæ Hyppol. de Marſ. in.l.ſi is qui cum telo. C.ad leg.Cornel. de ſicar. numer. 18. Angel.de Malefic.colũm.1.in verb,admenauit. Et inibi expreſsim adnotat, eius additiona. Quibus nec admodum inuitus accedit Iaſ. in.l.1. §. hæc autem verba. ff. 2
quod quiſq; iuris.regia.l.6.titu.9. part.7. ea ratione ductus: quia iniuriarum actio minimè datur, niſi contra illum, qui liuore animi ductus animum induxit ſuum iniuriandi.l.ſi non conuitij ff.de iniurijs. & inibi ad id adnotat Cy.& eſt tex. ad id præſtantiſsimus in.l.apud Labeonem.§. conuitij.ff.eod.tit. Barto.Socin.conſilio 168.colum.3. verſicu.3.volum.1. Andreas, Barbat.conſilio.15. volum.quarto, quod reperies poſt librum conſuetud.Biturig. in ordine primo.Et ante hos Philip.Corne.conſi.172.volu.3. litera R. Boërius his admodum ſuffragatur, conſi.4.num.2.ita nempe demonſtratur animus verbo, vel facto. Si quidem vulgo dici ſolet. talem præſumi quem, qualẽ demõſtrant verba, *Verba aĩm indicant.*
factaq;.l.quod Labeo.ff.de ſuppel. legat. C.ſi-

c.ſignificaſti.ad fi.de homicid.l.3. C.ad.l.
corn.de ſica.c.reprehēdenda tumagis es.
C.de inſtit.&ſubſtitu.Boërius eo in loco
cuius & antea meminimus.Siquidem ta-
lia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demō
ſtrant vti vulgo circunferri ſolet.l. ſi ſer-
uus plurium.§.fi.ff. de leg.1.l.qui interro
gatus.§.1.ff.de interrog.acti.Et inibi Bal.
expreſsim adnotat.Et volūtatē & propo
ſitum maleficia diſtinguere conſtat.c. cū
voluntate.de ſentēt.excom.l.qui iniuriā
in princip.ff.de furt. Quo fit iniuriarum
actiōe teneri,ſi manu cultello,baculo,mi
natus fuerit cuipiam,tametſi non percuſ
ſerit.Id diffinitum extat ex Bart. Angel.
in.l.apud Labeonē.§.ſi quis plures.ff. de
iniur.Ange.Aret.in tracta.malefic.in ver
bo. admenauit. in princip. Nicola Boë-
rius conſi.4.nu.16.apud quos ſatis iam ſa
tis id conſtat.

*Minitās cultello vel baculo.*

His tandem examinatis ex eodē fon-
3 te deducitur eadem iniuriarum actione
teneri,ſi ſanè verbo ten9,vel facto, alicui
irroget iniuriā.Ratione perſonæ,dignita
tis,loci facti,quandoq; iniuria atrox exi
ſtimatur.Et inter atroces iniurias eſt ali-
quis gradus,ſicuti diffinitur ex.l. prætor
edixit.§.fi.& in.l.ſed & quæſtionis.verſi.
& ait Pompo.&.l.lex Cornelia.§.lex ita-
que.iuncta gloſ.inibi.ff. de iniur.§. atrox
iniuria.Inſti.de iniur.Fran. Areti.conſil.
34.Nico.Boër.deciſi.168.nu.10. & iniuria,
quæ à pluribus fit,grauis etiā eſt.l.ſi plu-
res ſerui.& inibi Alex.ff. vi bono. rapto.
Boër.deciſi.173.nu.10.itidē grauior eſt in
iuria ratione perſonæ,& contumelioſior
atrociuſque punienda quæ magiſtratui
irrogatur:quàm quæ priuato,teſte Ariſt.
lib.Problem.19.c.14.ad fi. Fabio Quinti.
lib.6.orato.inſtitu. Idq; iuriſconſultorū
deciſionibus cōſtat ex.d.l.prætor.§. vlti.
ff.de iniur.Bart.in.l.non ſolum.§,ſi man-
dato.ff.de iniur.Salice.in.l.non ideo mi-
nus.ff.de accuſa.doct.paſsim in.c.cùm il-
lorum.de ſenten.excom. Bald. ſignanter
in.c.1.§.iniuria.in primis verbis in tit.de
pac.iuram.firman.in vſib. feudo. aſſeue-
rans,quod ſi quis prætori,propter inimi
citiam priuatam alapam irrogauerit,vl-
timi ſupplicij pœna afficiendus eſt. Cu-
ius meminit pro ſingulari Iaſ.in.l.1.nota
bili.1.C.de precib. Imperato. offerendis.
Itidem in.l.principalibus. colum. vltim.
verſi.2.quero.ff.ſi certum peta. Et latiori
commentario id adnotat,in.l.qui iuriſdi
ctioni præeſt.col.1,ff.de iuriſd.om. iudic.
Felin.in.c.inquiſitionis ad fi. de accuſat.
Idque cōueſtiri poſſet,ex.l. poſtliminiū.
§.filius. ff. de capti.& poſtlimit. Ex quo
tex.rationem ſumens.Bald. in.l. ſenium.
in princ.C.qui teſtam.face.poſ.aſſeuerat
maiorem eſſe authoritatem magiſtratus
quàm quæ patris.Et adeo honor à veteri
bus impendi magiſtratibus ſolitus eſt,vt
ipſi à parentibus lege naturæ poſtpoſita
maximè colerentur, ſicuti id etiam con-
ſtat, à Fabio maximo factum eſſe, teſte
Claudio in Annalium ſuorum libr. 6. &
libr.24. Valer. lib.2. c.1. Gellio.libr.2.c.2.
Plutarc.in apophteg.Romanorū, Apud
quos ſatis ſuperque id diffinitum extat.
Et Romanorum legibus conſtitutiſsimū
eſt,iudicem ius præcipiendi cogendique
habere in patrem.l.ille à quo.§.vlti. cum
ſeq.ff.ad trebel.Et inibi Accurſ. tex.in.d.
§.filius.Et Cic.lib.3.de legib.ſcribit Cha-
rondam in ſuis legibus legem hanc ſan-
xiſſe, Ciues omnes magiſtratibus obtē-
perent.

*Magiſtratus authoritas.*

Secūdò fortiſsimum huic rei argumē- 4
tum præſtat,quòd iudicandi munus ho-
nor eſt.c.paſtoralis.in verb.honore.de of
fic.ordi.Et inibi Ioan.Andr. ad id adno-
tat Bald.in.l.2.in princip.de ſenato. Bar-
ba.conſi.2.ſapienter & præclare lib.2.ad
fin.Ioan.Andr.in.c.mutare. de regu. iur.
lib.7.in mercurialibus. Hinc & illud eſt,
doctorali dignitate inſignitos,quia iudi-
candi ius habent ex auth. habita.C.ne fi
lius pro patre.& in.§.vlt.in.1. fforum con
ſtitutione,eſſe in dignitate conſtitutos.
Collecta. in.c.forus.col.11.de verbo.ſign.
Abb.& Ioan.An.in.c.quanto.de magiſt.
Barb.in tracta.de præſt.cardina.1.part.q.
1.coll.2.& eſt tex.in.c.dudum.de elec.qui
hāc de qua agimus quæſtionem diffinit.
c.vt debitus.de appellat.l.3.§.1. inibi iu-
re honoris.ff.quod met.cauſ.l.obſeruan-
dum.ad fin. ff. de offic.proconſul. & in.l.
vlti.in princ. ibi omnem honorem ſaluū
iudicibus reſeruantes.C.quando prouo.
nō eſt neceſſe.l.1.& inibi Bald.C.ſi rector
prouinciæ.l.1.C. ſi qua.prædi. poteſtate.
Tertiò, ab eadē radice colligitur vera
interptatio illius.q.qua agitur ꝙ iniuria
illata magiſtratui finito adhuc officio,
mune-



munereq; iudicandi ęque puniēdus eſt,
criminis author,ac ſi adhuc eſſet in offi-
cio propter reliquias,& memoriam priſti
næ dignitatis,ſicuti in ea ſpecie reſpon-
dit.Bald.in.l. obſeruare.§. proficiſci. col.
4.verſi.7.quæritur.ff.de offi.procō. & le-
gat.Iaſ.in.l.principalibus.& in.l.ſi ita ſti-
pulatus.§.cryſogonus.notab.5.ff.de ver-
bo.obli. Verus inde reſtat intellectus ad
glo.c.ad obolendā in verb. prærogatiua.
de hæreticis.Qua cōſtat percutientē cle-
ricū degradatū incidere in canonē, ſi qs
ſuadente,abolita priſtinę dignitatis me-
moria.glo.in.c.degradatio.ad fi.de pœ.li
bro.6. Cui ſimilis in.c. accedēs.50. diſt.&
in.c.2.in glo.vlt.54.diſtinct. & in.c. dictū.
81.diſt.& in.c.eos.in verſi. clerico.20. q.3.
Et huius ſententiæ authores habeo An-
to.Floren.in.2.par.ſummæ.tit.25.c.1.Hyp
po.ſingu.179.col.2.Foli.in.c. contingit.in
1.de ſent.excom. Decius in reg. in omni-
bus.nu.18.ff.de regu.iu.Præpo.in.c.acce-
dens.50.diſt.Abb.in.c.1.qui cleri.vel mo-
na.Et hanc eſſe frequentiori doctorū cal
culo receptam ſententiā exiſtimo,ea qui
dem conditione,ſi fuit degradatus verba
liter:lōgè verò aliter, ſi actualiter. Si qui
dem tunc minimè in canonem incidit,ex
Archiepiſ.Flo.loco præcitato.

*Percutiēs clericū degradatum.*

*Cōmunis.*

Hinc deduci videtur reſponſum gloſ.
7 in.c.ſi qui epiſcopi.in glo.magna.92.diſt.
aſſeuerantis,ꝙ ſi quis clericus fuerit inſi-
gnitus epiſcopali dignitate,& ob plebis
ſeditionem nō poſſet epiſcopatū aſſequi,
eaq; de cauſa ei renūciauerit, remanet ni
hilominus ſui epiſcopi clericus.c.ad ſup-
plicationem extra de renun.Neq; ob me
moriam priſtinæ dignitatis poterit depo
ni. Hanc ſentētiam profitetur Feli. illius
glo.memor in.c.quæ in eccleſiarum. col.
32.fal.5.de conſtitu.

Ex eadem ratione conſtat elegans Io.
8 de Lignia. reſponſio in clem. ne in agro.
de ſta.mona.Quod ſi ſemel fuit Abbas ſi
ſine culpa officio deponatur: in priſtinæ
tamen dignitatis memoriam,primum lo
cum poſt abbatem,in choro & conuentu
obtinet.Idemq; aſſerit Imo.col,14.in vlt.
q. inibi.His etiā accedit Iaſ.in.l. ſi ita ſti-
pulatus.§.Chriſogonus.col.6.ff. de verb.
oblig. Feli.omnium diligentiſsimè in.c.
qui in eccleſiarum.de conſtit.verſic. hinc
eſt,quòd qui ſemel. Quibus libenter ac-
cedit Guido papa, deciſ. Delph.377. exi-
ſtimat,quòd ſi princeps ſummi Prætorij
Cōſiliarios abſq; labe & crimine officio
deponeret,nihilominus in priſtinæ digni
tatis memoriā, eiſdem priuilegijs gaude-
rent.

*Officio depoſiti abſq; culpa retinent priuilegia.*

Ex his apparet inſignis admodum, &
perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſque
profeſſoribus non infrequenter tractari 9
ſolet.in.l.1. C.de aduo.diuer.iud.vbi Bar
to. expreſsim adnotat, quòd qui aduo-
cationis officium depoſuerit,minimè po
teſt ſubijci torturę.Et in eadem ſenten-
tia eſt Iaſ.conſ.179.col.2. Itidem in præci
tata.l.ſi ita ſtipulatus.num.27.

Ex eadem radice verus reſtat intelle-
ctus ad.l.vlt.ff.de decu.vbi conſtitutiſsi- 10
mum eſt,in memoriam priſtinæ dignita-
tis minimè torquendum eſſe,qui decurio
natus officium olim geſſerit. Ita profite-
tur Bart.in.c.ſedes apoſtolica.col.4.de re
ſcript.& Hyppo.in ſingu.107.&.179.

Vnde colligitur,quod qui legationis
munus exercuit,etiam reuerenter tractā
dus ſit vt exiſtimat Specu.titu.delegato.
§.finitur.Dinus,Ioan.Andr.Abb. Franc.
in.c.decet.conceſſum. de regu.iur.libr.6. 11
Bald.Inno.& And.Sicul.in.d.c.ſedes apo
ſtolica. Maximè verò Feli.id luculenter
explicat in.c.quæ in eccleſiarum.col.32.

Ex quo quidem iure procedit vera ra-
tio glo.in.§.generaliter. in verb. præſtet.
in auth.conſtitutioq;.de dig. vbi ex pro- 12
feſſo aſſeuerat filium à patris poteſtate,
ob dignitatem liberatum, minime digni
tate finita ſub patris poteſtatem cadere,
ſicuti arbitratur Din.in. d.c. decet. Abb.
in authē.ſed epiſcopalis.C.de epiſcop. &
cleri.Ioā.de Plat.in.l.vlt.C. de conſu.lib.
12. Tametſi depoſuerit adminiſtrationē
iudex,eo priuilegio gaudet, ratione pri-
ſtinæ dignitatis.l.proconſule.ff. de offic.
proconſ.l.1.C.vt omnes iudices, tam ciui
les,q̄ criminales.Caſta.q.20.de impe.del.
Hyppo.ſing.179.Paris à Put.in tract. Syn
di.in par.an ſi poteſtas.fo.21.nu. 16. diffi-
niunt,quòd qui miniſtros iuſtitiæ, vel ip
ſos iudices tempore Syndicatus, non mi-
nus puniendos fore, quàm ſi nondum iu
dicum officiū finitum eſſet.l.1. C. vt cau.
poſt,liber.Bald.in.l.obſeruare. §. profici-
ſci.ff.de offic.proconſ.Hyppo.eo loco cu
ius nos antea meminimus.Andr.de Yſer.

*Irrogans iniuriā iudici tpe synd.*

in Conſt.reg.quæ incipit,Magnæ curiæ,
glo.in.§.illud.in authē.vt iud.ſi.quo.ſuf.
verb.mortis colla.2. definiēs capitis pe-
na afficiendum eſſe eum,qui officiali in-
iuriam irrogauerit durante Syndicatu.
Tametſi Barto.in.l.item quæritur.§. qui
impleto.ff.locati,audacter aſſeueret, fini
to officio iudices non eſſe,nec iudicū pri
uilegijs potiri.Nihilominus tamē exiſti-
mat iudicantis arbitrio puniendum eſſe,
qui iniuriam iudici officio functo intu-
lerit.Et text.eſt in.l.iudici.ff.de iniur.l.il-
lud.de appel.& inibi Bar.idem definiens
Bald.in.c.1.§. iniuria de pa. iur.fir. in vſi.
feud.Iaſ.in.l.principalibus.ff.ſi cert.pet.
col.4.& inibi Butrica.Bald.in.l.tribunus
in princ.ff.de teſta.mil. Itidem Bald.in.l.
13 obſeruare.§.proficiſci.q.3.ff.de offic.pro-
con.idem omninò opinantur:vt etiam,ſi
ſtatuto municipali ſancitum fuerit,iniu-
riantem poteſtati capite plecti, intelliga
tur de eo,qui non eſt in officio,nec à ciui
tate diſceſsit.Hoc profiterur ex recentio
ribus Franciſ.Auil.in.c.1.Prēto.num.8.in
verb.durante.Et in cap.1.ſynd.nu.14.

His ſic præhabitis ex eodem ſtipite,
ſiue fonte,& illud emanare videtur ad re
14 giam comſtitutionem.5.titu.12.lib.8.ord.
reg.Vbi expreſsim definiens penas con-
tra occidentes,vel vulnerātes ipſos iudi-
ces miniſtroſve.intelligit etiam,ſi tempo
re Syndicatus iniuria fuerit illata.

Hinc diffiniri poterit quod & Bal.ſcri
15 bit in.c.1.§.iniuria,de pace iuramēt. firm.
definiens, quòd ſi quis impegerit, alapā
iudici,poſſe quidem criminis, authorem
furca ſuſpendi.Innoc.in.c.dilecti. de pœ
nis.Iaſ.in l.qui iuriſdictioni.nu.3.ff.de iu-
riſd.om.iudic.Paris à Puteo. de ſyndica.
verbo.contumacia.num.7.fol.89.Angel.
in tract.malefi.in parte vſque ad locum.
Hyppo.in.l.vnius facinoris.§.cogniturū.
ff.de quæſtio.num.70.Anto.Corſet.in re
perto ad Abbatem,verb.iudex.col.13. Et
in ea ſpecie in praxim ſe habuiſſe aſſeue-
rat Franciſc.Auiles.in.c.1. Prætorum,ver
bo *Derechamente*,nu. 12. Bonifac.de Vitali.
de maleficijs. titu. Quibus de cauſis poſ-
ſet,ad mortem condemnari.col.2.

*Grauior iniuria cenſetur ratione loci.*

His itaq; diſcuſsis, notādum eſt ad hu
ius capitis reſtitutionem, extimari iniu-
riam ratione loci: veluti ſi quis in via pu
blica,Platea,Eccleſia, aut iudicis præſen
tia iniuriā irroget text.in.l.Prętor edixit
§.atrocem iniuriā. ff.de iniu.§.atrox præ-
cita.Vbi Imperator ſcriptum reliquit,a-
trocem iniuriā æſtimari,vel ex facto, vel
ex loco.Veluti ſi cui in theatro,vel in fo-
ro,vel in conſpectu Prętoris iniuria facta
ſit.Vel ex perſona.Veluti ſi Magiſtratus
iniuriam paſſus fuerit.l. apud Labeonē.
§.hæc autem.verſi.quod ait Prætor. ff.de
iniur.Regia.l.20.titu.9.part.7. Atrox au-
tem iniuria quæ dicatur explicant doct.
in.c.ſolent.de ſentent. excom. Et in cap.
per literas.de reſtit.ſpolia.Guil.in.l. ſed
ſi hac.§. Prætor ait.ff. de in ius vocand.
Alex.ad Barto.in.l.non ſolum.litera E.ff.
de iniur.

Cæterum & illud cōſtitutiſsimum eſt
iniuriam irrogari poſſe alicui,mediate,& 16
immediate eidem perſonæ, vt ſi filio in
poteſtate exiſtenti patris, vel vxori, ſer-
uo,famulo,clerico & monacho, eccleſiæ
fit iniuria.Ex quo aliqua cōijcienda ſunt
huic rei maxime neceſſaria ad hui9 quæ-
ſtionis perſpicuum intellectum, ſiqui-
dem iniuria alicui de familia facta agere
poſſe conſtat, longe quidem aliter ſicuti
adnotat Bart.in.l.1.§.fin. ff. de iniur. Cin.
idem profeſſus,num.6. & plerique alij in
l.ſi non conuitij.C.eod.titu.Faber & paſ-
ſim doct.in.§.ſi à libero.Inſtitu.de iniur.
eſt text. ad id præſtantiſsimus in.l. item
apud Labeonem.§ interdum.ff. de iniur.
Et expreſsim id adnotat Innoc.in.c.dile-
ctus.col.2.de appellat.extatque Regia.l.
10.titu.9.part.7.quæ expreſsim id definit.

Ab eadem radice & illud conſtat irro 17
gantem iniuriam cadaueri, eius hæredi
cenſeri feciſſe.l. 1. §. quotiens. ff.de iniur.
text. in auth.vt defun.ſeu fun.eo. gloſſa,
quæ expreſsim hoc ipſum vult,& Barto.
& paſsim doct.in.d.§.quotiēs. Itidē Bart.
in.§.Cato.l.4.de verb.oblig.num.31. Et re
gia.l.penul.tit.13.part.1.id vnum addens,
non ſolùm hæredibus competere hanc
actionem iniuriarū, quibus & iure com-
muni delata erat,ſed etiam defuncti con
ſanguineis.Quin etiam vi rapiens cada-
uer,impediensve, quominus ſepeliatur,
pena legis de vi publica tenetur.l. qui ce
ptu.ff.ad leg.Iul.de vi.Cuius criminis pu
nitio deportatio eſt,ex.l.qui dolo.§. fina.
cod.titu. & bonorum etiam confiſcatio.
§.penul.Inſt.de pub. iud.Et adnotat ple-
raque

*Iniuriam irrogans cadaueri.*



raque id genus alia Hoſti.in.c. cùm libe-
rum.de ſepult.Petr.Rebuf.in glo.ad con
ſtitu.regias Galliæ.part.1.in tracta.de ſen
tent.num.67.Ioan.Sanſon,in glo.ad con
ſuetu.Turronenſ.in rubri.de ſucceſsio.ar
tic.11.col.4.fo.310.Et prēter alia eſt,in hac
quēſtione obſeruādum,in eos qui defun-
ctorum imagines, & ſepulchrorū ſtatuas
offendunt,iniuriarū actione experiri po
teſt ex.l.ſi ſtatua,ff.de iniur.Bar.in.l. qui
libertate.§.ne eius.ff.de oper. publi. Vbi
agit de his,qui radunt arma ex capellis.
Nunios Auenda.in.c.1.præto.num.3.

Hinc illa examinatur quæſtio perple-
xa valde,& à doctoribus vtique non ſa-
18 tis diſcuſa.Iniuria monacho; clericove ir
rogata eccleſiæ,abbati facta cenſeri con-
ſtat.Bald.in.l.præſens.C. de tranſa. Abb.
in.c.parrochianus. & in.c. non dubium.
& in.c.contingit.de ſent. excom.Bald.in
l. qui accuſare.C.qui accuſa.non po. Ale
xand.ad Bart.in.l.1.§.fina.& in.l. ſed ſi v-
nius,§.filiofamilias.ff.de iniur.Iacob. Vi
lal.in.2.part.repeti.l.22.titu.1. part.7. Eo-
que nomine iniuriarum actione experi-
ri poſſunt,ex cap.cùm deſideres.§.final.
de ſentē.excommu. & inibi paſsim doct.
adnotant. Quò fit pecuniā monachi in-
terfecti, ex tranſactione facta,abbati, ac
monaſterio ſoluenda eſt,non tamen eius
patri ex Roma.conſi. 450.Deci. in cap.in
præſentia.num.57.de probatio. Quorum
ſententia communis eſt teſte Alciato in
l.4.§.Cato.de verbo.obligat. Tametſi ab
hac ſententia diſcedat,Boērius aſſeuerās
contrariam eſſe communiorem. deciſio.
121.nume.9. à poſteriori tamen ſententia
non eſſe diſcedendum exiſtimo ex gloſ.
in.l.ex cauſa.§. Pomponius.ff. de mino.
& alias iſthæc quæſtio negotium nobis
fuit.

*Iniuria clerici facta eccleſiæ fit.*

*Duæ cōes cōtrariæ.*

Hinc etiam & quod obiter menti oc-
19 currit, adnotandum eſt, patrem agere
poſſe,contra eum,qui filio iniuriam irro-
gauit,ex Alber.in.l.ſed ſi vnius.§.filiusfa
milias.ff.de iniur. Iacob. de Are. Barto.
Ange.in præcitato.§. filiusfamilias,idem
deducentes ex text.inibi in verſic.planè.
poſt glo.quæ expreſsim, hoc ipſum vult
ibi,in verſi.filio. quē eſſe opinionē Hug.
primi id aſſeuerantis, aſſeuerat Specula.
titu.de iniur.§.1.verſi. ſed nunquid nocet
filio.Ab hac tamen ſententia libenter di-
ſcedit Azo.in ſumma.titu.de iniur.§. da-
tur actio iniuriarum.ad fin.ex text.in.l.1.
C.de bo.mater. & in.l.vltim. C. de bonis
quæ liber.Hoſtienſ.in ſumma,titu.de in-
iur.col.3.diffinientes in præiudicium ip-
ſius filij patrem, ne utiq; poſſe iniuriam
filio illatam remittere. Quorum ſenten-
tia illud coadiuuat pater filio inuito le-
gatum eidem relictum non poteſt repu-
diare.l. remittente. C.de iur. delibe.l. ex
repudiatione.C. de fideicommiſ. nec iti-
dem bonorum poſſeſsionem ſibi quæſi-
tam.l.2.C. de repu. bonorum poſſeſ. Nec
aliquo iuris apice obſtant pro contraria
adducta parte, ſiquidē ex iniuria filio il-
lata grauior in patris perſona exiſtima-
tur,quàm quę in filio.ex glo.in.l. in per-
ſonam.ff.de pact.& inibi Barto.Paul.Ca
ſtrenſ.Angel.Fulgo.& Iaſ.& Iacob. de Sā
cto georg.Collectarius.in cap.fin. de in-
iur.Bartho.de Firmi. in eo tractat. quem
publicum fecit.de epiſco.part.3. lib.4. q.
12.verſi.ſubſequenter quæro. deciſio Ca-
pellæ Tholoſ.262.gloſ.paſsim admiſſa,in
c.ſi is qui prælatus.23.q.4.Ludouic.Bolo.
poſt Barto.in.l. lucius. in primis interpre
tationibus.ff.ſolut.mat.

*Filij iniuriā, an pater remittat.*

Illud verò prætermittendum non eſt,
quòd licèt,prælatus illatam iniuriam ec-
cleſiæ remittere non poſsit,nihilominus
religioſo iniuriam illatam poſsit vtique
remittere ſicuti in ea ſpecie diffiniere Io.
Fab.Angel. in.§. patitur. Inſtit. de iniur.
Itidem Ioā.Fab.in.l. ſi quis in hoc genus
C. de epiſcop.& cleric. Baptiſ. de Sanct. 20
Blaſio.in tracta.correlati.q.6.fallen.20.Ia
cob.à Bellouiſ.in ſua practi.titu.de iniur.
fo.7.col.3.verſi.ſed nunquid ſi filius. & in
ea ſpecie ita reſponderunt canoniſtæ in
cap.cum deſideras.& in.c. non dubium.
de ſent.excom.

*Religioſo illata iniuria Abb. remittit.*

Præcęteris ſatis compertum eſt,quòd
ex eadem radice emanare videtur, ſum- 21
mum eccleſiæ præſulem, minimè poſſe il
latam eccleſiæ iniuriam remittere. glo.in
verb.punire.in.c.1.de pœn.lib.6.cui ſimi-
lis eſt,in.c.contingit.de ſent.excō. Et do-
cto.vtrobiq; Zeucelin. in extra. ſi fratrū.
titu.de ſede vacan.& eſſe frequētiori cal-
culo receptā ſententiam profitetur Boē.
Deci.120.num.5.1.par.Pro qua eſt text.ad
id præſtātiſsimus in.c.ſalonitane.63. diſt.
quæ omnia deſeruire videntur, ad intel-

*Papa iniuriā eccleſiæ non remittit.*


lectum

lectum regiæ conſtit.22.tit.1.part.7. diffinientis,habita pace cum offenſo & inita concordia pœnam criminis ordinariam pro delicto imponi non poſſe.Atq; ideo pater iniuriam filio irrogatam remittens criminis authori,pœna ordinaria imponenda non eſt.ex tex.in.c. Quintauallis. ibi.Pro offenſa,quam filij ipſius.Et inibi Bald.de iureiurã . Iaſ.in.d.l.in perſonam. quam explicat.cum.l.contra iuris regulas.§.fin.notab.6. de pact. nec credendũ eſt patrem,velle in cauſa filij calumniari & abſque aliqua cauſa iniuriam remittere.l.mater.C.de calũm.l.fina.ff. de pu.iudi.niſi & id conſtaret, euidẽtiſsimis præſumptionibus.ex Bart.& docto.in.l. fin. C.de bon.quę libe.

Ex quo diffinitum extat patrem optimo quidem iure filio illatam iniuriam remittere poſſe ex.l.qui incæſtu.§.fi.glo.& docto.in.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.ſolu. matrim.& in.l. tranſigere.C. de tranſact. Alexã.in.l.Lucius.ſolu.ma.ff.Ange.in.l. inter liberas.§.filiusfamilias.& ibi Alex. ad Bart.ff. ad leg.Iul. de adulter. Quibus nec admodum inuitus accedit Boërius, conſi.68.Cuius initium, viſa trãſactione. col.pen.Alber.in.l.licet.§.fi.col.2.ff.naute.caupo. & ſta. Quam paſsim receptam ſententiã intelligẽdã fore exiſtimo, ni & pater,eſſet abiecta perſona, infimęq; cõditionis,perſona vero filij eſſet honeſta,

*Intellectus cõmunis.*

22 alijsq; titulis decorata ex.l. ſed ſi vnius. §.filiusfamilias.ff.de iniur.in verſi. interdum.Angel.in.l.cum poſsit.de iniur.

Alius etiam ſubijcitur caſus à priori ſententia,ſi eſſet iniuria violati thori illata filio,pater non poſſet remittere, ſicuti Bart.exiſtimat,in.l.qui incæſtu.§.fi. ff.de vi.publi.text.ad id omnium celebris in.l. inter liberas.§.filiusfamilias. Et inibi Alexand.ad Bart.ff.de adulte.Bald.nouel.in tracta.de dote.4.part. verſic. trigeſimum priuilegium. Petrus Rabenẽ. in ſuo iuris alphabetico.in verſi.iniuria.Ludouic.Bolog.in dic.l.Lucius.in primis interpreta. Et ante hos Barto. Bald.Imol, Alexand. Roma.& neotericorum maior pars in.d. l.Lucius.ſolut.matr.Roma.ſingul. tu habes.Hippoly.ſingu.573.grauior eſt.Alex. ad Barto.in.d.§.filiusfamilias.

Tertius ſubijcitur, caſus, vt res iſta apertiſsimè intelligatur,in querela inofficioſi teſtamenti,cum illa iniuria irrogata ſit ſoli filio,& in patrem non tranſeat ex.l.Papinianus.in princip.ff.de inoffic. teſta.Atq; ideo eam iniuriam patrem remittere non poſſe,conſtitutiſsimum eſt.

Quartus ſubijcitur caſus , qui nõ infrequẽter diſcutitur,ſi & pater abſens eſſet, nec vtiq; iniuriam remittere poſſet,ex.l. ſi longius.§.1. ff. de iudic. & inibi Iacob. de Sancto Georg.gloſ.in.c. cum illorum. in verb.paſſus.& inibi docto.de ſent. excom.Ioan.à Plat.ſumens rationẽ ex text. inibi.in.§.patitur.Inſtitu. de iniur.Manſue.in ſua practi.titu.de iniur.fo.39.col.2. Docto.in.d.§. filiusfamilias. Quibus pleraq; id genus alia congerẽs accedit Guiliel. Bene. in repeti.c.reynuntius fo.328. col.4.de teſta.& Boër.ſignanter eo in loco cuius & anteà meminimus.

Vt quę longo ſubſellio tractauerim⁹,
& quo abij redeam,ſi iniuria vxori illata 23
ſit,viro vtiq; cẽſetur facta, atq; eidẽ actio competit nomine proprio.l.5. item autẽ per ſemetipſum.& in.l.eum qui.§.etſi nupta.& in.§.ſi iniuria.Et inibi Barto. ff.de iniur.& ſuffragatur quod Lucas à Penna adnotat in.l.1.C.vt publicæ lætitiæ. libr. 12.q.20.diffiniens inita pace cum viro , ſi vxorem eius oſtenderit, pacem violaſſe conſtat Bald.idem profeſſus in auth.habita.C.ne fili.pro patr.rationem ſumens ex text. inibi ſcholari irrogans iniuriam pœna quadrupli afficiendus eſt.Ita quidem,ſi ſorori,fratri matrive ipſius ſcholaſtici euntibus ad eum viſitandum iniuriæ illatæ fuerint.

Hinc & illud diffinitum extat , ſi lege lata cautum ſit,ſtatutove municipali, irrogante certam pœnam magiſtratui, offendenti:iniuriã vxori,magiſtratus inferens,ea pœna coërceri debet , ea ratione, quia priuilegium clericis conceſſum, cõpetit, & eorum vxoribus.l. vltim. & inibi.Cinus.C.de iniur. & in.l. vltim. & in.l. medicos.C.de profe.& medi.libr.10. Luc. à Penna.ſerioſè in declarat in.l.eos qui. & inibi Plate. C.de fabricen. lib.11. & in l. ſacris noſtris. C. de proxi. ſacro.ſcrini. lib.19.& in.l.vltim.C.de priuileg. ſchola. eod.lib.& in.l.vltim.C.de princip. agenti.in rebus.

Et fortiſsimum argumentum, huic rei præſtat.l.1.ff.de in ius vocand. diffiniens mari-



marito,aliquod priuilegium concedens, ad vxorem eſſe extendendum. Baldus, Salice.Alexand. & plerique alij inibi.Et Deci.2 notabi.Rapha.Cum.ex text. in.l. non tantum.ff.de re iudic.Bal.conſi. 409. conceſſus fuit. volum.1. idq; deducentes ex illa ratione,qua circũ ferri ſolet,vxorem radijs priuilegijsque maritorum potiri ex.l.1.&.2.C.de vxor.militum. & inibi expreſsim adnotat Odofredus text.in l.2.C.de epiſco.& cleri.

His omnibus animaduerſis , & illud
24 deduci videtur,quod ſi alicui cautio itineris,& vt vocant, ſaluus conductus concedatur, vt ex Italia poſsit , ad Hiſpaniã vſque peruenire,per Galliam,vxori etiã, hoc munus,competit,tametſi eius nulla fuerit facta mentio.Conſuluit Bald.in ea ſpecie conſi. 414.lib.5. cuius meminit idẽ profeſſus Iaſ..in.l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verbo.oblig.Itidem in dict.l.non tantum,& omnium diligentiſsimè Alber.in 1.ſtatu.part.quæſtio.114. Et ex cononicæ philoſophiæ authoribus , huic acceſſere ſententiæ Ancharra.Lapus,Philip.Fran. in cap,ne aliqui.de priuileg. libr.6. & aliquot axiomatib⁹ id explicat Alcia.in. d. l.prima. in ver.vxori.C. de in ius vocan.

Libet hoc in loco non incongruè ex
25 his quærere,ſicuti,& vir propter priuilegium dignitati conceſſum , quæſtioni, ſubijci non poteſt,ex.l.ſeueram.C. de dignita.libr.12. Ioan. à Plat. in.l. mulieres. eod.titu.l. milites.C. de quæſtio. regia.l. 4. titu.2.lib.4.ordina.rega. ita quidem,& eius vxor torturæ ſubijci non poterit, In qua ſpecie ita reſpõdit Ioan.à Platea, loco præcitato.l.2. C.de quæſtio. l.6.titu. ſecundo.lib.4. ordin.inibi. *Otro ſi las mugeres,que fueren caſadas con hombres hyoſdalgo. &c.* Et ita nouiſsimè aſſeuerat Franciſ.Auile. in capitulis prætorum.num.16.in prooemio.Et ante eum Alciatus eo in loco,cuius & antea mentionem fecimus. Matth. Afflict.in conſtitu. Ciciliæ incipi. proſequens.colum.5.verſi. ſecundo quæro. Et iſthæc ſententia de ſtatuto puniente iniuriam factam magiſtratui , viro ve locum etiam ſibi vendicabit,in vxore magiſtratus,quæ adeo recepta eſt,à doctoribus vtriuſque claſsis,vt impugnari non poſſe videatur, inibi tamen in ea quæſtione lõgè alia mens eſt,& ratio. Et certe doctor. ſuo fruſtrãtur voto,ſicuti exiſtimat contrariam ſententiam profeſſus Franciſ.Areti.conſi.130.conſultiſsimi.Decius, Andre.Alciat.in.l.prima.C.de in ius vocan. Et inibi Thom. doctius Philippus Deci. conſi.501.in ciuitate Alexandriæ. colum. ſecunda.Itidem in.l.more. colum.ſecũda ff.de iuriſdict.om.iudic. Pro quorum ſententia aliquot iuris rationes afferam,quę partim hanc aperiant quæſtionem , partim diffiniant.

Et primo conueſtiri poſſet priuilegiũ
patri ratione dignitatis conceſſum,ad fi 26
lios vtique extenditur, ex. l.moris.§. iſte fere.ff.de pœn.l. diuo Marco.C. de quæſtio.glo.in.l.prima.C. qua.eta. libr. decimo.Nihilominus ſi ex forma ſtatuti magiſtratum offendens , ſit aliqua afficiendus pœna, ea non afficietur, ſi filium ipſius poteſtatis offenderit , tametſi filius patris dignitatẽ, nanciſcatur , ſicuti Bal. in.l.prima. C. ſi rector prouinciæ, ad fin. Franciſc. Aretin.in.l.maritum ad fin. ſolut.matr.aſſeuerant.

Secundò fortiſsimum huic rei argumẽtum præſtat triuiale iuris adagium in materia pœnali dignitatis appellatione dignitas venit principaliter, pro vt eſt in aliquo non tamen prout eſt in conſequẽtiam , & participatiuè, ſicuti argumento optimo deſeruit text.in dicta. l. moris.§. poteſt , vbi definitum extat prohibitus poſtulare apud Præſidem, minimè apud
præſidis legatum prohibendus eſt poſtu 27
landi munus exercere.At Præſidis dignitas legato communicatur , in conſequẽtiam eiuſque imaginem repreſentat, ſicuti adnotat Barto.in.l. quod principi. ff. de legat.ſecundo.l. prima, & ſecunda. ff.de offic. præſid. & vicarium epiſcopi dignitatem repręſentare conſtat , facitq; idem tribunal cum eo. Barto.in.l. prima. ff.quis & à quo appellandum.& eſt text. in.c.ſecundo.de conſuetudi. libr.6. ſic & dignitas,quæ ob maritum vxori euenit ex cap.ſi quis ſuadente.17. quæſtio.4. Ex quo conſtitutiſsimum eſt clericum percutiẽtem ipſo iure nodatum eſſe excommunicationis ſententia: minimè tamen locum vendicat in percutiente clerici
vxorem,tametſi legtima ſit ſicuti in vxo 28
re in minoribus conſtituto in cap.primo de clericis coniugat.libr.6. & inibi Ioan.

Andr,& Imol.itidem in cap. ſecundo.de foro competen. extra. Et ſuffragatur ratio, cùm ſanè hoc priuilegium toti ordini eccleſiaſtico cõceſſum ſit, minimè ad perſonam quæ eccleſiæ non deſeruit, extendi debet, eò maximè, in materia penali. Quo fit offendere vxorem dignitatis iudicisve, eſt offendere poſitum in dignite non eandem eſſe rationem. Atq; ideo extendi minimè debet cap. quod Dei. de ſtat. monacho c. canonica. de ſenten. excõmu. l. Iulia. §. hoc caput. ff. de rit. nupt. Et in hac ſpecie hanc profeſſus fuit ſententiam Iacobus à Canonibus in eo tracta. quem publicũ fecit. de iniurijs, & damno dato. in ſecunda parte quæſt. 13. vbi exiſtimat clericorũ vxores minimè gaudere maritorum priuilegio, vt pote immunes ſint à repreſſalijs. Ex quibus locis pleraque alia recenſere poſſem. Sed id nunquam animo fuit complexus.

Tertiô contrariam ſententiam impetit, dignitas quę ex viri perſona vxori cõmunicatur, nõ eſt dignitas, vt ita dixerim principalis, ſed vtique in conſequẽtiam, Barbat. in. l. ſi auguſtę. quam cum. l. quod principali legit. ff. de lega. ſecundo. At ſtatuta maximè exorbitantia, & pœnalia ſtrictè conſideranda ſunt. Non tamen in caſu ficto. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. l. quod verò cum pleriſque alijs. ff. de legibus. paſsim Doctores inter quos & Barto. in. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. ergo cum ſtatutum pœnam infligat magiſtratum offendenti minimè locum ſibi vendicabit in vxore, quæ in proprię & fictè potitur ea dignitate. l. tertia. §. hæc verba, ff. de nego. geſt.

Ex quibus plura poterunt examinari huic capiti maximè neceſſaria, tametſi Doctores vt ex illorum lectione conſtat, tam neoterici, quàm antiqui adeo inuoluerunt, vt nulla ferè eorum ſententia ſibi conſtet. Nam ex his, quę dubia ſunt nihil verum teneri, nec falſum euerti poteſt. Illud hac in quæſtiõe deducam, Promittens non offendere maritum, certa pœna, quod ſi vxorem offendat, minimè poterit agere ex ſtipulatione. Si quidem fictè videatur, offendiſſe, l. eum qui. §. vltimo. ff. de iniurijs. & Barto. in. l. quarta. §. certo. ad finem. ff. de verbo. obligat. Aret. in. l. ſecunda. §. primo. ad finem. ff. ſolut. matrimonio. nihilominus maritus iniuriarum actione agere poterit. & in ea ſpecie adnotat Dominic. per text. ad id præſtantiſsimum inibi, in capit. nec aliqui. de priuileg. libro ſexto notab. 4. vbi exiſtimat, priuilegium regis minimè reginę competere, nec eiuſdem filijs, niſi, & id exprimatur. Decius in. l. quotiens idem. ff. de regu. iur. ad finẽ. & ſic his, quæ priorem ſententiam probare videtur, obiter ſatis factum eſt.

Hinc etiam conſtabit, an verum ſit, quod plerique exiſtimant, ad huius capitis apertiorem declarationem, promittens aliqua non offendere, ſi fortè fortuna illius hæredem offenderit, ex ea promiſsione minimè agere poteſt, ſicuti exiſtimat Aretin. in præcitata. §. Cato. colũ. antepenultima. & in. l. ſi ſtipulatus fuero. colum. prima. ff. de verbor. obligatio. Ex his etiam poterit tractari, qualiter ſit accipiendum, quod & Barto. in dicto. §. Cato. l. quarta. num. 30. ff. de verbo. obligat. aſſeuerat, quòd ſi promiſerit, ſe, nec hæredes ſuos offenſurũ, adiecta certa pœna, & promiſſor deceſſerit relictis hæredibus, è quibus vnus Sempronium offendit pœnam in ſolidum committi. Quam eſſe communem profitetur, Ripa nume. 39. & 99. inibi. Tametſi contrarium eſſe cõmunem in ea ſpecie aſſeueret Claudi. nume. 38. & 86. & Alcia. nume. 186. in præcitato. §. Cato. Sed quia iſthæc alias negotium nobis erit, ideo conſultò, miſſa facio.

*Duæ cões contrariæ.*

Supereſt, vt nihil deinceps hac in re deſideretur, contrariæ ſententiæ reſpondere, tametſi vxor priuilegijs mariti gaudeat, id tamen non admittitur, in diſpoſitione corporis afflictiua, regul. in pœnis cap. hodie. de regu. iur. libro ſexto. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. cùm pleriſque alijs, de quibus paulò anteà mentionem fecimus. Quibus ita diſcuſsis exactè poteſt doctorum controuerſia explicari.

Secundò vt veteres obſcurent acta triumphos, in hoc duntaxat tractatu perplexa valde extimatur, ſecũda ratio pro contraria adducta parte. Cui facilis eſt reſponſio & miror, quòd ſummi Canonũ legumque magiſtri à canonica ratione tam facilè denegauerint, afferũt hoc ſuũ



ſymbolum. Iniuria illata vxori minimè cenſetur, marito illata, eiuſque vendita ei competit per quãdam conſequentiam ex. l. eum qui. §. vltimo. ff. de iniurijs. at ſtatutum, de quo paulò anteà mentionẽ fecimus, vim obtinet in inferente magiſtratui iniuriam. Quod ſanè intelligendum eſt verè & non fictè, nec per mediam alterius perſonam. l. aut qui aliter. §. vlti. ff. quod vi aut clam. l. hæc verba. ff. de adulter. Barto. in. l. ſi vnus. §. ſeruus. ff. de iniurijs. Itidem in dicto. §. vltimo. Et tamen luculentiſsimi iuſtitiæ doctores, in ea ſpecie, quam plura ſine iuris & æquitatis miniſterio tradiderũt: docent enim plura implicata, & non neceſſaria, & forſan non vera. Credo equidem, quòd ſi veritatis inquirẽdæ cura acriter eos anxiſſet, vtique hanc ſententiam approbaſſent, quod nonnunquam negligentia, in cauſa fuit. Siquidem quæ ab alijs ſcripta ſunt, ſine altiori inquiſitione alijs tradunt.

Nec obſtant per Franciſcum Aretin. adducta, qui in dicto. §. criſogonus. ad finem eſt ſibi contrarius. Et contrariam prorſus ſententiam profeſſus eſt exiſtimans, in ſtipulationis pœnam incidere, qui eius vxorem offendit, quam non offendere promiſerat. & Alciatus in dicto §. Cato. in ſeptima quæſtio. de verbor. obligatio. ex. §. patitur. inſtitut. de iniurijs idem exiſtimat, & l. iniuriarum. C. de iniurijs. qui his noſtris refragare videtur. reſpondeo, inibi, maritus in vxoris iniuria propriam pati intelligitur. Verbum ſi quidem intelligitur, apud omnes profeſſores in confeſſo eſt improprietatem ſignificare ex Barto. & pleriſque alijs in l. ſi is qui pro emptore. colum. octaua. verſiculo ſed illa opinio. ff. de vſucapio. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de legatis primo. inibi ex die aditæ hæreditatis eius intelligitur. Et inibi Barto. Bald. & alij fictionem denotare exiſtimant. Et eſt tex. in. l. quia ſeruo. & inibi glo. expreſsim adnotans. ff. de action. & obligationib. text. in. l. vna. §. primo. cum alijs. C. de rei vxo. actione. §. ſed ſi illo. verſiculo per gloriam viuere intelliguntur. Inſtitut. de excuſat. tuto. gloſſ. in. l. hæres quoque. ff. de acquirend. hæredit. Cui ſimilis in capit. ex ſtudijs. de præſumptio. Ex quibus ſatis ſuperq; conſtat verbum, intelligitur fictionem denotare. Quòd ſi doctores vim verborum illius text. & circunſtantias expendiſſent omnia nempe ſana, & vera apparere potuiſſent: & ſic doctorum ratio calculo non caret, licèt à nemine notetur, & ille text. difficultate prima fronte cæteris prędſtat, cui ſatisfactum eſſe videtur.

Rurſus nec à Baldo adducta in dicta authen. habita obſtant, quominus iſthęc ſententia procedat. Si quidem Imperatoria conſtitutio, inibi in materia ſtatutaria loquitur: in qua ſtrictior interpretatio facienda eſt, quam quæ in iuris cõmunis diſpoſitione, vel ex eo imperatoria deciſio procedit: quia ſi ſcholarium conſanguinei impedirentur, ad ipſos accedere, multa eiſdem incommoda euenirent. Quo fit Baldi ſententiam ſumentis rationem ex dicta authentic. habita, minimo apice deſeruire videtur, quominus iſthæc procedat opinio, & offendicula doctorum manifeſtè tolluntur, ex. l. ſed etſi paterfamilias. §. non ſolùm. ff. ad ſenatuſconſultum. Macedo. Vbi diffinitum extat exceptionem ſenatuſconſulti, quam odioſam eſſe conſtat, perſonam non egredi regulariter. Vide qui ſapis qui probus es, qui iuris veritatem amas, quam ancipiti periculo communis conſiſtat opinio. Quod ſi vera eſt, non quia communis eſt, ſed quia iuris eſt, & ſi ſolus quiſpiam docuerit obtinebit: ſin minus tanquam ſirtes eſt euitanda. Tu tamẽ candide lector in tuo ſit delectu quã velis ſequi opinionem.

Proximè dictis illud non intempeſtiuè diſputatur, in hoc duntaxat tractatu 30
quæ ſit iniuriæ pœna. Si quidem contra huius criminis reum ciuiliter, ac criminaliter agi poteſt. Et vna via electa ipſo iure altera tollitur, eo potiſsimum cùm vtraque ad vindictam tendant. §. in ſumma. Inſtitut. de iniurijs inibi poſſe, vel criminaliter agere, vel ciuiliter. l. prætor edixit. §. poſſe. ff. de iniurijs. l. ſi quis iniuriam. l. fina. eod. titu. quibus admodum, conuenit regia. l. 21. titu. nono. part. ſeptima. & in ea ſpecie ciuiliter agi conſtat, ſi iniuriam paſſus ad pœnam, ſibi pecuniariam applicandam agit, ex Barto. Angel. Cino in. l. ſi non conuitii. C. de iniurijs.

iurijs.9.quæſt. Angel.& Plat. in.§.pœna autem.Inſtitu.de iniurijs.ille col.2. Salic. idem profeſſus in.l.atrocem.num.5.&.6. C.eod.titu.Ange.in tract. maleficiorum. in part.nec non ad querelam.ad fin.Itidē in.§.primo.num.tertio.& Iaſ.num.51.Inſtitu.de actio.glo. communi cōſenſu admiſſa in.l. iniuriarum æſtimatio.ff. de iniur.& inibi Bart.Angel.& pleriq; alij. In his tamen regnis in praxi,ac vſu receptū eſt,paſſum iniuriam ad vtrumque alternatiuè ſe referre ex.l. cōſtitutionibus ad finem.& ex.§. pœna autem.Inſtitu.de in iurijs. l. ſancimus.C. de iudicijs. l. videamus.§.fina.ff.de in litem iurando.regia.l. de qua paulò anteà mentionem fecimus idem diffinit.

Cæterùm id etiam conſtitutiſsimum eſt iniuriam paſſum poſſe agere ad punitionem iniuriæ principaliter , ciuiliter vel criminaliter,vel incidēter ad damna & impenſas: Abb.& Felinus per text.inibi in cap. poſtulaſti. de iudæis. Bart.in.l. interdum.§,qui furem.ff.de furtis. Iaſ. omnium diligentiſsimè nec admodum inuitus accedit,in.§.ex maleficijs. num. 77. Inſtitu.de actio. Itidem ad omne lucrum & intereſſe agere poteſt,ex.l.qui nomine ff.ad leg.Cornel.de fal. ad plurimum differt ipſius iniuriæ eſtimatio ab damnorū & expenſarum extimatione , cum iniuriæ æſtimatio fit ad certam quantitatem iuratam ſalua ipſius iudicis taxatione. Ex qua quidem moderatio quantitatis iuratæ fit.l.videamus.§. primo.ff. de in litem iurando,gloſ. paſsim recepta in cap. ſi canonici. de officio ordinar. Cui ſimilis in principio,de action. Inſtitut. Rota noua.152. Philipp.Franc.in præcitato capit.ſi canonici. Quibus & illud adijciam vbi iuramentum pertinet ad affectionē non detegitur,periurium aliquod.tamet ſi qui iudicandi munus habet, quātitatē iuratam taxet. Rurſus expenſarum taxatio & damnorum non ita fit Primo quidem moderatio fit à iudice inſpecta qualitate ipſius vulneris, & iniuriam paſsi. Poſt hanc diffinitionem ab ipſo actore iuramentum præſtatur, quo aſſeritur, illam quantitatem expenſam verè fuiſſe. Quam praxim adnotat Bar. & Iaſ. num. 20.in.l. ſi quādo.C.vnde vi. Abb. in cap. vltim.de his,quæ vi metuſve cauſ. fiunt. Glo.communi cōſenſu ſtabilita , in cap. primo.§.ſecundo.de electione in.6. & eſt text. ad id celebris in cap. olim. de iniur. extra & inibi Doctores paſsim adnotāt & legiſtæ in.l.properandum.§.ſin autem alterutra. C.de iudicijs. extatque regia. l. prima. titulo. 18. in ordinationibus regalibus.

Principaliter à pręmiſsis deducitur verus intellectus.l.item apud Labeonem.§. ſi quis ſeruo verberato.ff.de iniurijs. inibi. Quia altera actio ad dānum pertinet 31
culpa datum:altera ad cōtumeliam.l.dominum.C. de iniurijs. l. ſi quæcunque. §. iniuriam.ff.ad leg.Aquil.l.qui ſeruum. ff. de actionib. & obligationib. text. ad id optimus in cap. primo. de iniur. Ex quo diffinitum extat,qui aliquem percuſſerit,operas eius impenſaſque in medicos irrogatas,reſarcire tenetur . Et inibi adnotat Innoc.Ioan.Andr.& plerique alij, l.ex hac.ff.ſi quadrup.pauper. feciſſe dicat.nec refert iacuerit percuſſus in lecto necne. Siquidem ſatis eſt,quod is ob percuſsionem impenſas fecerat, aut mercedem ordinariam artis lucrari omiſerit. Ex theologis hanc profitentur ſententiā diuus Thomas.2.2.quæſt. 62.artic.2. Scotus & alij in quarto ſententiarum diſtin. 15.quæſt.3.vbi etiam Ioan. Maior quæſt. 19.idem exiſtimat & Adrian.in cap.de reſtitutio.bono. corpo. ex noſtris Abb. & communi conſenſu doct.in.d.cap. primo & ſerioſè id explicat Ioan. Lop. in.c. per veſtras.6.notab.§.9.de donat. inter vir.& vxo.& rurſus in repet.rubricæ.§.25. nu.5. fo.14.col.3.in magno.Anto.Gomez.huic accedit ſententiæ in delictorū tracta.c.6. de iniuria nu.9.ad finem.Didac.à Couar. lib.ſecundo,Variarum reſolutionum.capit. eod.numero ſeptimo,in verſic. quartò, eodem iure,& non ſolùm percutiens, mutilans aliquod mēbrum occidensve quēpiā tenetur,ad operas mercedēq; impenſarū,ſed vtiq; ad eas quas facturꝰ erat percuſſus,vel mutilꝰ,toto vitę ſuæ tēpore ex.l.ex hac lege præci.l.fi.ff. de his qui deiecerūt.vel effu.quas vtiq; ſoluere tenetur,pcuſſo,vel occiſi hæredibꝰ teſte Specu.tit.de iniu.§.poſt.Cuiꝰ meminit,Abb. idē profeſſus in.d.c.1.& eſt tex.in.§.ob hominē verò liberū.Inſti.de verb.obli.quę ex quaſi delict.naſ.Ludo.Carre. in pract. crimi.



crimi.§.homicidium.num.38.Paris à pu. in tra.ſyndi in verſi.pœna.Maran.in Specul.aureo.4.par..1.diſt.col.1.Hippo.conſil.115.&.131.& rurſus in ſingula.577.

32
Eſt & aliud hoc in tractatu diſputatione dignum,qua actione,quo ve iure mercedem operarum ſolui debeat iniuriam paſſo. Et ſunt q exiſtimēt iudicantis arbitrio , & id incidenter.ex .l. interdum. 2.§. qui furē.ff.de fur.Bart.& Doct.inibi Angel.in.d.§.ſiquis ſeruo verberato. Floria. in .l.ſed etſi quęcunq; nume. 10.ff.ad.l.aquil.Bal.in .l.dominum .C.de iniur. & in praxi.in his regnis id eſſe receptum aſſeuerat Anto. Gomez.nu.10.eo in loco cuius & antea meminimus.Quiquibuſdam adhibitis iuris propoſitionibus hanc,de qua agimus quæſtio. declarat.Ex quo apparet mercedem operarum ſoluendā eſſe iniuriam paſſo iuxa eādem extimationem quam ipſe ſi verè operaretur,conſequutus foret D. Tho.2.2.q.62 .articu.2.ad primum.Et inibi Caiet.q.62.ar.3.Adrian. in.4.ſenten.in tracta.de reſtitu.bono.corpo.Scotus.diſt.15.q.3. Ij omnes vno marte eademq; voce exiſtimant, in conſcientiæ foro,mortuo iniuriā paſſo , poſſe qui iniuriam intulit,in iniuriæ illatæ compēſationem aliquid ad animæ alterius vtilitatē expendere.Illud tamen quod & Ioā. Maior.aſſeuerat,loco præcitato in exigēda mercede operarum boni viri arbitratu , aliquid minus ſoluendum eſſe percuſſo quieſcenti , quâm ei iuſta mercede laboranti deberetur Cuius ſententia calculo non caret , nec vlla ratione defendi poſſet. Siquidem iniuriam paſſus ſi bona valetudine vteretur,nec percuſſus foret propriam exerceret artem: igitur hoc impedito,exercitio tanti extimatio eſt faciēda , quanti ceſſante impedimento fieret. Poſtremò , cōtra Maiorem impetit ratio hæredes occiſi agere poſſunt, ad extimationem operarum,quas occiſus miniſtrare poſſet , ſi vixiſſet iuxta iuris cōſulti cōputationē in.l.hæreditatū.ff.ad.l.fal. Eſt huic ſentētię ex nouioribꝰ acceſſere Aym. Sabil.conſi.119.Hippo.Singu.575.& in cōſi.115.Et eſt text. ad id præſtantiſsimus in l.vlti.ff .de his qui deiece.vel effu. glo.& Angel.in .§.ſi iudex inſti.de obli.quæ ex quaſi .dilict.naſ.Abb. & Doctor.in di.ca. 1.& in cap.olim.de iniur.ſpecula eo titu. §.2.verſic.ſed nunquid Hippo.conſi.præcitata.mathe.aflict.in conſtitut.incipien. officialis in 1.lib.1.Campi. deciſi.333. Ludoui. carre.in practic.crimina.§.homicidium nume.378.Antoni.Gomez.num.11. præcitat. & Hippo . in ſingul . Cuius & antea meminimus exiſtimat,idem eſſe etiam ſi pœna criminis damnatus homicida foret,ad mortem, ex text. in.§. iudex. Inſti.de obliga.quæ ex quaſi delicto.naſ. Et inibi Angel . & Fab. quod ſe mutilus, vel perpetua debilitatione membri fieret,extimatio annuatim facienda eſt , vt pote certa quantitas quolibet anno idē vulnerato impēdatur, ex Azo.in ſum.de obli. q̄ ex quaſi delict . naſ.Paris à pu. de ſyn.fol.200.in verſic. quia plures colu.2.

Supereſt, ad eiuſdem capitis interpretationē nō inelegās quæſt. iniuriā paſſus nō poterit ex percuſsione petere extimationē dāni ſibi imminētis cicatricis cauſa quæ ex vulnere faciē deformē efficit ſi ſane is ſit homo liber ex .l. ex hac.ff. ſi quadru.paup.feciſſe dicatur. Cuius meminit Roma.idē profeſſus conſ.278.ex nouiori. Guil May.in.l. libertas .n.2.ff.de reg.iu.& eſt tex.elegās in.l.vlt.ff.de his qui deiece. vel effude.vbi conſultus ita ſcribit,Cicatricū autē, aut deformitatis, nulla fit extimatio,quia liberū corpus nullā recipit extimationē.Hæc ille.Quē pro ſingulari adnotant Flor. & Albe. inibi itidē Albe. Carre.Marā.pute.Hipp.did. à Coba.Anto.Gom. ijs in locis quibꝰ & antea mentionem fecimus.

His ſanè prænotatis rurſus quæritur, 32
quid ſit obſeruandū,quæ verō ſit habenda,ſi fœmina ſit & cicatrix eidē illata ſit, & hæc deformitas conſideratur , eo maximè ſi nō ſit nupta.Siquidē ex cicatrice & deformitate difficiliꝰ,excelētioriq; dote eſſet viro collocāda Alb.Iaco.in.d.l.ex hac lege Arch.ſancti.dñi Anto. Gom.& alij locis præcitatis . Et horū rō paulò altiori cōmētario ppēdēda eſt. Siq̄dē fœminæ etiā circa vlti. vitę ſpūm nimis anxię ſunt ne pulchritudinē amittāt & pniores ſūt ad necem q̄ ad deformitatē vt ſcriptū reliquit poeta Venuſi.li.3.Car.ode.27.

*Odeorum.*

*Siquis hæc audis, vtinam inter errem*
*Nuda leones.*
*Antequam turpis macies decentes.*

*Occupet malas teneræque ſuccus*
*Defluat prædæ, ſpecioſa quæro*
*Paſcere tygres.*

Et ex Ouidio.

*Dos eſt ſua forma puellis.*
*Forma mulierem armat virum autem robur.*

Pleraque congerit Stobęus ſermo .63.
&.65.Et Plato philoſophorum grauiſsi-
mus libr.1.de legib. bona bifariam diui-
dit.Alia ſiquidem diuina eſſe,alia huma-
na. Horum autem primum exiſtimat eſ-
34. ſe ſanitatem deinde pulchritudinem,ter-
tium vires ad curſum , quartum diuitias.
Itidem libr.6.de republica. & libr.2.de le
gib.Theodori.in libr.de iudicio. Et Cice-
ro lib.1.officiorum.aſſeuerat venuſtatem
& pulchritudinem corporis ſecerni non
poteſt à valetudine.Ambro.libr.1.offici.
idem exiſtimat.Et Cicero.libr.4.tuſcula.
quæſtio.inter præcipua corporis bona,
pulchritudinem primo collocat loco.Ti-
tus Lucreti. poeta libr.5.de rerum natu-
ra ſcribit .nam facies multũ valuit & pul
chritudinem ſummum eſſe bonum con-
ſtat ex Horatio .libr.Carmi.ode.16.

*O mater pulchra filia pulchrior*

Et ex Ouidij ſententia diffinit lib.1.de ar
te amandi.

*Nec faciem nec te pigeat laudare capillos*
*Delectant etiam caſtas præconia formæ*
*Et teretes digitos,exiguumque pedem*
*Virginibus curæ grataque forma ſuæ.*

Itidem Ouidi.in libello de medicamine
faciei.

*Virginibus cordi grataque forma ſua eſt.*

Et lib.9.Metamor.

*Nimiumque cupit formoſa videri.*

Et rurſus eo.lib.4.

*Et ſi qua eſt illic formoſior,inuidet illi.*

Et propertius lib.2.elegia.29.

*Num ſibi collatam doluit Venus? illa per equæ*
*Præ ſe formoſis inuidioſa eſt.*

Et Pauſanias li.1.quo attica deſcribit.Cũ
phrine meretrix,iniudicio Atheniẽſi fuiſ
ſet accuſata , propter pulchritudinẽ fuit
abſoluta,ſcribit etiam Quintilia.lib.2.ca.
16.Et Plutar.in vita Lyperidis & .Proper
tius de ea cecinit,dum ait.

*Nec quæ delectas potuit componere Thebas*
*Phirne tam multis facta beata viris,*

Propterea Iuno Vergiliana in hæc ver-
ba Aeolum alloquitur.

*Sunt mihi bis ſeptem præſtãti corpore nimphæ*
*Quarum quæ forma pulcherrima: deiopeiam*
*cõnubio iungam ſtabili propriamque dicabo:*
*Omnes vt tecum meritis, pro talibus annos.*
*Exigat: & pulchra faceat te prole parentem.*

Sicuti etiam non diſſimiliter forma vxo
ris pro dote eſt,ex Apulæio libr.2.de ma
gica virgo formoſa & ſi ſit opido pauper,
abunde tamen eſt dotata,quod & Home
rꝰ approbat.li.13. iliados referẽs.Othryo
neum Cabeſorũ regem ſpopondiſſe Pria
mo,ſe hoſtes, à Troia effugaturũ,ea lege
vt ſibi in vxorem daret Caſſandram,eius
filiam etiam indotatam: erat filiarũ Pria
mi formoſiſsima.Idque diffinitum extat
apud Eccleſiaſtẽ. cap.39. Species mulie-
ris exhilarat faciem viri ſui. Et Cãticorũ
2.oſtende mihi faciem tuam.Facies enim
tua decora.Et Propheta Pſalmo.44. con
cupiſcet rex decorem tuum. Et eccleſiaſ.
cap.26.ſicut ſol oriens mũdo in altiſsimis
Dei ſic & mulieris bonę ſpecies in orna-
mentum domus eius.Et diffinitum extat
Geneſ.cap.26.Iacob vt Raphael virginẽ
pulchritudine & venuſtate præſtantem,
vt pote eam in vxorem duceret , Labam
eius parenti ſeptem annis ſeruiuit,ex eo
quòd formoſa eſſet & venuſta.Hinc etiã
Magiſt.in.4.Sententia. diſtin.30. & inibi
Bonauentura.Et Palu.in ea ſunt ſenten-
tia,vxorem ducens propter pulchritudi
nem,ea lege,vt neſit alia cauſa:nec quidẽ
in labem peccati venialis incidere. Et hu
ius ſentẽtiæ habeo autores Aſteſa. in ſua
ſumma libr.8.titu.9.articu.1.ad finem.An
gel.à Clau. in ſumma. in verbo.matrimo
nium. verſic.penul.D. Thom.in dicta. 31,
diſtinctione.Idem exiſtimat & Florenti.
in .1.par.3.partis ſuæ ſũmę titu.1.cap.19.§.
quarta concluſio.Et ex noſtris Abb.in.c.
tua nos.3.notab.de ſpõſal. Collecta.poſt.
pleroſque alios.in.c.ad diſſolu.eũdem de
deſponſatio.impube.Et ante hos gloſ.in
ſumma.27.quæſt.1.ſiquidem pulchritudo
in cauſa eſt.

Ex his đduci poterit,ſi ad amuſſim de
clarentur quod in hac ſpecie Alex. cõſu- 35.
luit conſi.209.põderatis his co.2. vol 9.Si
ſane nobilis mulier & multis abundãs di
uitijs,ſi paupertate laborantem ducat ſi
ipſa deformis ſit, minime indigno vide-
tur nupſiſſe , eò maximè cũ mulieris de-
formitas,cũ viro dote ãpla cõpẽſanda ſit
Et huius ſententiæ autores habeo Bald.
Imo.



Imol.in ca.ſuper eod.in.2.de teſtibus, &
diuus Ambro.libro.2.de virgi.his omni-
bus ſuffragatur:maximè & Martin. fan.
in tracta. de modo ſtudendi capitulo.30.
verſicu. item. Et Lucas à pẽna in.l.1.co-
lũ.1.verſic.2.quæritur.C.qui ætate ſe ex-
cuſant.libr.10.Siquidem pulchritudo ex
teriori oſtendit pulchritudinem interio
ris.Et hinc eſt quod Auguſt.libr.de ciui-
tate Dei.22.c.19.& in eo lib.quem publi-
cum fecit,qui inſcribitur, Enchiridion.c.
92.ſcribit corpora ſanctorũ ſine deformi
tate aliqua corporiſq; labe reſurrectura,
ſunt & damnatorum corpora cũ ſuis de
formitatibus,magiſter in.4.diſtin.44. Et
inibi Bonauẽ.quibus ſuffragatur Lucas
à pẽna in .l.1.de profeſſ.in vrbe Conſtan.
atque ideo deformitatem olim aſperna-
batur,& id potiſſimum in fœminis,ſicu-
ti Iuuenalis Satyra.5.ait .

*Tibi pocula curſor.*
*Getulus aut dabit,aut nigri manus oſsea mauri*
*Et cui per mediam nolis occurrere noctem.*

Ex quo conſtat,mulieris pulchritudi
37 nem,etiam pauperis,cûm viri nobilitate
compenſari ſicuti exiſtimant doct.in di-
cto.c.ſuper eo in.2.de teſt.Interquos An
to.Imol.& Abb.expreſſim adnotãt. &
Bart.Caſan. idem profeſſus in catalogo
gloriæ mundi.7.par.conſider.46.Quibus
ſanè perpenſis,ſatis ſuperq; conſtat, cica
tricem mulieris,que ex vulnere faciẽ de
formem efficit extimandam eſſe eò ma-
xime:ſi nupta non ſit,ſicuti paulò antea
adnotauimus.Ex quo aliqua conjicien-
38 da ſunt.

Hinc deducitur,in ſeruo vel animali
cicatricem deformitatẽque extimari cũ
ex vulnere deformiores efficiuntur, vi-
lioriq; precio, venundãtur,text. eſt ad id
præſtantiſſimus in.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ru-
piſſe.ff.ad.l.aquil.Quo in loco paſſim ad
notant doct.Iaco.Raua.in dicta.l. ex hac
Paris à put.Dida à Couar. Anto. Gome.
in his locis,quibus & antea mentionem
fecimus.

39 Cæterum non ſemel in controuerſiã
adduci ſolet,an ſi pœnitẽtiã egerit,poſſit
ne paſſus iniuriam,reum criminis accuſa
re.Et Ioan.And.Abb.Are.in.c.accuſaſti.
de accuſ.exiſtimant poſſe,nec pecuniam
quam accepit iniuriã paſſum teneri, ad
reſtitutionẽ,tametſi eam receperit, vt in
iuriam remittat,ſicuti ex nouioribus Io.
à medina.inter theologos maxime cẽſen
dus exiſtimat in.c.de cõtrac.q.29.doct.in
l.tranſigere.C. de tranſa.modo boni viri
arbitratu æquum acceperit.

Ex quo diffinitum extat remiſſa iniu 40.
ria.quo ad forum exterius poſſe iniuriã
paſſum agere ad expenſas, q̃ ſibi intulit
læſio.Notant doct.in.l.is qui puteum. §.
ſi poſtea.ff.quod vi,aut clam Adria. in.4.
ſenten.vbi agit de reſtit.bono. corporis.
Abb.Anchar.& interpretum maior pars
in.c.1.de iniur.ſpecul.idem profeſſus. in
titu.de accuſa.§.1.Boeri.3. par.deciſio. 52.
nu.6.Bald.cõſil.394.vol.3.Anto. Gomez.
nu.13. eo in loco cuius & antea memini-
mus.& damnorũ appellatione expenſæ
nõ vtique veniunt.ex Bal.in.l.1. C. vnde
vi.& tex.ad id præſtantiſſimo in ca.no-
ſtra.de iniur.& damno dato.Vbi diffini-
tum extat,qui damna remiſit non cenſe-
tur,expenſas remiſſas.Et inibi Io.Anna.
& Abb.nota.2.ſiquidem remiſſa iniuria
ſimpliciter intereſſe minimè remittitur,
ni expreſſim remiſſum fuerit, cũ iniuria
ex duplex oriatur actio.Quarum vna ad
pænam,altera verò,ad damna,& expen-
ſas,& illarum vna ſublata. alia quidẽ cõ-
petit,ſicuti ſcribit Bald.in.l.ſi tibi decem
§.1.ff.de pact.Et inibi Alex.nu.2. Bald. in
ca.1.de pac. iura.firman.2.col.in viſi. feu-
dor.itidem in.l.ſi proferre.§.1.ff.de cond.
furti.& in.l.ſi domus.ff.de ſerui.vrba.prę
dio.& huius ſententiæ authores habeo
fabrum.in.§.fin.nu.3.inſtitu.de iniur. Iaſ.
in.l.1.nu.16.ff.de pactis.Angel. Peru.in.l.
ſed ſi vnius.§.ſi ante.ff.de iniur.Et noſtrę
claſſis viri,præter hos eandem profiten-
tur.ſententiam:interquos Abb.colum.2.
Cardina.& Anchar.& docto. communi-
ter in præcitato.cap.1.de iniur. Specul.in
titul.de accuſatore.§.1.colum.6.& cæte-
ris diligentius Iacob.à Sancto Georg. in
l.ſi tibi decem.nume.5.ff.de pactis.& hãc
eſſe frequentiori doctorũ.Calculo rece-
ptam ſententiam exiſtimo. Cui argu-
mento optimo deſeruit . text.in.l.ſi do-
mus & in.l.ſi profure.§.1.præcitatis . Ni-
colaus Boerius. nec admodum inuitus
his accedit in conſuetu.bituri.titulo de
iuriſdictione.omnium iudicum. §.16. fo-
lio.24.

Hinc etiam ius accuſandi,non eſſe re.
miſſum

^Bart. nõ dignus reprehenſionis cũ ſe remittit ad cap. S. Mathei & doctrina qua refert eſt alterius authoris ſcilicet Magiſt. ſent.

miſſum conſtat,ex eo quòd iniuriam cōdonauerit ĩ interiori animi iudicio. Bar. in.l.nonſolum.§.1.ff.de iniu.& in.l.ſi tibi §.1.ff.de pactis,ſi quidem ea remiſſio ad eam rem pertinet non ad ius accuſandi Fel.in ca.de his criminibus col.vlt. Iaſo. in.l.huiuſcemodi.§. ædes.deleg.1.ff.& hanc eſſe frequentiori doct.calculo receptam ſententiam exiſtimat Alexã.in di.l.ſi tibi.§.1.ff.de pact.& eſt glo.in ca.prælatis in verbo emendam.de homic.lib.6. cui ſimilis in ca.ſi quis contriſtatus.90.diſtin.et in ca.& qui emendã.45.diſt.c.quia præſ.latꝰ.1.quæſt.4.c.ad apoſtolice.de re iud.libr.6. in verbo ſatis factionem.Quas ſequitur, idem profeſſus Florẽti.2.tomo. titu.8.c.6.Abb.in ca. olĩ. de iniur. Feli.in ca.de his.de accuſat. Iaſ. in.l.ſi tibi decẽ. §.quędam de pact.docto.paſſim,in proemio ſexti. per.gl.inibi in verſi. ſalutem. & iniuriam paſſus rancorem dimiſiſſe tunc conſtabit, quando iniuriam irrogans non excluderetur, ab electione generali omnium hominum,nec ab orationis beneficio teſte Thom.2.2.quæſt.25.artic.8.ex glo.in.§.fin.de iniur.inſtitu.diffiniens non ſolum teneri rancorem dimittere,ſed etiam intereſſe, quam intelligo ſi pleniſſima remiſſio fiat.ex Bal. in ca.1. §.iniuria de pa.iura.firmã.quam eſſe cōmunem aſſeuerat.Igne.in.l.1.§. diuus.nu. 25.ff.de ſilla. Galden.de arte teſtan. tit.6. cautæ.34.Angel.in parte nec non ad querelam.num.90.à qua ſententia diſceſſere, glo.in præcita.ca. ſi quis contriſtatus.& in ca.ad apoſtolicam.& in ca.1.de maledic.& in ca.qui emendã.45.diſtin.& hanc eſſe communem,exiſtimat Iaſ.in præcit. §.quædam.l.ſi tibi decem.& Aufre.Deciſio.Toloſ.127.col.6.Prior tamen ſentẽtia, in ea ſpecie procedit,ſi pleniſſima remiſſio,facta ſit.Secunda verò ſententia, eo tendit,quando ſimpliciter iniuriam paſſus remittit, eam ſi quidem in ea ſpecie, ad intereſſe agere poteſt.

*duæ cõmunes contrariæ.*

Poſtremò in ea ſpecie,qua agimus ancipiti quæſt.contendunt docto. iniuriæ ſolius ſatisfactionem oportere, vt is qui iniuriam intulit veniam ab altero petat, vt diminutio honoris contingens per iniuriam & contumeliam reparanda ſit per reuerentiæ exhibitionem.In quo dubio Ioan.Anna.in ca.1.de maledi.nume.13.& Barto.in.l.ſi tibi.§.1.ff.de pactis. exiſtimarunt paſſum iniuriam non teneri dimittere rancorem,& animi liuorẽ, niſi & is qui iniuriam intulit,offenſæ veniam petierit.Quibus ſubſcripſere Anto.Brugen. in ca.1.ad finem de emptio.& vendit.& plerique alij inibi,Quorũ ſententia, quã ſit â ratione deuia conſtat, & miror equidem tam laudatos patres,in hunc errorem lapſos eſſe. Quorum ſententia, quàm ſit à ratione aliena conſtat.ex Caietano.2.2.q.72.articu.3.& in opuſculo decem & ſeptem quæſt.ca.13.verſic. quintũ Angel.verbo.deligere.nume. 2. quòd licet quis nõ teneatur, ſpeciali dilectione vti erga inimicum aſtrictus tamen eſt,eũ vniuerſali dilectione proſequi:ita quidẽ vt ab vniuerſali dilectione proximorum inimicum non excipiat Floren.4. parte. titu.6.cap.4.§.1.diuus Thom.2.2.quæſtio. 25.articu.8.gloſſ.in cap.ſi quis contriſtatus.90.diſtinc.& inibi docto.glo.pragmaticæ ſanctionis.in verbo ſalutem.in proemio.& gloſſ.inibi doct.in ca. apoſtolicæ in verbo ſatisfactionem,de ſentent.& re iudi.Atque ideo ſi pœnitens in via nolet exhibere reuerentiam nec ſalutare,eidẽ qui iniuriam intulit abſolutio in auriculari confeſſione deroganda non eſt,teſte Caieta.in præcitato.articu.8.exiſtimãte id vnum potiſſimum ſi ſcandalum euenire poſſet ex ſalutatione.Adnotant doct. in.c.Hæc autem.23.quęſ.4.Gabriel in canone miſſæ lectio.76.ſicuti & nos ad Bar. adnotauimus in dicto.§.1.ex quibus ſi iniuriæ compenſatio,& reſtitutio.aliter fieri poſſet,non erit venię petitio delinquẽti iniungenda ex Caieta.locis pręcitatis. 47

Ex quibus ſanè conſtat ſatis ſuperq; omnia iſthæc eo tẽdere,quia ius accuſandi ad ipſam puniẽdã iniuriam diſtinctũ eſſe.Siquidẽ criminaliter ad puniendam iniuriã agitur,vt criminis reus legibꝰ iureq; pænis ſtatutis puniatur,rurſus ad ipſius iniuriæ pecuniariã æſtimationẽ ciuiliter agitur,ex Bart.in.l.iniuriarũ. in.2. ff.de iniurijs.Abb.ĩ.c.1.de iniu.gl.in.d.c. ſi canonici.& in prin.Inſti. đ act.& inibi Ang.& Iaſ.n.51.Fel.ĩ.c.ex tenore de ſent. exc.Quibus admodũ cōuincit rex.in.§.atrox.&.§.pœna inſtituta.đ iniur.extatq; in his regnis regia.l.21.ti.9.p.7. ſicuti paulò antea meminimꝰ,ex quolibet publico



delicto duo actiones oriuntur.l.fina.ff.de priuatis delictis.l.fin.de iniur.l.1.ff.de public.iudi.l.fin.de furtis,Innoc.in ca.qualiter de accuſatio.in.2.Abb.in rub.de iudiciis,col.3.Bal.in.l.3.de ſcpul.vio.itidem in.l.tranſigere.C.de tranſa.Boerius in cōſuetudinibus.Bituri.tit.de iuriſdic.omn. iud.§.16.fol.24.Ex quo ſignanter adnotãda eſt gloſ.in.l.2.ff.ad Sillanianũ.Si iniuriam paſſus remittat iniuriam in ſui præiudiciũ valet remiſſio,mininè tamẽ quo ad reipublicæ & fiſci cauſam ſingularis teſte Bar.in conſi.175. Domino poteſtati terræ.Itidem in dic.l.ſi tibi.Quo in loco Alex.& Iaſ.adnotat.ff.de pac.Bart.in.l.1. §.vſque adeo.ff.de iniur.Ange.in.§. iuris præcepta inſtitu.de iuſti.& iure. Guiller. de Cuneo Bald.Bar.Alexan.& Iaſ.in.l. ſi vnus.§.pactum quæ turpem. ff.de pactis. Anto.Corſetꝰ,idem profeſſus in ſuis ſingularibus in verbo pœna in vltimo,exiſtimans id verum eſſe in delicto conſiſtẽte in cōmittẽdo longè quidẽ aliter in pœna,quæ ex delicto in omittendo applicãda venit.Siquidem & tunc pacto priuatorum auferri poteſt ex glo.in dict.l.2. & huic accedit ſententiæ Cæpola. Vero. in cōſil.58.col.2.Anto.Barba.idem profeſſ. in repet.in ca.Raynun.de teſtamen.& de ſeruire videtur, id quod congerit Cardi. Alex.in.c.iuris quiritum.1.diſtin.Et hinc eſt quod Bar.adnotat in.l.inter omnes.§. rectè.ff.de furtis.qui iniuriam paſſus eſt, ſi ſanè fateatur,minimè eſſe vulneratum à Titio,minimè immunem eſſe criminis reum,ni & adſint aliquot ĩdicia,ſicuti etiam ſcribit Bar.Bal.Ludo.Bologn. in di. l.2.ad ſyllania.in ſecundis interpretationibus.Quibus nec admodum inuitus accedit Alexan.in conſil.14.volu. 3. itidem conſil.24.col.5.verſi. probatur, volu.1.& nos de homicidiorũ pœnis tractantes,infra trademus.

43 Cęterûm illud cōſiderari oportet,quibus ſanè modis iniuriarũ actio tollatur. In quo multiplex tractatꝰ exponitur magnis præconijs ab oĩbus doctoribꝰ. Nos tamẽ breuitati ſtudendo,quod menti occurrit adnotandum viſum eſt. & primo tollitur,ſi ſanè cũ offenſo aloquatur, luſerit comederit vè,ex tex.in.§.fi.inſtit.de iniurijs. Quo in loco.gl.cōmuni conſenſu ſtabilita & ibi Ioan.Fab.Ang.& Plate. Bal.& neoterici in.l.filio quem.ff.de lib. & poſthu.itidem in.l.in ipſius. C. famil. erciſc.Et ſerioſè id explicat.Iaſ.idem profeſſus in.l.1.ff.de pact.num.15.& eſt text. ad id omnium celebris in.l.non ſolũ.§.1. ff.de iniurijs.Quibus cōuenit regia.l.penul.titu.9.part.7.& licet iſthæc ſententia ab omnibus iuris profeſſoribus recepta ſit,intelligẽdam fore exiſtimo,in his ſpeciebus,in quibus ſpontanea voluntas cōſtat illius,qui iniuriam paſſus eſt, longè quidem aliter ſi neceſſitate coactus,quadamque honeſtatis neceſſitate ductus:vtpote in eadem eccleſia rem diuinam audientes pacem ſumpſerint, vel ab amico inuitati,ad vnam quippe menſam,pranſi eſſent ex Fabi. Ang.in.§.fin.inſtitu. de iniurijs.Et pleniori manu explicat Felin. in ca.repellantur ad fi. de accuſa. mãſue. in prac.ſua.titu.de iniurijs,Alcia.in præſumptionum.tract.2.regu.præſſ.11. quibꝰ in locis pleraque id genus alia,quę curioſis conijcienda relinquo congerunt.

Alius ſubijcitur caſus,ſi ſanè præcio vel pręce iniuriam paſſus remiſerit pacto vè ex.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret ver.ſed ſi pactum.l.ſi tibi decem.§.1. ff. de pact.l. non ſolùm.§.1.verſ.proinde.ff. de iniurijs Quibus in locis frequentiori doctorũ calculo,iſthæc recepta eſt ſententia.

Reliquum eſt,ne ab inſtituto,& recto deuiemus ordine,pro vt rem de qua quęritur,pertinet tertium rxplanari caſum. In quo quidem,qui iniuriam intulit immunis eſt à criminis pœna ĩ ſpecie.l.ſi nō cōuitij ad finẽ.C.de iniurijs.Ex qua diffinitum extat,iniuriarum actio. anni tempore pręfiniri.Quo fit,ſi infra annũ actio iniuriæ alicui illatæ non ꝓponatur anno tantum finiri ac præſcribi, quam cōi conſenſu receptam ſententiam intelligendã fore exiſtimo,ſiue & iniuriarum actio iure ceſareo deſcendat,iure vè prætorio,anno ſemper præfinitur,nec longiori tẽpore extẽditur,ex gloſ.communi conſenſu admiſſa in verbo triginta.in.l.2. de conſtituta pecunia.gloſ.in §.1.inſtitu.de per pet.& tempor.actio.in parte conſtitutionibus ad finem.Quibus ſimilis eſt gloſſ. 2.in.§. ſed & lex Cornelia inſtitu. de iniurijs, Quarum meminere doc. in dicta. l.ſi nō conuitijs.inter quos Iac.But.Azo. nu.26.in ſũma.C.de iniur.Quibꝰ admodũ conuincit

*acio iniuriarum elapso anno extinguitur*

cõuincit regia.l.pœn.titu.9.par.7. explo
ſa vtique cõtraria ſentẽtia Odofredi, Pe
tri,Cini,Bald.Salic.Angel.Fabri. Hippo.
in percitata.l.lex Cornelia.ff.de iniurijs
exiſtimantium vno ore per triginta dura
re annos,ea ratione ducti iure Ceſareo o-
mnem actionem illo tempore durare, ex
l.ſicut in rem.C.de præſcrip.30.vel.40. an
norum.& in.§.1. inſtitu. de perpetuis &
tempo.actio.Sed vt ſtimulus ille,quem in
alteros conuerti hic moueri, non poſsit,
conſtat ex doctoribus in.1. huius quæſt.
parte citati,ſicuti mediocris exauditiõis
vir quilibet animaduertet.Non enim ad
animum deduxi,niſi ea loca, quæ magis
adnotatione digna videbantur recẽſere.

*Odoffred. aliorũ quæ ſententia exploditur.*

## Ex capitulo ſequenti.

1 *Iniuriam paſſus,poteſt iudicantis officio,ab offendente cautionem poſtulare itidem. nu.8.*

2 *Cautionem de non offendendo, dare minimè ſufficere nudam ſed vtique fideiuſſoriam.*

3 *Iudex,ex officio etiam parte non petente compellere debet,iniuriam irrogantem ad ſatſdationem de non offendendo.*

4 *Cautio,autem huiuſcemodi non in perpetuũ, ſed ad tempus dari debet.*

5 *Ei cui cautio,data eſt, de non offendendo armorum delatio permittitur,ex iudicis licentia.*

6 *Forenſis inimicus cogi non poteſt ad cautionẽ dandam,de non offendendo.*

7 *Data facultate,occidendi,inimicum,poteſt etiam proditorie occidere.*

9 *Paupertate laborans,ſi idoneos non poſſit inuenire fideiuſſores, cautionem ſufficere iuratoriam dare.*

10 *Huius cautionis fractor,qua afficietur,pœna diſcutitur.*

11 *Præſtita cautionẽ de nõ offendendo,intelligitur,ni ex noua cauſa rixa orta fuerit.*

## Diſcutitur Marciani Cæſaris conſtitutio in.l.denunciamus. C.de his qui ad eccleſias confugiunt.

## Caput. VII.

PLErumq; in controuer
ſiam incidit.q.quã ve-
luti iſtius capitis coro-
nidem,adnotandã eſſe
duxi.iniuriam paſſum
poſſe quidẽ cautionem
ab offẽdẽte petere.Ve-
rum,ne q̃ſtio iſta,quæ obiter,ſe huic exa
mini obtulit, ex authorũ perplexo cata-
logo,obſcurã habere,apud me deciſionẽ
videtur,ſtatim aliquot ſubijciã aſſertio-
nes,q̃bꝰ partim,hanc rẽ diffiniã partim a
periã. Et illa eſt receptiſſima oĩum tradi-
tio,& quos ipſe viderim obſeruatio, poſ
ſe iniuriam paſſum cautionẽ ab offenſo
petere ex.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.đ
offic.præſi.l. denuntiamus. C.de his qui
ad eccleſias cõfugi.ibi liceat adire iudicẽ
& legitimũ poſtulare præſidiũ.Et vtro-
biq; id paſſim adnotãt Coſmas Guimie.
in pragma Sanctio.Gallica.in proemio.ĩ 1
verbo pacis.Cui ſimilis glo.eſt,in.l. cũ ſæ
pe.C.de erogatio.milita.annonæ.libr. 11.
ſpecul.in tit.de diuer. cautio.in rubr.§.1.
col,2.nu.9.& inibi Ioã.And.idẽ profeſſus.
Abb.& Feli.in rub.de tregua.& pace. Et
huius ſnĩæ authores habeo.Bar.in.l.1. C.
quib.cau.colo.Domi.accuſ.po.lib.11.Bal.
in.l.1.§.qui is. ff.de offic.præfect. vr. Cin.
Albe.Fab.Sali. qui oẽs in ea ſunt ſnĩa in
præci.l.denuntiamꝰ.Et huic accedit Hip
po.in.l.1.§.p̃terea.ff.de quæſt.nu.47.& o-
mniũ diligentiſſimè.Bonifa.de maleſi.ti.
de pac.nu.7.& p̃ter hos iſtã ſnĩam ſequũ-
tur,Specu.tit.de pig.§.ſequitur.ver.quid
ſi timeo.& inibi Ioã.And.Et iterũ in ti.de
offic.deleg.§.ſequitur,in ỽſi.porrò. q̃bus
& pleriq; alij acceſſerunt in albo prima-
riæ doctrinæ poſiti.Interquos Inno.in.c.
1.de offic.deleg.ad fi.& in.c.gratiã. de ſen
ten.excom.doct.in.c.de benedicto.32.q.3
Stepha.aufre in deciſio.capc.Tolo.deciſ.
489.doct.cõiter.in .c.literas & in.c.ex trãſ
miſſa.de reſtitu.ſpoli.ex nouioribꝰ Frãc.
Auiles in ca.6.p̃to.nu.7.in verbo pobres.
Quod ſi cuipiã illatus ſit timor de offen-
dẽdo poterit iudicis officium implorare,
ne eidẽ vis fiat ex.l.ſi ſup poſſeſſione, &
inde.Bal.expreſſim adno.C.de trãſa.Bar.
in.l.q̃ bona.§.q dãni.đ dãn.infe.Ale.ĩ cõſ.
78.co.6.vol.5.Bar.ĩ.l.famoſi.§.1.ff.ad.l.Iul.
mageſt.



mageſ.& in.l.hæc autem.ff.ſi cui pluſquã
per leg.Falcid.Angel.in.l.qui bona.§.qui
damni ff.de damno infecto.Barto.in.l.ſã
ctum.ff.de rerum diuiſ.& in.l.1.ad finem.
C.in quib.cauſ.colo.libro.11.Innoc.idem
profeſſus in capit.1.ad finem.de offic. dė-
legat.Floren.in.l.æquiſſimum in princip.
ff.de vſufruct. Quibus nec admodum in
uiti acceſſere Bald.in authen.habita. co
lumn.5.C.ne fili.pro pat.itidem.in.l.fina.
ff.de offic.præfect.vrb.Alexand.in. l. qui
bona.§.ſi quis iuſta.1.colum.itidem, in.l.
eum.de accuſat.& nouiſſimè Paulus Pa-
riſien.conſil.168.volum.4.Antonius Go-
mezius.capit.6.delicto,num.16.Franc. A-
uiles,in capitulo.6.pręto.numer.8.quam
communi cõſenſu receptam ſententiam
multiplici veſte ornant doctores , a-
deò vt etiam frigore intentiſſimo caleſce
ret. Sunt tamen veſtes inutiles,& imper
tinentes quæ omitti poterant, & ego, in
hac ſpecie omittam exceptis neceſſarijs.
Nec me deterrebunt, qui ante nos hanc
quæſtionem tradidere. clariſſime tamen
illi ſed alio ſcribendi conſilio ducti. Nos
tamen, aliquot aximatibus hanc de qua
agimus quæſtionem,trademus.

Et primò illud apud omnes in confeſ
ſo eſt, hanc cautionem dandam fore iu-
dicantis arbitrio, ex Abb.in capi.ex trãſ
miſſa.de reſtitu.ſpoliato. Angel.in.l.ſi a-
liena.§.cæterum de damn.infecto. & do-
ctores de quibus Paulò antea mentionẽ
fecimus id tradidere,Interqnos & Pariſ.
numr.3. exploſſ dini ſententia in dicta.l.
2.ff.ſoluto. matrimo. contrarium exiſti-
mante.

Secundò,hanc ſententiam intelligen
dam fore exiſtimo iudicãtem cogere poſ
ſe iniuriam irrogantem,ad hanc cautio-
nem de non offendendo cauſa cognita,
Cûm onus ſatiſdandi perquam laborio-
ſum ſit.l.2.§.ſi dubitatur.ff.de iudic.Imo.
idem profeſſus in.l.2 §.1.ad finem.ff. ſolu.
matrimo,Paul.Pariſi.dicto conſi. num.9.
& argumento optimo deſeruit,text.in.l.
non vſq; adeò.§.ſi quis â parente fuerit.
manu.Alexan.in.l.turpia.ff.de legat.1 Fe
lin.eo loco cuius & antea meminimus.
Et qui iudicandi munus habet ni proce-
dat cauſæ cognitio, compellere minimè
poſſet. Et hanc eſſe communem profite
tur,Pariſien.nume.10.inibi,& Barto.in di
cto.§.ne potentiores,& in præci.l.denun
tiamus.Quo in loco Alber.& Salic. aſſe-
uerauere, cauſam iuſtam debere proce-
dere,ſicuti.Et Barto.& Imol.in dict.l.hęc
autem.ff.ſi cui plus quam per legẽ Falci.
exiſtimarunt. Guiler. à Cun.Alexan.in
dicta.l.qui bona.§.ſi quis iuſta, vſque a-
deo quod minę.nõ ſufficerent , ni ſolitus
eſſet eas exequutioni mandare Barto.in
§.ne potentiores.Abb.in ca.2.de offic.de
legat.colum.2.Iaſo.in dict.l.ſi ſuper poſ-
ſeſsione. num.6.Barto.in.l.hæc autem.in
prin.ff.ſicut plus per legem.Falcid. & ibi
Imol.Hippol.in.l.1.§.præterea.nume. 76.
de quæſtio.ff.deciſio Toloſ.489.Franc.A-
uiles.num.16.eo in loco cuius & ante me
minimus.

Tertia ſubijcitur ſpecies,in qua diffi- 2
nitum extat,non ſolùm ſufficere cautio-
nem nudam dare,ſed vtique fidejuſſoriã.
ex glo.in ca.extranſmiſſa verbo ſufficien
ti de reſtit.expoli.cui ſimilis in cap. 1.de
ſeques.poſſeſ.& quid nomine cautionis
ſufficientis veniat , explicat gloſſ.his ſi-
milis.in.c.qua fronte.de appella. & in.c.
cum conſtet de pigno. Quibus acceſſere
Alexan.in.l.1.ff.qui ſatisda. cog. Iaſ.in.l.
ſancimus.C.de verb.ſign.2.col.& eſt glo.
cõmuni conſenſu approbata.in.c. literas
in verſi.ſufficiens ſecuritas.de reſti.ſpoli.
Tametſi ab hac ſententia diſcedant pleri-
q̃ noſtræ claſsis viri,qua os cõgerit Feli.
loco præcita.in qua ſpecie hac diſtractio
ne vſus,hic nodus, qui in alios conuerti,
hic moueri non poſſit intelligendus eſt,
ſi ſanè iudex ex ſuo officio ad hãc cautio
nem præſtandã motus ſit.ſufficere cautio
nem nudam dare,vt pote iuratoriam. gl.
3.in ca.de benedicto.32.quęſt.1.Fel.& Aui
les.nu.10.locis præcita.quinetiã Mõtalu.
in gl.ordin.ver.ſecuritas.col.2. exiſtimat,
Quod ſi is,à quo ſecuritas petitur, habe-
ret pleraq; bona ſufficere,eius nudã pro-
miſſionẽ ex.l.ſciendũ.ff.qui ſatiſda.coga.

Quartò,ſupradicti difficilis reſpõſi ra 3
tio ſatis colligi poſſet,alium conſtituẽdo
caſum,vt pote mero iudicantis officio cõ
pellendos eſſe de non offendẽdo ſatiſda-
tionem dare & ad id cogere ex.capitu.li-
teras,præcita.ad ſimilitudinem rerũ, pro
quibus de damno.cauere tenetur.ex titu
lo.de damn.infect.Multô præſtantius ꝓ
perſonæ periculo,Si quidem animatum
corpus

tã.in c.quãuis pactũ de pactis li.6.digni.
in regula certu eſt ď regulis ſur.li.6 Alc.ad
Bar.in.l.3.ne ratius.ff. ad quir. poſeſione.

Nec ſilentio preterire lubet , & illud
iura de delatione armorum agẽtia in do
ctorali dignitate inſignitis minime lo-
cum ſibi vindicare:ſiquidem & his dela-
20 tio armorum prohibita non eſt Bart.in.l.
*docto.an armis eſcrutẽtur.* medicos.C. de profeſſori . & medic. libr.
10.aſſeuerans,doctores à familia poteſta-
tis ſcrutandos non eſſe armis ab eis dela
tis.Idem profitetur , Ioannes Leſnande-
rius in tracta.de docto.in.2.parte.§.8.Lan
cellotus Galli.in repetitione.l.cẽturio nu
mer.24.ff.de vulg.Et huic accedit ſenten
tiæ Barba.in procemio Clem.in.10.preui-
legio.doctorum. Ludouicus Bollo.in au-
then.habita colu. prima.C. ne filius pro
patre.Et iſthæc ſententia ex eo conueſti
ri poſſet:quia doctores,milites dicuntur,
eiſdemque priuilegiis poteri debent in-
telligendum fore exiſtimo,in his : nempe
doctoribus , qui publice legendi mune-
re ſubeunt,cum & hi proprie militare di
*doct. legẽtes* cantur.Idem in aduocatię officio degen
tibus:cum& hi militare dicantur,ex.l.ad
uocati. C. de aduocatis diuerſorum. Iud.
Iaſon.id vnum profeſſus in.l.ad egregias
nume.10.de iure iuran.ff.Et huius ſenten
tiæ authores habeo Galli.loco præcita.
nume.43.& inibi Ludo.Canettus.pag.39.
21 Illud etiam ad regias conſtitutiones per
*Arma venenata patãtes* pendi debet , arma portantes venenata
(vt ita,dixerim)vltra pœnam regiæ con-
ſtitutionis de armis portandis grauiori
pœna eſt coercendus ex doctrina, Bald.
in.l.nemo.C.de ſum.tri.tex in.l.prima de
male.& Matth.Ex quo text. Butricarius
in ea eſt ſententia:ſi ſtatuto ſancitum ſit,
ſe poſt duorum menſium ſpaciũ non poſ
ſe homicidium accuſari . Si forte fortuna
venenoſum homicidium commiſerit , ni
hilominus poſt illud tempus accuſari po
terit.Idem firmat Bar.& Sali.inibi. Quin
etiam grauiore eſſe afficiendum pœna ex
Innocen.in cap.1.de conſtitutione.Abb.
in cap.at ſi cleric.de iudi.ſtatutum loquẽs
ſimpliciter de hoimcidio: nequaquam lo
cum habere in homicidio caliſicato ſig-
nanter diffinit Barba . de præſtan.Car.2.
par.q.5.nu.30.

Exactè ac diligẽter regiis conſtitutio
nibus verbis perpenſis,illud etiam diffi-
nitum extat:quod in praxi , ac vſu in his
regnis receptum eſt,vltra pœnã regiæ cõ
ſtitutionis arma debet amittere.Et iſthęc 22
praxis rationem ſumpſit à gl.quæ expreſ *Armorum*
ſim hoc ipſum vult in.l.1.ver.domi.ff. ad *amiſſio.*
l.Iu.de vi publi. Cuius meminit Iaſ.in.§.
ex maleficiis.inſt.de actio.n.81.& eſt glo.
in.d.§.ſi quis ruſticus, & Barb.de præſtã.
Car.2.par.nu.28.

Rurſus vt ad veram regię conſtitutio
nis diffinitionẽ veniamus, & illud adno-
tatione meretur:tametſi aliquibus,quib⁹
paulò antea mentionem fecimus,delatio
armorum non prohibeatur, nihilominus 13
arma offenſibilia minimè deferunt,in iu *Deltio ar-*
dicium.in cõtione,congregatorũ ve,nec *morũ in iudi*
in ſcholariẽ multitudine vt ẽ elegans iu *cio prohibetˉ.*
riſconſulti reſponſum in.l. quod dolo.§.1.
vr.itẽ qui telo.ff. ad .l. Iu.de vi pu.& ini-
bi ad id notat Ang in.l.armatos.§.1. ff.eo
Quibus admodum ſuffragatur.Io. à Pla.
in.§.item lex Iu.de vi pub.inſti.de publi.
iud.col.2.Et ſignanter Barb. in tracta.de
præſtãtia Car.in.5.q.2.par.Iaſ.in.§. ex ma
leficijs inſti.de actio.col.19.nouiſsimè Di
da.à Coua.lib.2.variarum reſolu.c.20. ad
fin:Nunius Auend.in dictio.legum regia
ver.armas fol.6 . Quem admiſcuit tracta-
tui,de exequendis mandatis regis Hiſpa
niæ.Et ſicuti teſtis fideliſsimus eſt Valer. *Vale. Maxi.*
Maxi.lib.6.ca.5. qui eſt de iuſtitia ad fin. 14
Chorondas Tyriorum princeps,& legiſ- *Choron.tyri.*
lator lege lata cauit,ne quis cum ferro in *princeps.*
concionẽ prodiret & tranſgreſſor legis ca
pitis pœna dãnetur.Ipſe legiſlator tranſ-
greſſus eſt,protinus ferro, quod habebat
diſtricto incubuit,& capulo ten⁹, edidit
enſem , à vitaque diſcedit author etiã eſt
Celius.lib.antiquarum lectio.10.c.19.Affl
ctus in conſti.Ciciliæ intẽtionis col.4. in
quæſtione.6 . Rebuffus in procemio leg.
regia.glo.5.nu .17. & argumento optimo
ex Menandri.ſententia conſtat, dum ce-
cinit apud Stobæ.ſermo.42. *Menã.ſentẽ.*

*Leges per quam egregia res ſunt:ſed is*
*Qui legibus vtitur*
*Sua quandoque vincula ſoluit:nec ſemper*
*occupat.*

Et Sophoclis,in Aiacide ex eodem Sto- *Sophoclis.*
bæo ait.

*Nihil eſt ciuitati præſtantius quã leges,*

recte



*Rectè poſitæ , nam & inferioris homo ſortis*
*Et qui ditior eſt, æquale ius experiunt?*
*Vincit autem minore,maiorem,ſi iuſtam cau-*
*ſam habeat.*

Phalaris tyrannus Agrigẽtinorum, cùm
*Phalaris.* vir per quã crudelis, ac immitis eſſet, ad-
mirandis, & nouis tormẽtis homines cru
ciabat,& torquebat.Quod animaduertẽs
*Perilaus Faber erarius, arte periuit ſua.* Perilaus faber erarius iuuencam fabrica-
tam a ſe dono dedit regi,vt hoſpites ini-
pſam coniectos viuentes exureret : æde-
bat autem iuuenca mugitum,naturali cõ
ſimilem.&Phalaris eo ſolum tempore iu
ſtus ipſum artificem primum iniecit . Et
Gelius.libr. quarto.nocti. attica. capit.5.
& illud Auſonianum, in tronetris.

*Compedes quas ipſe fecit , ipſius vt geſtet faber.*

Et adſtipulatur illud poëtæ.

*Vt arte periret ſua.*

Vt quo abij redeam,ſi princeps volue
rit leges ſancitas mouere,aut nouam ſta-
tuere,is collo in laqueũ immiſſo, de lege
verba faciat,& ſi per ſuffragia videatur,le
gem veterem eſſe tollẽdam , aut eamquæ
noua infertur, bonam eſſe indemnis ma-
neat.Contra ſi prior lex melius habere vi
deatur,aut quæ noua proponitur iniuſta
ſit,is qui mouet infert vt legẽ,laqueo at-
tracto moueatur,ex illa equiſsima,ſãctiſ-
ſimaque lege.Patere legem , quã ipſe tu-
leris,vti conſtat ex titul.quod quiſque iu
*Lydius.* ris.ff.Et quemadmodum Lydius iudicat
aurum,non autem viciſsim ab auro exa-
minatur:ſic & homo qui iudicandi facul-
*Regis chorondis factum.* tate pollet.Memoriæ dignum ſit, profe-
ctò regis Chorondis factum præcitatum
potiùs, quàm ſanctimoniæ præditum, &
conſtat ex Euripidis ſententia apud Sto-
bæum ſermo.111. dum cecinit.

*Optandus eſt tibi à dijs vt nunquam periculum*
*facias,*
*Ophædime huiuſmodi rei, neque cognoſcas.*
*Quod facilius ſit, alterum admonere.*
*Monere facilius eſt,quàm ſuſtinere patiendo.*

Et ex Sophoclis apud Stobæ.loco præci-
ta dum cecinit.

*Sophoclis ſententia.*
*Oportet quidem:ſed facilius eſt hoc dicere.*
*Quàm tolerare mala.*
*Hei mihi,quis eſt,qui dolere neſciat ob mala.*

*Moſconius* Ex Moſchonis ſententia conſtat.

*Quis audiens iſta non fundat lachrymas?*
*Celebre iſtud hominum dictum eſt.*
*Quod alium admonere labor ſit modicus:*
*Iniuriam verò ſibi ipſi illatam ſubſtinere*
*Omnium eſt maxime inter homines onus.*

His ſanè præmiſsis , & illud conſtitutiſ
ſimum eſt,& apud noſtræ claſsis profeſſo
res diffinitum extat nemini licere defer-
re arma in principum palatiis, dominorũ
comitumve, vt eſt text.ad id omnium ce
lebris.in §.ad palacium.titul.de pa. tenẽ.
in vſi.feudo.Bar.in.l.prima,ſecunda quæ
ſti.ff.ad.l.iuli.de vi.publ.cui ſubſcripſere.
marti.Laud.Albero.Bald.Cardi.Alexan.
in præcita. §. ad palatium. omnium dili-
gentiſsimè.Hippo.in practi.ſua.§.pro cõ
plemento.num.7.poſtremo. Angel. in.§.
ſi quis ruſticus.de pace tenen.in vſi.feud.
Barba de præſtan . Cardi.2. part. quæſt.
5.nu. 25. his ſuffragatur , quod ſcriptum
reliquit Valeri.Maxi.libr.2.capit.primo, *Maſiliorum*
ōlim apud maſiliam, hunc obſeruaſſe mo *Mos.*
rem,vt nemini liceret opidum illorum in
trare,cum telo,& ſicuti fama fertur, apud 25
Venetos,id vſu receptum eſt, & apud no *Mos apud Hiſpanos.*
ſtros,in Hiſpanię prętorijs, quibus ingre *de ingredientibus in palatium regis.*
di,nemini licet,cum enſe,alioquouis telo
Quam receptam ſentẽtiam intelligendã
fore reor , quando qui iudicandi munus
habẽt,ius reddunt, vel vbi concilium ho
minumque congregatio fit,quo finito o-
ptimo quidem iure delatio armorum per
miſſa eſt.ex Bart.in.l. ſecunda.ff. de auro.
& argen.lega. vbi in ea eſt ſententia,ſtan
te ſtatuto,quo cautum eſt , nobilem non
poſſe,ingredi palatiũ poteſtatis ſub cer-
ta pœna,ſi poteſtas abierit,ingredi pote-
rit,& à pœna immunis erit.Iaſ.idem pro-
feſſus.in.l. eius qui in prouincia ad fin.ff.
ſi certum pet. Cætera quæ in ea ſpecie ad
ius pertinẽt, ex alijs quiſque repetere po
terit.Sunt enim peruulgata , & quoniam
alij ſatis diligenter proſecuti ſunt, nos o-
mittere hic poſſumus,cum longa ſanè de
hac re diſputatio ſit apud docto.

Illud tamen non omittam ex regia cõ-
ſtitu.55. in Pincia. conuen. lata ann. 1523. *An in lupanarib⁹ armorum delatio permittatur*
præuilegiatos arma deferre minime poſ-
ſe vti pręuilegio,in lupanaria,nec itidem
aſſociari,vltra quatuor.

Inſignis eſt admodum & perplexa quę
ſtio , quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus
non infrequenter diſcutitur , cuius exa- *Leges regiæ*
men ex profeſſo ad intellectum regia- *in clericis ad*
rum conſtitutionum deduco intelligen- *praxim de-*
do ſanè in hũc modũ regias conſtitutio- *ducuntur.*

nes

in clericis arma deferentes.

*Statuta cõia*
Siquidem ſtatuta communia laicorũ
& clericorum,clericos etiam tenere eoſ-
demq; ligare ex Bal in.c.cũveniſſent co.
2.& inibi Ioann.de Ligniano Abb.2. no-
tab .ext. de eo q mittitur, in poſſeſsionẽ
Bald.in cap.Imperialem colu.3.verſi.quę
ro nunc quid & inibi Mart.Lauden.titu.
de prohi.feudi.aliena.per Fredericum,&
huic acceſſere ſententiæ Anton . & Imo
la.in cap.eccleſia.ſanctæ Mariæ de con-
ſtitu.Et inibi Felin.& Deci. Imol. in cap.
ad noſtram per textũ. inibi de probatio.
Quo in loco & Felin.colu.2.idem ſcribit.
Ioann.à Ligni.in ca.quod clericis.Et ibi.
Aretin.col.vltima. de foro compet . Qui
bus & plerique alij acceſſere inter quos
& Abb. conſili.72. circa primum colum.
ſecunda.libro .1.Alexand.conſil.211.pon-
deratis colum.1.libr.ſecundo.Cardin.A-
lexand.in cap.1. ad finem.10.diſtin . & in
cap.qui clericus.colum.1.titu.ſi de feudo
fuerit conrtouer.inter domi.& Agna.Frã
ciſ.Aretin. conſi.45. viſis articulis Roch.
Curti.in repetitio.cap. vltimi in.1. limit.
quæſtio.11.de conſuetud.& cum armorũ
prohibitio,tam laicis quam clericis com
petat,ſicuti in huius capitis roſtro adno-
tauimus clericos ipſos ligare.

*Laicorũ ſta-tuta.*
Et iſthæc declaratio conueſtiri poſſet
ex eo,quia ſtatutum laicorum in eos qui
arma deferũt, clericos ipſos ligat.Siqui-
dẽ in his qui publicam cõcernunt vtilita
tem,& clerici continentur,ex.l.aditos.C.
de epiſ.audien.explicãt docto.in.l.ex ea.
ff.de poſtulan.& arma at arma non defer
re publicam reſpicit vtilitatem vti con-
ſtat authen.de armis.in principio textus
ad id præſtantiſsimus in ca.primo de cle
ri.viola.pacis in libro feudo . alias de pa-
ce tenenda.§ .ſi clericus. Cęterũ ſi iſthæc
prohibitio à iudice ſeculare fieret eoſdẽ
arctat clericos ex Abb.in cap.cum nõ ab
homine de iudi.Alexand.ad Barto.in.l.ſi
quis.in ſeruitute.ff.de ſeruituti.& omniũ
diligentiſsimè Stephanus Aufre.in cle.1.
de offici.ordina.fol.31.paruo.& huius ſen
tentiæ authores habeo Anto. de Tremo.

*Antoni . de Tremol,*
in ſua practica.exceptio.titu.quibus mo
dis .in parte ſub iudicibus.7 . colum.ver
ſic.& ſimiliter & Ioan . Lopi.in repettio.
cap.per veſtras.2.nota.§.primo nume.13.
Dida.à Couarru.libr.2. variarum cap.20.

ad finem. nouiſsimè Nunius Auenda. in
dicti.legum regia.verſic.armas.fol.6. quẽ
admiſcuit tractatui,de exequendis man-
datis regis Hiſpaniæ.Monta.ante hos in
l.2.copilatio fori.in verſicu.arma. Quo fit

*Pœna armorum a clericis exigitur.*
pœna quę ob armorũ vſum lege infertur
à clericis exigenda eſt,apud iudicem ec-
cleſiaſticum.teſte Ioann. de Platea.in.§.
itẽ lex Iul.inſtitut.de publi.iudi.&Lopi.
eo in loco cuius paulo antea meminim⁹.

Et conueſtiri poſſet regiæ deciſionis
declaratio. Lex ciuilis cõtra periuros ſta
tuere poteſt, & contra arma deferentes.
ſiquidem lex Principis ſecularis in quacũ
que re diſponat,etiam ſi mentionem cle-
ricorum nõ faciat:ſi iuſta ſit,honeſta,nec
contraria canonibus ſeruari debet, quia
ab ipſis Romanis pontificibus tacitè vi-
detur recepta capit . ſecundo .de noui o-
per.nuntia cap.primo.de iura.calum.ca.
veniẽtes de iureiuran.cap .inquiſitionis
de hæreti. Et ſignanter Fortunius in tra-
ctat . de vltim. fin.illatio .14.Cuius opi-

*Fortu.ſentẽ.*
nio mihi admodum placet , tametſi a-
lijs pleriſque diſpliceat . Nec obſtant
canones , quibus diſponitur , quod lai-
ci de perſonis eccleſiaſticis , aut de re-
bus eorum nullam habeant poteſtatem
diſponendi condemnandique, leges vel
ſtatuta ſunt interpretanda ſecundum di

*Reſponſio ad contraria.*
ſpoſitionem naturalis æquitatis . Quod
ad modum conuincit Ioann. Driedo. de
liberta.Chriſti pagi. 153.eandem opinio-
nem, quam ex Fortunio retulimus , ali-
quot rationibus ſecutus , & aliquot cõie
cit Boerius in conſuetudi.Buturicenſib⁹.
§.11.fol.20.in ea nempe quæſtione ſtatu-
ta laicorum, quæ conſuetudo liget cleri-
cos & nos adnotauimus ſupra capit.pri-
mo nume.24. Cuius quæſtionis contro-
uerſiam,& antiqui patres,& neoterici,a-
deò inuoluerunt vt nulla ferè eorum ſen
tentia ſibi conſtet.Quę res efficit,vt quic
quid in hac quæſtio.extricãt doctores ex
his quæ dubia ſunt, nihil verum tene-
ri , nec falſum euerti poteſt: ego verò
qui minor ſum natu , etſi ob hoc ipſum
minori fungar authoritate, in cauſis ho-
rum perquirendis maioris diligentiæ af
ficior commodo.Quare in legis regiæ ſpe
cie exiſtimo clericos arma portantes

*Vſus Hiſpania in cleric.*
vetita , cum , armis ipſis deprehenſos ,à
miniſtris iudicis ſecularis armis ſpoliari
ſicuti



Sicuti apud Hiſpanos vſus obtinuit teſte
Didac.à Couarruu loco præcitato, apud
Gallos arma clericis vetita deferẽtes per
iudices ſeculares puniuntur,ſicuti aſſeue
rat Chaſſane. in conſuetudini Burgund.
rubri.prima.§.quinto. verſic. Archidiac.
numero.79.& Carolus,libro ſecundo re-
gali.Fran. priuilegio. 17. modò pœna ſit

*Clericorũ arma orationes*
pecuniaria. Siquidem clericorum arma
orationes,& lachrymæ ſunt cap. conue-
nior.23.quæſt.8.cap.porro. & inibi gloſſ.
16.quæſt.4.Imol.in cap.clerici.de vita &
honeſtate clericorum. Quibus admodũ
adſtipulatur,glo. in cap.ex multa. §. fin.
de voto. Iaſ.in.l. imperium.ff.de iuriſdic.
omnium iudi.Et diligenter adnotat De-

*Ratio praxis.*
cius conſi.151.colum.15. atque ideo iuſtè
fieri poteſt, clericos, in delatione armo-
rum coẽrceri,cum alioqui, ſi à iudicibus
ſecularibus id non fieret, liberam habe-
rent clerici facultatem arma vetita defe-
rendi,ac deinde maxima ab his ſcelera li-
berius perpetrarẽtur in reipublicæ iniu-
riã,& eccleſiaſtici ordinis opprobriũ, in-
tumuit,etiã fectus quidam laſciuiẽs, in ec

*Deteſtatio clericorũ ſumẽtiũ arma*
cleſiaſticos , vt neſciatur , an Chriſti,an
Cæſariani milites ſint,adeò ſunt, in orna
tu in cultu,inceſſu,& in alijs varijs morũ
generibus diſcolæ , vt nihil amplius , in
honeſti inueniant, quid vlterius ? hi qui
eccleſiæ regimini pręſunt,& peccata ſub
ditorum cura ex officio eſt,adeo in ſolen
tes ſunt,vt quid decoris,quid honoris ne
ſciant, ob id omnium opinione, non ec-
cleſiæ miniſtri dici merentur, ſed Grega-

*Barbati.*
rij potiùs milites viliſsimi appellari. Bar
bati veluti,hædi incedũt,veſtibus bipar-
titis , ſeu variegatis calicis more leno-
num præciſis.& ſtricatis,ſericis,texturis,
rubei,crocei , viridiſq; coloris variantes.
Noſtra tamen tempeſtate pro dolor cle-
rici ſpreta pace arma prædicant, nunc ve
xilla hoſtilia præparant,nunc acies ordi-

*Prælatorum negligentia.*
nant , ad manus hoſtiliter conſerendas
gladioſque gladijs acuendos inuitant,
nunc ad prælium omnes docentur, nunc
ſacerdotes propter prælatorum negli-
gentiam bellorum miniſtri fiunt , vt non
ſacerdotes rectè dici iudicari poſſunt.Ac
cincti ſunt gladijs,amicti thoracib⁹, chri-
ſtati capitibus,tonſi crinibus,admodum
Theſei , aut Alexandri . Nunc Barbati,

*Turcarũ mos.*
Turcarum more incedunt,vt petulantio
res appareant. Quid plura? nihil prorſus
reſtat,niſi vt ſodalitij nomen,cuius Cæ-
ſar in ſexto Gallici belli meminit , acci-

*Eccleſiæ theſaurus.*
piant.Quo factum eſt, vt Theſauri eccle
ſiæ,qui ad alendos Chriſti pauperes or-
dinati ſunt,nec alijs vſibus deſtinari poſ-
ſunt,ad chriſtifideles perdendos conuer
ſi fuerint, cum graui eccleſiæ ſcandalo.
Quid ſibi volunt,torquati illi in veſtibus

*Clericorũ veſtium prohibitio.*
oloſericis,& holobrizis,ambulant com-
mitati lõgo aſſeclarũ ordine ipſi ſigmẽta
ti,in veſtibus,vel bõbicini,viloſi interciſ-
ſi,vel texti Attalici, vt alij nihil eſſe præ
illis videatur, ve illis non reſpondentes
tanto titulo, in eccleſiaſtici ordinis op-
probrium,& reipublicæ iniuriam, & gra
uem hominum contumeliam . Ob quod

*Exortatio prælatorum.*
admonitos eſſe velim eccleſiarum præla
tos , quibus clericorum , & populi cura
commiſſa eſt , ſumma ope illis niti decet
circa eccleſiarum curam,clericorum cul-
tum,eorumque vitam moreſque corrigẽ
dos , & proteruam armorum delationẽ,
cũ alioqui ſi à iudicibus ſecularibus , cle-
rici hæc noſtra tempeſtate non coẽrcerẽ-
tur,liberam haberent clerici facultatem,
arma vetita deferendi.

Poſtremò,hoc habeto pluribus in ca-
ſibus delationem armorum laicis licitã 27

*Delatio armorum quibus liceat.*
eſſe, quorum viginti congerit Matthe.
Afflict. in conſtitntione regni Ciciliæ
quæ incipit , intentionis . Chaſſaneus
in conſuetudini Burgundiæ . folio.52.nu
mero.77. Carre.in practic.crimina.§. ho-
micidium.numero.34. pagina. 482. Caro
lus Nunius Auenda. Didacus à Couarru
uias, locis paulò anteà citatis.Quibus,&
alios duos addito , quorum prius eſt, ſi
quis daret vela ventis. In qua ſpecie de-
latio armorum licita eſt, ex.l. prima. ff.
ad legem Iuliam.de vi public . Alius non
incongrue ſubijcitur,caſus, ſi ſanè vena-
tionis cauſa arma deferat. l. prima.ff. ad
legem Iuliam. de vi. publi. Ne mireris ſi
tam diffuſo calamo,hęc ſcripſimus.Nam
cum de pluribus circa regias conſtitutio
nes dubitaremus , noſtras dubitationis
rationes ſcribere decens viſum fuit . Aut
lugenda noſtra ætas,quæ iuſtitiæ præce-
pta rationibus adeò infirmis conſtruxit,
vt de his facilè,& paſsim dubitetur.Cui⁹
cauſa ſi tũ id mihi credas fuit negligen-
tia . Et his verbo non amplius addam ſi 28
armatus

*Armatus confugiens ad ecclesiam non gaudet immunitate eius.*

armatus quiſpiã, ad eccleſium aufugiat
eccleſiæ immunitate nõ gaudet.l. ſeruus
C.de ijs,qui ad eccleſ.confuge.qui quidẽ
tex.tametſi in ſeruo loquatur,idem tamẽ
in libero ſicuti, author eſt etiã Petrus Re
buff.2.tom.ad leges regias.titu.de immu *Intellectus l.ſeruus.*
nitate eccle.ar.1.glo.1.n.21.Et mox plura
de immunita. ſacrorum templorum tra-
ctantes adnotabimus.

## Ex capitulo ſequenti.


1 *Tractatus homicidij in quatuor partes diſtribuitur.*

2 *Homicidij crimen vnde orginem duxit.*

3 *Homicidiorum tria genera,*

4 *Homicidium vnde dicatur, analytice explicatur.*

5 *Homicidij crimen quam graue et atrox ſemper habitum fuerit.*

6 *Homicidium quid ſit.*

7 *Homicidii pœna plectitur, qui fœtum in vtere exiſtentem occiderit.*

8 *Fœtus quando dicatur animatus ex philoſophis & togatorum principibus diſcutitur*

9 *An ſit irregularis, qui homini mortuo membrum abſciderit animo occidendi ſi viuum reperiſſet &c.10.*

11 *Homicidii pœna etiam in eo locũ habet, qui hominem monſtrum occiderit.*

12 *Homicidium commiſſum ante baptiſmum an efficiat quem irregularem.*


## De homicidio commiſſo ante baptiſmũ. Cap. IX.

ORdo rei poſcit, homici
diorum pertractare ma
teriam,illorumque pœ
narum tam iure diuino
humano,regio, pontifi
cio ue,ampliſsimum pe
lagus nũc obiter ingre-
di,& veluti aliud agentes tractari, mini-
mè conſentaneum nobis viſum eſt, cum
longe maiorem requirat operam, quàm
& tam leui commentationi abſolui poſ-
ſit,& complurimorum ingenia in his diſ
cutiendis,ſe ſe exercuerunt,vt difficilima
harum pœnarum iura,clarè exponerem,
eratque in animo(quod ille de Carthagi
ne inquit)ſilere potiùs,quàm pauca dice
re.Verum enimuerò,cũ multa ſint, quæ
adhuc dubia cenſeantur, vel ſaltim com
pendio & ſumma indigeant, non potui-
mus homicidiorum interpretationem o-
mittere.In qua illud conabimur efficere,
vt quæ ſe ſe obtulerint ad certum,vel ex
aliorum iuris vtriuſque doctorum placi
tis,iudicium,& examen ducatur.Sic ſanè
fiat, non omnino inutilis iſthęc noſter la
bor,tam,his,qui foro quam ſcholis ope-
ram dant.Sed vt operi, & ordine rei ſatis
faciam de pœnis homicidiorũ igitur tra
ctandum erit.Et hic locus exigit,vt latius
explicemus pœnam, ac irregularitatem
quæ ab homicidio procedit, ſiquidẽ hæc
ſæpiſsimè in praxi cõtingat, quatuor ve
rò partes habet.Prior de homicidio com
miſſo ante baptiſmum. Secũdo de homi
cidio volũtario Poſterior de cauſali,quar
to de neceſſario.Vtriuſque ſane examen 1
requirit,quod generice aliqua de homici *Homicidiorũ*
dio pręmittamus.Crimen hoc homicidii *diuiſio*
originem duxit,à Cain,qui fratrem ſuum 2
Abel interfecit tex.celebris, & inibi glo.
in ver.non putauerit.in.l. ſiquis homici-
dii.in verſi.crimen paſtorum. C.de accu-
ſa.Homicidiorum tria eſſe genera,inter-
fectorum,detrahentium,atque odientiũ. 3
Siquidem teſte Beato Petro, qui occidit
fratrem, & qui detrahit:rurſus, & qui o-
dit,homicida quippe cẽſeri debet.C. ho
micidiorum,de pœniten. diſtin.1.idq; ex
plicat Ioan.Montal.in prompto.iuris.di
ctio. homicida. Quod ſanè ipſe intelligo
largo vſus vocabulo: quippe qui omnis
inimicus liuore nocendi motus,homici-
da cenſendus eſt .c. homicidiũ in fin. ea.
di.& aliquot noscõiecimꝰ.ſupra.c.3.4.Et
quia in ea quæſtione ex nouioribus ſatis
diligenter ſcripſit Marti. Azpil.re,& fa-
ma vbique inſignis,ab omnibꝰ, ſed à me
præ cæteris extimandus, in ſua eleganti
relectione, in.cap.inter verba.11.quæſt.3.
hic conſulto miſſa facio.

Dicitur autem homicidium à cęde id 4
eſt interfectione tex.in. l. ita vulneratus. *Homicidiũ*
inibi.Quia debita manu.ff.ad.l.Aquil.Io. *vnde dictum*
Montal.loco præcita.glo.ver. reus.c.ho
micidium .de pœniten . diſtin.1. Mors ſi-
quidem eſt omnium terribile, vt prodit
Ariſto.



Ariſtote.libr.Ethic.3.c.6. eſtq; graue, ſiue
atrox,malũ, vt profitetur Achiles apud
Euripidem in Ephigenia,in Aulide. Et Ec *Achiles.*
cleſiaſtes cap.41.exclamat,O mors,quam
amara eſt memoria tua.Si credimus Ho-
mero li.6.illiados,ſunt enim omnia poſt
habenda,quò vitę conſulamus, cùm nul *Homerus*
lum ſit precium cum vita comparãdum.
Vnde.S.Tho 2.2.quæſt.122. articu.6. aſſe-
uerat.homicidium de ſe nõ eſt appetibi-
le,ſed magis horribile: ex eo enim quia
non habet,in ſe rationem alicuius boni.
& in.2.2. quæſtio. 70.articul. 3. exiſtimat,
quod inter cærera peccata, q̃ cõmittũtur
in proximum grauiſsimum eſt. Homici-
dium quidem inter grauiora,& horribi-
liora crimina cõputatur, vt notat. Abb.
in cap.cum contingat. colum. 6. de foro
competen.ex cap.quæſitum.de temp.or
din.c.inquiſitionis.de accuſa.c. miror.50.
diſtinct.quibus in locis id diffinitum ex-
tat.Et quàm mors ſit horribile cõſtat ex
Cicero lib.5.de finib. bono.Quis eſt, aut *Cicero.*
quotuſquiſque,cui mors,cùm appropin-
quet:non refugiat timido ſanguen atq;
exalbeſcat metu.&.2.Tuſcula.ait. Emori
nolo.& libr. 1. de finibus. mors quaſi ſa-
xum Tantalo ſemper impendet. Itidem
in Catone maiore,mortem omnibus ho-
ris impendentem times, quis tranquillo
animo poſsit conſiſtere? &.2.lib.Tuſcul.
qui id quod vitari non poteſt metuit, is
viuere animo quieto nullomodo poteſt.
&.1.lib.Tuſcula.ait,quæ poteſt eſſe in vi-
ta iucunditas,cum dies,& noctes, cogitã
dum ſit,iam iam eſſe moriendum,& pul-
chra extant verba apud Cicero, in para-
do.mors terribilis eſt ijs,quorum cum vi
ta omnia extinguntur,non quorum laus
emori non poteſt. Idque diffinitum ex-
tat ex Euripide,in Alceſtide carmina.

*Euripidis ſententia.*

*Fruſtra ſenes mortem optant.*
*Culpantes, ſenectam, & longum tempus vitæ*
*Vbi verò propriùs mors acceſſerit,*
*nullus vult,*
*Mori, ſed ætas non amplius ei grauis eſt.*

Eiuſdem,O rectè.

*Vbique ſuauius eſt viuere, quàm mori pruden-*
*tibus.*
*Lux iſta hominibus aſpectu ſuauiſsima eſt.*
*Apud inferos nihil eſt, inſanit autem qui optat*
*Mori, male viuere præſtat, quàm bene mori.*
*O ſplendidus æther, & dura lux diei,*
*Quam ſuauius aſpectus veſter, eſt tũ fortunatis.*
*Tum infortunatis, quorum ego vnus ſum.*

Et ex Homero, Odiſſeæ.2. *Homerus.*

*Malim in agris habitans ſeruire apud alium*
*Pauperem virum, cui non multus, ſuppeteret vi-*
*ctus.*
*Quàm omnibus vmbris mortuorum imperare:*
*Eſt enim vita, o puer donum longe ſuauiſsimum*
*Non enim licet eoſdem bis mori.*

Ex Lycophronis ſententia.

*Orcus deſideratur, ab infortunatis*
*Cum vero ob re perit vitæ nuda.*
*Viuere cupimus, nulla enim viuendi ſaturitas eſt*

Et ex Mercurij ſententia extat: multos *Mercurius.*
enim mors,nec maximum malum perter
ret.Mors denique nihil terribile alioqui
& Socrati viſa eſt, quinetiam ipſa ſolum
opinio de morte terrorẽ incutit, & apud
Quint.ſi is eſt,declamatio.6. Pater ille ꝓ
clamat,ò quã graue eſt mori, quanto gra
uius,quod ego viuo ſuperſtes filij mei,&
nihil horribilius,nihilque abhominabi-
lius inter mortales ſanè reperi poteſt, q̃
quæ ſibi natura,ſimilem trucidare, eo ſi
quidem quod naturaliter,quodlibet ani
mal ſuum applaudet ſimile,ſtareq; ſe cõ-
tra eum nitere abhorret, vti explicat Pli
ni.natura Hiſto. lib. 17.c.1. ad fi. Bias da- *Bias lachrymatur.*
mnaturũ quempiam ad mortẽ lachryma
tus eſt, & cum dixiſſet quidam quid eſt,
quod fleas? cùm penes te ſit, cõdemnare
hominem? reſpondet, quia neceſſarium
eſt,naturæ quidem condolere, legi autẽ
ſuffragari.Et Demoſt.ait, iuſtũ eſt miſere
ri,uon improborum hominũ, ſed eorum
qui immerito infelices ſunt. Et illud Ly-
ſiæ apud Stob.ſerm.44.ad fi.cecinit.

*Qui de malis pœnas non ſumunt, bonos*
*Affici, volunt iniurijs.*

Eſt igitur homicidiũ corporis perẽptio
authore Auguſt.lib.19. cõtra Fauſtum.c. 6
23.c.homicidium.de pœnit.diſt. 1. corpus *Quid ſit homicidium.*
autem humanum intelligo,& animatum
cum alioquin peremptio non conueniat
corpori inanimato. Idem Auguſti. lib.1.
de libero arbi.idq; conſtat extra.c.homi-
cidium.23.q.5.ſcribit homicidium eſſe ho
minis occiſionem, homo autem conſtat
ex anima rationali,& carne,aut corpore,
at homo nõ dicitur, ſine anima.c. in qui-
buſdam.de celebra.miſſa.c.cùm Chriſtus
de hæreti.l.in.l.falcidia placuit.ff. ad leg.
falci.Etenim homicidij pœna plectetur,

qui hominem in vtero exiſtētem intere-
7 mit. Fœtus dicitur, animatus, ſi maſculus ſit die quadrageſimo à cōceptione, ſi fœmineus, die octuageſimo, ab ipſo conce-
8 ptu glo. in ſum. 5. d. quam inibi ſequūtur. docto. frequentiori omnium conſenſu, & in. c. ſicut. & in. c. ſi aliquis. de homici. Alber. in. 3. ſtatu. part. q. 59. gloſ. in clem. 1. de ſum. trini. verb. ſimul. Alcia. in. l. quod di
*Plinius.* cimus. num. 9. ff. de verb. ſigni. Plinius verò, cui magis fides adhibenda eſt, hoc in negociū. lib. 7. c. 6. in fœmineo ſcribit par
*Ariſtoteles* tum animatum eſſe. 90. in maſculo. 40. die & idem profeſſus Ariſto. libr. 7. de hiſto. animali. c. 3. idem exiſtimat inter primarios medicinæ authores Auicena. c. 9. de animali. Et diuus Auguſti. in. q. 54. in ſuis quæſt. atq; ideo ex corpore & anima verus homo veraque creatura ſubſiſtat ad ſtipulatur Ariſto. lib. 2. de animal. & ibidem. c. 1. de partibus animal. & glo. in. l. diuus Seuerus. ff. de extra. ordina. crimi: Et
*Communis.* inibi Bart. Alber. Ange. & communi conſenſu docto. glo. vulgo recepta in. l. pen. ff. de ſica. & inibi Iacob. Bald. Salic. & docto. id adnotant. Alber. in. l. qui in vtero. ff. de ſtat. homi. 3. col. verſi. ſi autem quæritur. gloſ. in. c. ſicut. de homicid. & inibi Abb. & Cardin. idem exiſtimant, & in. c. ſi aliquis eod. titu. Bonifa. in tractat. malefic. titu. de homicid. col. 1. Summa angelica verb. homicidium. 4. colum. Hippol. in. l. ſi mulierem. ff. ad leg. Cornel. de ſica.
*Regia. l.* Angel. de Maleſi. in verb. ex interuallo. col. 4. regia. l. 8. tit. 8. par. 7. atq; ideo percutiens hominem mortuum, aut corpore inanimato caput, accidens minimè accuſari poteſt homicidij, ſicuti notat Bald. per text. inibi in. l. 1. num. 16. C. qui accuſa. nō
9 poſſ. is idem in. l. ſororē. C. de his quibus vt indig. & rurſus in. l. ex hoc iure. nu. 10. ff. de iuſtit. & iur. Atque eadem ratione conſtat non eſſe irregularem, qui corporis mortui membrum accinderit, animo illum hominem occidendi, ſi eum viuum comperiſſet, quod ſatis diligenter notat Archid. in. c. quam periculoſe. de pœnit. diſt. 1. itidem in. c. vlti. 15. quæſt. 1. docto. in dict. c. ſi aliquis. & c. ſicut dignum. de homicid. col. 4. Albertus Trotius in tract. de vero & profecto clerico. lib. 2. c. 29. nume. 7. Hippo, in. l. vltim. num. 27. ff. de quæſt. Anna. in. c. ſicut ex literarum. col. vltim. de homicid. Ludo. Carre. in practi. crimi. titu. de homicid. §. 1. nu. 21. & 22. qui aſſeuerat hunc puniendum eſſe, de iniuria mor *Iniuria mortuo illata* tuo illata iuxta illius æquiſsimā pœnam Adquod argumēto optimo deſeruit. tex. in. l. qui ſepulchra. C. de ſepulc. viola. l. 2. §. aduerſus. ff. eod. tit. idē exiſtimat Matthæ. de Afflict. in conſtitu. Neapol. rubr. 56. præterea ad id pertinet, quæ de ſepulchro violato traditur, iure regio in. l. 13. titu. 9. par. 7. l. 3. titu. 13. part. 1. l. 3. titu. 13. lib. 4 fori.

Ex quibus ſanè quaſi ex eodem fonte ſiue ſtipite apendices nonnullæ colligi 10
poſſunt, interficiētem poſthumum, atq; fœtum animatum mortis pœna afficiendum eſſe, ſicuti exiſtimant docto. prçcitati. Et id intelligendum eſſe, tametſi conſtare minimè poſsit, an anima infuſa fuit necne. Siquidem huius criminis reus, vltimi ſupplicij pœna afficiēdus eſt, ni fortè fortuna negatiuam probauerit. Anna. in præcita. c. ſicut. de homici. & inibi Car *Cōtraria authoris ſnīa.* dina. & alij plerique ſumentes rationem ex tex. in. c. ad audientiam, & in. c. ſignificaſti. de homicid. col. 2. & c. penul. eod. titu, à qua ſententia ipſe quippe diſcedo exiſtimans prorſus contrarium ex ratione text. in. l. abſentem. ff. de pœn. & in. l. interpretatione eod. tit. Nec obſtāt iura contraria adducta, quò minùs iſthæc ſententia noſtra procedat. Siquidem contrarium adſtipulantes ac eorum ſententia procedit, quo ad irregularitatis pœnam: minime tamen, quoad pœnam corporis afflictiuam vti explicat Specu. tit. de ſpōſa. §. iuſta. col. penul.

His iactis ex communi omnium. traditione intelligendum fore reor, homicidij 11
reum eſſe, tametſi hominem mōſtroſum *Monſtruum interimens.* interemiſſet. Bal. idē profeſſus in. l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthu. vt ſi haberet plura hominis membra diffiniens, cum tota ſubſtantia, virtus, & eſſentia, ab anima, & ſpiritu originem ducat hac pœna reus homicidij tenetur, etiam monſtruū occidendo, longè quidem alter ſi quadrupedis animalis caput haberet. explicat Bald. Ange. Paul. Imol. & frequentius docto. in præcita. l. quod dicitur. & maximo apice deſeruire videtur. text. in. l. nō ſunt liberi. ff. de ſtat. homi. & in. l. penult. C. de poſthu. hæredi. Inſtitu. Antonius Gome. cap.



cap. tertio. de delictis. numero primo.

Supereſt ſcrupulus quidam, qui malè
12 *Homicidium ante baptiſmum.* iuris vtriuſque Docto. torquet explicare eſt animus. Quidam cenſent homicidiū commiſſum, ante baptiſmum, minimè efficere quem irregularem, cap. ſi quis viduam. 50. diſtinct. cûm homicidium acciderit cum peccato, quaſi in hac ſpecie irregularitas tollatur, quaſi conſequēs peccato, longè quidem aliter vbi homicidiū contigerit, abſque peccato, vt in iudice: eo etenim caſu irregularitas nō tollitur, per bāptiſmum glo. Archid. & Præpoſi. & plerique alij, in cap. deinde. 26. diſtinct. Hoſtien. Ioann. Andr. Anto. & Anchar. in cap. gaudemus. de diuort. gloſ. in dicto cap. ſi quis viduam. vbi Archidiac. Domin. & Præpoſi. Gonſa. à Villadi. de irregula. cap. vltim. regia. l. 17. titul. ſeptimo. part. prima. mihi tamen longè alia mens eſt, & ratio quippe qui exiſtiment.

*Cōtraria autoris ſententia.* Contrariam veriorem eſſe ſententiā, quam & robora rationum ſuffulciam. Et primo eam rationem habet, quod irregularitas procedēs ab homicidio ſolum oritur ex horrore illo, quo efficitur is qui iu
*Horror.* ſtè, aut inique alium occiderit, hic vero horror per baptiſmum aboletur, & ideo irregularitas ratione homicidij contingens, ſiue homicidium ſit peccatum, ſiue non per baptiſmum tollitur. Hoſtien. in ſumma, titul. de homicid. §. quæ pœna. verſic. & hæc. Syluest. ver. irregularitas. quæſt. 28. Quorum opinio verior eſt, teſtibus. Calde. Abb. Cardi. & Præpoſi. in dicto capit. gaudemus. Innocent. in cap. presbyterum de homicid. Henrri. in dict. cap. gaudemus. Et prçter hos non deſunt ex theologis, qui hanc profitētur ſententiam ſiquidem Paludanus in quarto ſententiarum. diſtinct. 4. quæſt. prima. Ioan. Maior. diſtinct. 27. quæſt. 6. & Iacob. Almain. diſtin. 25. quæſtio. 1. & diſtinct. 33. q. 2. idem exiſtimant. Quamobrem poſterior ſententia plaudet magis, quàm com
*Communis* munem fatetur eſſe Sylueſt. in ſum. verb. homicidium. quæſt. 28. ne mireris ſi in cōtraria ſint opinione, ſiquidem teſte Auguſtino id cap. ego ſolis. 9. diſtinct. Doct. ita lego, vt quantalibet, ſanctitate, quantaue doctrina polleat: non ideo verū putem, quia ipſi ita ſenſerint: ſed quia mihi per alios authores, aut canonicas, aut probabiles rationes, quod à vero non abhorrent perſuadere potuerunt.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Homicidium voluntarium quid?*
2 *Pœna homicidij voluntarij diſcutitur.*
3 *Homo quantū cæteris animantibus excellat*
4 *Reus criminis homicidij quatuor offendit.*
5 *In homicidio animus, & dolus potiſsimum conſideratur.*
6 *Vnde homicidium commiſſum, abſque vero occidenti animo non coercetur pœna ordinaria.*
7 *Animus occidendi & dolus quonam modo probetur analectice declaratur.*
8 *Iudex quæ & qualia conſiderare debeat, ad remittendam pœnam criminis ordinariam.*
9 *Homicida voluntarius quomodo præſumatur.*
10 *Non incōcinna declaratio ad iura dictantia, maleficia, delicta voluntate diſtingui.*
11 *Homicidij criminis authorem teſtimonium ferre non poſſe.*
12 *Homicidam teneri incompenſationem iniuriæ illatæ filijs, vxori, alijſue, cōſanguineis aliquid retribuere.*
13 *Reus homicidij in quingentis ſolidis ex regia, lege iudici applicandis condemnandus eſt & eſt calonia del homezilo.*
14 *Solidorum valor iure regio nouiori, in applicandis his ſolidis iudici mutatus eſt.*
15 *Diſcutitur, vt homicidiorum ius applicetur iudici, quid agendum ſit.*
16 *Reus homicidij tametſi à delicto abſoluatur, ob contumaciam expenſas ſoluere tenetur.*
17 *Vt ius homicidij locum habeat agendum eſt, de morte maſculi fœminæve non tamen quadrupedis.*
18 *Tametſi minoribus iudicibus, hoc homicidiorum ius de ſoluendis ſexcentis marapetinis cōpetat, apud ſupremos iudices hæc homicidij calonia ad regios alguazelos (vt ita dixerim) pertinet.*
19 *Si plures homicidium commiſerint, an quilibet*

*bet eorum inſolidum teneatur, necne ele-
ganter diſcutitur.*

20 *Cui competat homicidiorum ius, an iudici ſententiam proferenti, an exequenti.*

21 *Iudici in competenti homicidiorum ius minime competere conſtat.*

22 *Reum criminis homicidij non poſſe mediate, nec immediate, ex teſtamento, neque ab inteſtato, occiſo ſuccedere.*

23 *Si hæres legitimus ex teſtamento, vel ab inteſtato occiſo ſucceſſerit non poſſe criminis, authorem in eiſdem bonis hæredem inſtituere.*

24 *Declaratur, quando filius criminis rei, occiſo ſuccedere poſſit.*

25 *Occidentis ſagitta ſupplicium.*

26 *Quibus in caſibus morte quis afficietur cõgeruntur.*

## De homicidiorum pœnis iure Cæſareo, regióue ſancitis. Caput. X.

AD ſecundam homici-
diorũ partem calamo
noſtro conuerſo, de vo
lũtario homicidio, ver
ba vtique faciẽda ſunt
Volũtarium ſiquidem
homicidium eſt, quod
dolo malo animo occidẽdi committitur.
l.prima.in principio.& in.l.diuus.ff.de ſi-
ca l.in lege Cornelia.ff.eod.titu.cap. pri-
mo.§. ſi quis hominem. de pace tenend.
cap. ſicut dignum. de homicid. regia.l.2.
1 &.3.titu.13. lib.4.ordinatio.regali.l.15.tit.
8.part.ſeptima.Gandi.in titu. de homici.
in principio.Bonifac. eod.titul. Angel.in
tracta.maleficio.§.ſcienter ac doloſè Mat
thæ.de Afflict. ſatis diligenter in conſtit.
Neapolita.libro primo.de homicid. pu-
niend.Chaſſanæ.in conſuetudi.Burgun.
rubric.prima. verſicu. videndum Iacob.
Baulem.in.l.capitalium.§. famoſos.ff. de
pœnis. Itidem aſſerit Ioan. Montolo. in
promptorio iuris.in verbo homicida. ex
nouioribus Ludouic. Carre. omnium di-
ligentiſsimè in practica crimi. §. homici-
dium.1.num.2.Anto.Gome.de delict.cap.
3. in princip.

Cęterum, vt pœna iuxta ſceleris men
ſuram imponatur, de huius criminis pu-
nitione tractandum erit. Et primò huius
criminis reus apud ægyptios pœna hæc
erat. Si quis ſponte, aut liberũ, aut ſeruũ
occidiſſet, morte dãnari lege iubebant, q̃
nõ fortunæ conditionẽ, ſed conſilium fa
cti pẽdentes, homines à ſceleribus deter-
rebant, & ſimul vẽdicata ſerui morte, red
debantur, liberi ſecuriores. Sicuti author
eſt Diodo.Sicul.lib.2.rerum antiquarum
c.2.fo.44.col.2.punitur enim homicida le
ge euangelica, atq; diuina humana regia
ue, ſecundum quas morte puniendus eſt
homicida vti conſtat Gene c.9. quicunq;
effuderit humanum ſanguinẽ, fundetur
ſanguis illius. Leuit.c.24.qui percuſſerit,
& occiderit hominem morte moriatur,
num.c.35.Siquis ferro percuſſerit, & mor
tuus fuerit, qui percuſſus eſt, reus erit ho
micidij, & ipſe morietur, Matth.c.26. oẽs
enim qui acceperint gladium gladio pe-
ribunt.c.duo iſta.23.q.4.& conſtat iudicũ
c.8. Syzebee & Salamna fratres Gedeo-
nis ſi non occidiſſent, nequaq̃ poſtea ab
eodem fuiſſent occiſi.&.2.Regũ.1. Dauid
fecit occidi adoleſcẽtẽ, qui verbis annue-
rat, vt Saulẽ occidiſſet, &.2.Reg.3.Ioab oc
cidit Abner in vltionẽ fratris ſui à Sahel,
quem quidem ille occiderat.&.3.Reg.2.c.
plura extant commentaria.&.3.Reg.c.21.
ſic etiam & humana lege homicida, quod
fecit ſpectet.l.vnica.C.de rap.virgi.l. 3.§.
legi.ff.de ſica.& inibi Rayn.Ange. & paſ
ſim Docto.text.eſt in.l.pen. eo.titu. & in
l.quoniam multa facinora.C.ad.l. Iul.de
vi.tex.ad id præſtantiſsimus in.l.3. C. de
epiſcopa. audien. & in. l. ſi quis aliquid.
§.qui abortionis. ff. de pœ.& in.§. itẽ lex
Cornelia.Inſtitu.de publi.iud. vbi Impe
rator ita ſcriptũ reliquit. Homicidas vlto
re ferro proſequitur.l.aut damnũ.in prin
cip.ff.de pœ.& in l.1.ff.ad leg.Pompe. de
parri.& in.l.penul.C.ad.l. Corne. de ſica.
& in.c.omnis autem lex.3. diſt. inibi qui
cędem fecerit, capite puniatur. Quib⁹ in
locis pleraq; extant doctorũ reſponſa ꝑ
hac ſentẽtia nobilitate decorati illuſtres
ve homicidij criminis rei non afficientur
mortis pœna, ſed mitiori pœna deporta
tionis, vti & iura quibus, & antea memini
mus probãt. Tametſi Ange.& Hippo. in
d.l.

2
*Apud Aegyptios homicidiorum pœna.*

*Iure diuino & humano homicidij pœna.*



d.l.3.§.legis Corneliæ.ff.ad.leg.Cor.de ſi-
car.exiſtiment hodie nõ ſeruari: in his ta
men regnis extat.l.penult.titul.8.part.7.
quę expreſsim diffinit illuſtres deportã
dos eſſe homicidij reos, & nos de ratio-
ne pœnæ nobilium agentes tradidimus
numer. ſexto. cum alijs. Nec ſilentiò
præterire licet verba textus. in præcita-
to.§.item lex Cornelia quæ homicidas vl
tore ferro proſequitur. Quæquidem ver-
ba vltore ferro vitam adimendo adnotã-
da ſunt. Quib⁹ admodũ ſuffragatur text.
in.l.ſi adulterium cum incæſtu.§. impera
tores inibi vltimum ſupplicium remitti
poteſt.ff.de adult.in hac ſiquidem ſpecie
vt vulgo circum ferri ſolet, vltimum ſup
plicium mortem interpretari.l. qui vlti-
mo ſupplicio. l. vltimum ſupplicium. ff.
de pœnis. text. eſt ad id præſtantiſsimus
in.l.pe.§. qui alias perſonas.ff.de parrici.
& in.c.1.§.ſi quis hominem de pace tenen
da.gloſ. Accurſiana, quæ expreſsim hoc
ipſum vult in præcitato.§. item lex Cor-
nelia.& Caſ. in conſuet. Burgun. Rubr.1.
verſi.videndum.col.1.& omnium diligen
tiſsimè Matth.Affli. in conſtit. Neapoli.
lib.1.tit.de homicid.puni. iure autẽ ciuili
punitur, homicidiũ mortis pœna vti con
ſtat ex.l.3.§.legis.ff.ad.l.cornel.de ſicar.&
ex.l.3.C.de epiſcop.aud.l.vnica.de raptu
virg.C. & vtrobiq;.dd. quib⁹ cõuenit re
gia ad.l.1.&.2.tit.17.lib.4.for.extatq; ho-
die regia.l.1.&. 3.tit.13.li.8.in ordin.regiis
&.l.15.titul.8.part.7. Idq; cõſtat ex autho
ritate opti. maximique Dei dicentis Pe-
tro: mitte gladium tuum.&c.quia qui gla
dio occidit, gladio peribit. Siquidem ſan
guis interfectorum continuò clamat ad
Deum. Iuxta illud, clamitat ad cœlũ vox
ſanguinis.& id per quam manifeſtum eſt
ex Apocalypſi.ecce poſt hęc vidi animas
interfectorum clamantes ad Deum, & di
centes, Vſq; quo domine non das iudi-
cium, & vindicas ſanguinem noſtrum de
interfectoribus noſtris qui ſunt in terris?
Quibus pleraque id genus alia congerit
Hippo. in. l. lege Cornelia. num.1.ff.ad.l.
cornel.de ſiccar. Ioan. Montolo.in prom
ptorio iuris dictione homicida & Par.de
puteo.in tractat. ſindicatus Charta.105.1.
col. Iacob. Baulem loco præcitato.fo.10.
col.1.&.2.Ludo.Carre.in practi.ſua crimi
na.in.§.homicidium.7.num.4. & nouiſsi
me ſerioſe id explicat non modicæ æſti-
mationis, apud omnes in vtraq; cenſura
Antonius.Gomezi.c.3. delictorũ.n.1.&.2.

*Vltore ferro.*

*Vltimũ ſupplicium.*

Quibus admodum ſuffragatur ratio,
quę doctorum capita torquet, quod quiſ
q; alteri facere voluerit patiatur, & ipſe.
l.2. & per totũ. ff.quodquiſq; iuris.ca.cũ
omnes de cõſti.quibus ſtipulatur. Cicer.
lib.2.Tuſcula.qui alteri exitium parat, eũ
ſcire oportet, ſibi paratam peſtem, vt par
ticipet parem.& lib.1.offi. conſtat. quod
cuiq; obtigerit, id quiſq; teneat.eo ſiquis
plus appetet, violauit ius humanæ ſocie-
tatis &.2.offi.&.3.de finibus, alienum eſſe
à iuſtitia, ad quã nati eſſe videmur, detra
here quid de aliquo quod ſibi aſſumat &
in.4 actione in Verrem. non eſt permiſ-
ſum, vt impune nobis liceat, quod ali-
cui eripuerimus, id alteri tradere & lib 3.
offi.in hæc ait verba. Suũ cuiq; incõmo-
dũ ferendũ eſt, potius, quã de alterius cõ
modis detrahendũ. Itidẽ ait, reifamiliaris
amplificatio nemini nocens, non eſt vitũ
peranda, ſed fugiẽda ſemper iniuria. Sed
detrahere aliquid alteri, & hominẽ homi
nis incomodo, ſuũ augere comodum, ma
gis eſt contra naturã, q̃ mors, quã pauper
tas, quã dolor, quàm cætera, quæ poſſunt
aut corpori accidere, aut rebus externis.
Illud enim natura nõ patitur, vt aliorum
ſpolijs noſtras facultates, copias, opes, au
geamus. Neq; verò hoc ſolũ natura, ideſt
iure gentiũ, ſed etiã legibus populorũ,
quibus in ſingulis ciuitatibus reipublicę
cõtinentur, eodẽ modo conſtitutũ eſt, vt
non liceat ſui cõmodi cauſa, nocere alte-
ri. hoc enim ſpectãt leges, hoc volunt, in
columẽ eſſe ciuium coniunctionem: legis
enim imperio, vt decreta patrum ſentiũt
hominum coërcetur audacia, tuta reddi-
tur inter improbos innocẽtia, infecta ini
micorum iacula proferuntur, potentiſq;
frænis, maniciſq; vt cum Caſsiadoro &
propheta loquar, ferreis conſtringuntur
& Heſiodus in Theogonis. in hæc verba
ait. de homicidijs agens.

*Delectari putas Deum homicidijs.*

Et democritus ait.

*Bonum eſt, non iniuriã facere, ſed ne vel, le quidẽ
Soli Deo chari ſunt, qui iniurias oderant.*

Et Cato in ea eſt ſentẽtia patere legem
quam ipſe tuleris. Idq; ex.l.diuina conſti
tutiſsimum eſt, quod tibi nõ vis fieri, alij
ne fe-

*Ratio. 1.*

*Cicero.*

*Cicero in Verrem.*

*Contrà naturam eſt cum alterius incõmodo ditior fieri.*

*Heſiodus.*

*Democritus.*

ne feceris.c.1.diſt.1.& eccleſiaſtes.12.& in
c.charitas de pœni.diſt.2.explicãt. dd.in
l.1.ff.de ſol.& in l.ſeruus ff.de ſer. expor-
tandis,& conteſtari poſſet iſthæc ſenten
tia ex Hieronimo.ad cælandam.in.3.epi-
ſtolarum.parte,tracta.6.epiſtol.22.aſſeue
rans,ꝙ infinitæ ſunt partes iuſtitiæ:quas
omnes vna breuis ſententia comprehen
dit: videlicet omnia quæcunq; vultis vt
faciãt vobis homines,hęc facite illis.tex.
ad id elegans.in.c. ponderet. 50. diſtinct.
& in.c.licet 45.diſtin.c.dilecti dema.& o-
*Iob.3.* bedi.& Iob.c.3.nulli nocui hominũ:iuſte
vixi cum omnibus,& propheta pſalmo.
110. per ambulabam inocẽtia cordis mei.
*Propheta.* in medio domus meæ.&exodi.21.homici
da quod fecit ſpectet.

*Ratio.2.* Secundo potiſsimum iſthæc ſententia
ſuffragatur ratio: homicida violat cogna
tionem humanam. cũ natura ipſa quãdã
cognationẽ inter homines conſtituit.l.vt
videtur.ff.de iuſti.&iure.glo.cõmuni con
ſenſu recepta: in.l.non tantũ.ff de appel.
& Cicero libr.4. de finibus.omnis natura
*Communis.* eſt diligens ſui. & iterũ in.3. de natura de
*Cicero.* orum,appetuntur ea quæ ſecundũ natu-
ram ſunt,declinãturq; cõtraria : & omne
animal appetit quædã,& quædã aſpernit
&.3.lib.offi.profitetur,homo naturę obe
diens homini nocere non poteſt.quo fit
homini intereſſe hominẽ beneficio affi-
ci.l.ſeruus.ff.de ſer.exportãdis. Vnde iu-
*Iubenalis.* uenalis.ſatyra pen.in hæc ait verba.

*Sed iam ſerpentum maior concordia:pareſt co-*
*gnatis maculis ſimilis fera.*
*Quando leoni fortior eripuit, vitam leo:*
*Quo nemore vnquam ſpirauit,apræ maioris dẽti*
*bus apæ.*

Et Ouidius faſtorum.lib.cecinit.

*Obedius.* *Aſt nimiu faciles qui triſtia crimina cædis*
*Flumina tolli poſſe putatis aqua.*

Itidem.libr.1. artis Amandi.

*Vacuas cædis habeto manus.*

*Sylbius.* Hinc ſyluius libr.4.

*Cæduntque feros aduertite ritus.*

*Thomas.* Qua in,ſpecie diuus Tho.2.2.q.122.arti.6.
exiſtimat homicidiũ de ſe nõ eſſe appeti
bile: ſed magis horribile: ſiquidẽ in ſe nõ
habet rationem alicuius boni itidẽ.2.2.q.
70.artic.3. in ea eſt ſententia. inter cætera
peccata quæ cõmittũtur,in proximũ ho
micidium grauiſsimum eſt.

*Tertia ratio.* Tertiò hanc ſententiã coadiuuatur iu
ris adagio quo vulgo circunferri ſolet,
quia interimit hominẽ qui eſt factus ad
Dei ſimilitudinẽ vti ſcriptũ eſt geneſeos.
c.9.l.in mentallũ.ff.de pœnis.&moſonius
de optimo ſenectutis viatico ait homo.in
vniuerſum ſolus omniũ in terra degen-
tiũ Dei imago eſt:& ſimiles ei virtutes ha *Homo ad dei*
bet.quo fit hominẽ digniſsimã eſſe crea- *ſimilitudinẽ*
turã,vt eſt glo.quę expreſsim hoc ipſum *factus eſt.*
vult in.§.fin.inſti.de iure.natur.gent.&ci
ui.cui ſimilis in.§.pecudũ.inſt.de rerũ di-
uiſio.& in.l.cognitionũ.ff.đ var.& extra.
cognitio.& inibi.gl.explicat homini an-
gelica natura ſeruit.l.iuſtiſsime.ff.de ædi.
ædicto.& Cicero lib.1.de natu.deorũ.om
niũ animantiũ formã vincit hoĩs figura
& lib.1.de legibus. eſt homini cũ deo ra-
tionis ſocietas. Itidẽ eodẽ. li.nullũ eſt ani
mal præter hominẽ quod habet notitiã
Dei & libro.2.de finibus.inquit.homo cæ
teris animantibus longe præſtat,& lib.1.
officiorũ & de oratore.libr.1. idẽ explicat
nulla re longius abſumus à natura ferarũ
quã ęquitate, in quibus in eſſe fortitudi-
nẽ ſæpe dicimus,vt in equis leonibus.Iu
ſtitiã:æquitatẽ nõ dicimus, ſunt enim ra-
tionis & orationis expertes.& libr.1.de o
ratore,hoc vno pręſtamus vel maximè fe
ris ꝙ colloquimur inter nos,& quod ex-
primere dicẽdo ſenſa poſsimus,& plera-
q;.id genus alia cõgerit.libr.2.dę finibus,
& li.1.officiorũ,homines cũ multis rebus
humiliores & infirmiores ſunt , videtur,
hac re maximè,beſtijs præſtare qđ loqui
poſſunt , & hinc canet Ouidius.lib.1.me
tamorphoſeos.

*Pron .que cum ſpectent animalia cætera terrã.*
*Hos homini ſublime dedit cælumque videre.*

Et Cicero.lib.1.officiorũ profitetur,homi
nes ratione,&oratione à reliquis animan
tib⁹ differri.tametſi fœminæ quo ad quæ
dã miſtica,minime cẽſentur,imaginẽ Dei
repræſentare.c.hæc imago.33.q.vlt.expli
cant paſsim.dd.in.c. noua. de pœnitent.
& remiſsionibus.

Quartò ſuffragatur huic ſententiæ ius
naturale diuinũ & humanum . Naturale
quidem:quia ſecundum eum pœna iuxta
delicti menſuram infligenda eſt:deutero
nomio.ca.25. pro menſura peccati erit &
plagarum modus,cum de ratione iuſtitię
ſit æqualitas:quæ omnino in eius exerci
tio ſeruãda eſt , is enim qui proximum &





rem publicam iniuria læſerit : non æquè
iure naturali punitur,niſi ſit ſufficiens ea
punitio ad ſatisfactionem,&reparationẽ
illati damni. Nec aliter iuſta punitio fit,
niſi delinquenti æqualis criminis pœ-
na iniungatur,hæc verò commodè decer
ni nequit,niſi ipſe homicida patiatur idẽ
quod alteri per iniuriã intulit, ſicuti hac
in ſpecie diuus Tho.docet.2.2.q.68.artic.
4.idq; probant,carmina quædam de Ra-
damanthi iuſtitia.

*Si contra paßus fuerit,quod fecerit idem,*
*Iudicium planè rectam,vindictaque fiat.*

Nec prius in alio tribunali iudicaberis,
quàm ipſe coram iuſtitia iudicaturus fue
ris,Et ex Democriti ſententia definit.

*Bonum eſt,non iniuriam non facere,ſed nec velle*
*quidem.*
*Iuſtus eſto,vt iuſta etiam conſequaris.*
*Iuſtus eſſe malis,quam veninus.*
*Iuſta faciens Deum auxiliatorem conſequeris.*
*Boni viri officium eſt iuſtitiæ inſeruire,*
*Et maloc vbique ſemper afficere malis.*

*Lex Moſayca* Sic & lege Moſayca cautum erat, oculũ
pro oculo , dentem pro dente in penam
eruendum,Exodi.21. item & lex duode-
cim tabul.tit.de iniur.inquit , ſi membrũ
ruperit meum è pacto talio eſto,quem de
fendit aduerſus Fauorinum ſextus Cæci
lius apud Gelium.lib. noct. attica.20. c.1.
nec vt iniqua damnatur à Chriſto Ieſu
Matth.c.5.nan licet eam exiſtimet acer-
bam eſſe,dedit tamen conſilium remittẽ
di iniurias,non præceptũ,ac proinde pœ
na iuxta ſceleris menſuram imponatur.
l.quædam delicta.ff.de pœ.c.non aufera-
mus.24.quęſt.1.citata à Tiraquello de no
bilitate.c.20.num.113.

*Quinta ratio* Quintò, fortiſsimũ argumẽtũ præſtat
ratio illa:homicida ſiquidem quatuor of-
fendit,primo Deũ : duplici in loco. dum
Dei creaturę vitam adimit.Sicuti Hermo
genes philoſophus,vti Ariſtot.lib.de re-
4 gim.prin.c. de regis iuſtitia . exiſtimat in
hæc verba.Omnes nempe cœlorum vir-
tutes ſumma ope nituntur diuinam cla-
mare mageſtatem dicentes domine , do-
mine,ſeruus tuus vult tibi eſſe ſimilis, &
id potiſsimum quando vnus alterum in-
teremit.Quibus Deus reſpõdit ( inquit)
ipſe interficit & interficietur, mihi vindi
ctam & ego retribuam.Et vtiq; laudanda
eſt lex illa Athenienſium quæ in ſeruitu
tem reuocat ingratos , dicente domino,
eſto ſeruus quoniam liber eſſe neſciuiſti,
& Plini⁹ lib.8. c.15.id explicat .Poſtremo
quia Dei præceptum contemnit:ſcriptũ
eſt enim non occidas vt conſtat exodi.20
& deuteronomio.5.Franc.à Victoria in re
lectione de homicid.num.10.pag.124.

Sextò huius criminis reus rempubli- *Sexta ratio.*
cam ac principem offendit, quorum ho-
minem trucidauit. Reipublice iniuriã fa-
cit,cuius vnuſquiſq;,membrum eſt. Au-
fert enim ab ea quod ſuum eſt.Quò fit in
iuriam irrogare reipublicæ qui membrũ
interemit, & nouiſsimè mirum in modũ
explicat Domi.à Soto inſignis, ac erudi-
tione egregia inter primarios ſacrę theo-
logiæ magiſtros maxime cenſendus is in
quã lib.5.de iuſt.& iur.q.1.art.5.ſi quidem
intereſt reipublicę refertas eſſe liberis ho
minib⁹ ciuitates.l.2. C. de in dicta vidui.
tol.l.2.C.cõmu.de manumiſsi.l.2.ff.ſolut.
poſſeſſor.Quòd ſi certior factus eſt,adhuc
inquit dubius eſt caſus, cum & iura, quæ
dicunt,fructus deberi ipſo iure loquũtur
quando quis priuatur, ex facto proprio.
Poſtremò ipſe ſubiungit quod ex quo re-
ſolutus eſt titulus donatiõis ipſo iure, ad
fructuum reſtitutionem teneri, ſicuti ſup
plementum legitimę non fit niſi petenti
ex gloſ.Barto.& docto.in.l.ſcimus.in prin
cipio.C. de inofficioſo teſtamento.nihilo
minus,fructus,à tempore mortis patris re
ſtitui debent.glo.ordinaria.1. in.l. in fidei
commiſſaria.ff.ad trebel.Cardina.Floren
ti.conſi.8.præſuppoſito ſtatuto.Bald.in.l.
non eſt,C.familiæ herciſcundę,exiſtimãs
id etiã pcedere,ſi & fructus ſint bona fide
conſumpti,idem Bald.conſil.22. quædam
domina Nicolina.colum.vltim.volum.ſe
cundo.Angel.conſi.101. vbi id etiam aſſe
uerat procedere, cum legitima conſtitit
in rebus corporalibus, & ſic in certa ſpe-
cie:quod ſi in quantitate conſiſtat, à tem
pore more debentur. Corne.conſi.165. cir
*De eadẽ re.* ca primum,columna prima verſic.tamen
quandocunque.volum.primo.Barto.con
ſi,incipienti viſis ſtatutis Corne.in conſi.
incipienti in hac videtur.libro tertio. Bel
trand.conſi.301.volum.ſecundo, & conſi.
201.num.quarto,libro tertio.& conſil.47.
num.ſecundo.volum.tertio.& rurſus con
ſil. 322. viſo teſtamento. ad finem. volum.
tertio,ex nouioribus.Fabia.Giocchi.in re
peti.authentic.nouiſsima.in.7.quæſt.prin
cipali.colum.ſecunda.& iterum in quæſt.
7.& in quæſt.7.C. de inofficioſo teſtamẽ.
Alexand.idem profeſſus.conſil. 69. ſuper
primo dubio,colum.ſecunda.volum.pri-
mo.ex.l.Papinianus.§.vnde, ſi quis. de in
officioſo teſtamento.Benedict.Capra.cõ-
ſil.88.colum.tertia.verſicu. circa ſecundũ.
Alexan.conſi.ſeptimo.viſis, & diligenter
colum.tertia.verſi. ex prædictis infertur,
volum.ſecundo.& rurſus conſil.127. colũ.
prima,volum.ſexto Franc.Ripen. in dict.
l.vltim.nuncupatim tractat hanc quęſtio *De eadẽ re.*
nem,& deniq; exiſtimat, donatarium nõ
teneri ad fructuum reſtitutionem, niſi à
tempore quo certior factus eſt, filios eſſe
natos,donatori,& cùm anteà fuerit,in bo
na fide fecitque fructus ſuos,ex.l. certum
C.de rei vẽdicatione. Nec exiſtimo in ma
lam eſſe fidem continuò, quod ſciuit na-
tos liberos eſſe,ſed tunc demum, cũ dona
tor, declarauerit velle donationem reuo-
care. Nec obſtant, contraria ex dicta
glo.in.§.primo.de incertis nupt.quæ pro- *Cõmunis opinio.*
cedit cùm reſoluitur contractus ex facto
eius,qui fructus percepit,atque ideo ma-
lę fidei poſſeſſor cõfeſtim fit, & quod de
fructibus legitimæ quidam adnotant, ꝙ
poteſt intelligi poſtquam petita fuerint,
nec text.in.l.Papinianus.§. vnde.ff. de in
officioſo teſtamento,contrarium probat,
niſi adeo quis obeſæ mẽtis fuerit: quod
id non intelligat, qui ſanè fidem faciet ſe
carere ingenio.

Quicquid ſit exiſtimo, & omnis in hoc
ſum, omnes beneficij fructus homicida
facere ſuos,donec per ſententiam priue-
tur,nec adhuc tenetur, eos reſtituere. Ita
Felinus in dicto capitulo de quarta. num.
33. Boërius ſignanter deciſio. 96. part. 1.
num.4. Et rurſus deciſio. 206. part. prima. *De eadem re*
etiam pendente appellatione, homicidã
poſſe,beneficium renuntiare, ex Rebuf-
fo,& Boërio deciſio.206.numero. 13. quo-
rum & anteà meminimus. Et Feli. in cap.
per tuas.colum.ſecunda præcitata, & hij
omnes exiſtimant lite pendente poſſe be-

neficio renunciare ex quo veniebat pri-
uandus,& id quidem vſque ad cauſæ con
cluſionem. Et hanc ſententiã probat tex.
in cap.per tuas.de Symo.ad fin.& in.c.du
dum,in ſecundo,de elect.c.ex literis.c.fin.
de exceſ.prælato.Tho,Ferra.in ſuo ſingu.
44.probus ad monachum in.c.ad apoſto-
licæ.nu.10.incipient. clemens. de re iudi.
*De eadem re* lib.6.tametſi renuntiationem factam per
eum,qui vero ſimiliter,ſe priuandum ſcie
bat,nõ valet,ſicuti exiſtimat Ioan.Anna.
in cap.3.verſi.vt prædicta faciũt, ad quæ-
ſtionem,de colluſ.detegen.eo maxime, ſi
renuntians erat in poſſeſsione. c.2. de re-
nuntia.lib.6.Archid.in. c.nihil.7. quæſt.1.
9 Boër.deciſ.2.nu.5.in.2.part.ea tamen cau-
tela.vt iſthæc omnia eſſent adhibẽda erit,
ſcilicet,renuntiationẽ facere,beneficij,&
non ſententiam expectare ſuper crimi-
ne,vt infamiam euitet, quam ſi cõdemna
retur,ex illo incurreret.c.cum.t. de re iu-
dic. & hanc cautelam ſcribit Felin.in ca-
pit.inquiſitionis.colum.1. ad finem.verſi.
& ideo Cautela eſt. de accuſatio.Butrice.
in dicto.c.dudum colum.penult.verſi.no
ta.conſilium Ioan.de Selua. in tractat. de
benefic. quæſt. ſecunda. fol.180.pagina.2.
glo.Pragmaticæ ſanctionis Gallicanæ.ti-
tu.de collatio. §. item inſuper. in ver. di-
ſponere.colum.tertia. verſi. poterunt er-
go.fol.114. Nicolaus Boërius deciſi.20. nu
mero tertio. parte.1. adhuc tamen iſthæc
Cautela,dubia cenſetur. Si quidem ob ta
lem renunciationem ſimpliciter factam
iudex non ceſſabit procedere cõtra eum.
Si & beneficium illius , qui priuandus eſt
fuerit impetratum, propter intereſſe ip-
ſius impetrantis cap.ſi hij contra quos.vt
lite penden.lib.6.cum, & incertis caſibus
poſt mortẽ litigatoris procedatur, vt per
totũ,C.ſi reus,vel accuſa. mortuus fuerit.
& per totum ſi pendẽ.accuſa. mors inter-
ue.C.cap.ſi electio,de electio. lib. 6. Ioan.
Andr.& Hoſtien.in dict.c.per tuas.Quod
ipſe intelligendum fore opinor , niſi & is
contra quem beneficium fuerit impetra-
tum,prius reſignaſſet bona fide ignorans
impetrationem prędictam.ſicuti& Anto.
*Declaratio* Butri.conſi.46.incip.in Chriſti,diffiniuit.
*Cautelæ.* longè quidem aliter ſi impetrationem,&
ipſe ſciuiſſet,ꝑpter decreti irritantis clau
ſulam,vel ſi erat ipſo iure priuatus ex eo
quod ſacris non erat inſignitus ordinib⁹

ex cap.licet canon.& cap.commiſſa.de e-
lectio.lib.6. ſi quidem & in ea ſpecie reſi-
gnare non poſſet, deciſio Rotæ.5. titu. de
re iudi.in antiquioribus incipi. accuſatus
coram ordinarium.Feli.in capi.in noſtra.
37.corolario.de reſcript.iterum in cap. cæ
terum.colum.penult.verſi.8.reſtrictio:ini
bi,ſed caue quia non ſufficit,eo titu.deci-
ſio Capellę Toloſanæ.436.Probus ad mo
nachum in cap.præſenti num.16.verſicu.
vnum tamen teneas.& num.23.verſi. Ale
xander.de offic.lega.libro.6.ipſe tamẽ exi
ſtimo lite pendente ſuper crimen renun-
tiare beneficium poſſe ex quo veniebat
priuandus,& id quidem vſque ad conclu
ſionem cauſæ longè quidem aliter poſt
concluſionem in cauſa.ex.l. qui pœnæ.ff.
de manumiſ.inibi,quia iam lege Corne-
lia damnatus eſſet,vel cum futurum pro
ſpiceret,vt damnaretur. ex quo tex.idem
conſuluit Bald.conſi. incipienti. quæſtio
propoſita quẽ & Felin.citat. Innocent.in
cap.veniens.de renuntia. domini. conſi-
lio.105.quorum ratio ea eſt, ſi quidem pa-
ria exiſtimantur,finitum eſſe,vel conclu-
ſum in cauſa. Bald in.l. error. in ſecunda
quæſt.C.de iuris & fa.igno. Siquidem cõ-
cluſio eſt terminus,diſceptationis,ex Io-
an.monach.Philip.Prob.num. 10.& Ioã.
Andr.in.c.fina.de in inte.reſtit. Barto. in *De eadem re*
l.mater.§.eandem.ad finem.ff.de except.
rei.iudic.Roma.conſi.246. colum.2.Iaſ. in
dicta.l.error.nota.ſecundo ſuffulti ratio-
ne .text.in.l.ſi rem.§.fi.ff.de euictio.inibi,
dum tamen ne prope ipſam cõdemnatio
nem id fiat, & inibi gloſ.quæ exponit, id
eſt,dum non ſit renuntiatum allegationi
bus.glo.in cap.ſignificauerũt.verſi.licue-
re.de teſti.& text.in cap.cum dilectus. de
fide inſtrumẽ.& paſsim Docto. vtrobiq;
Quo fit , quod ſi quis , priuandus eſt be-
neficio,poſt concluſum in cauſa, renun-
tiauerit, in fraudẽ feciſſe videtur,ex Bar-
ba.conſi,11.colum.13.verſi.ad claram,& in
dubitatam deciſionem. volum. primo.id
deducens,ex cap.ſecundo.de renuntia.li-
bro ſexto.vbi renuntiatio in fraudem ex-
pectantis,primam vacaturam factam, de
pinguiori beneficio,non valet,& eſt tex.
celebris in cap.paſtoralis.verſi.ſi vero re-
nuntiatum fuerit,vel concluſum , vt iam *De eadem re*
poſsit cauſa proprietatis, diffinitiuę ſen-
tentię calculo terminari,ne litibus incul-
centur



centur,& via poſsit fraudibus aperiri cau
ſa non deciſa poſſeſſorio , non erit vten-
dum de cauſa poſſeſsionis,& proprietatis
*Cõtraria au-* ipſe tamen non poſſum , in hoc dubio,
*toris ſentẽtia* huic ſententiæ accedere,ex tex. ex diame
tro cõtrario,in cap.dudum,in ſecundo de
electio.inibi tandem,cum non reſtaret,ni
ſi proferenda ſententia idem tam iuri ( ſi
quod ei competere videbatur ) quàm liti
cæſsit ſpontanea voluntate.Cuius cæſsio
nem,ducimus, admittendam , ſumo inibi
argumentum.cùm non reſtaret, niſi pro-
ferenda ſentẽtia,& ſic concluſum erat in
cauſa,& ſummus eccleſiæ præſul reſigna-
tionem admiſit poſt eius concluſionem.
Et ante ſentẽtiam ſuper priuationem pro
ferendam,& inibi Anto.Butri. in dicto.c.
dudum,verſic.nota conſilium adnotauit.
Atque ideo,impetrationem,à ſummo põ
tifice in euentum priuationis factam, hãc
*De eadẽ re.* renuntiationem,non impedire, ſicuti Do
10 minicus conſi. 105. adnotauit, contrariam
tamen ſentẽtiam in hoc conati ſunt plu-
res vtriuſque claſsis viri ex glo.in regula
cancellaria.27.col.4. Chaſſa.conſil.44.nu.
22.nota antiqua.5. Probus numero ſexto.
eo in loco cuius anteà meminimus.Anto
nius Butricenſ.conſi.43. Aufredius in ad-
ditio.ad Capellam Toloſ.deciſ.436.Ioan.
Staphi.de literis gratiæ & iuſti.fol.64. Lu-
do.Gomez.in regu. de annali poſſeſſore.
quęſt.42.num.tertio.quibus multum ſuf-
fragatur,deciſio Aegidij à Bellamera, de-
ciſio.759. Quorũ opinioni me ſubſcribo,
eò quia magis recepta eſt,ſicuti ex Docto
rum Catalogo apparet,nec iure admittẽ-
dum eſſe arbitror , quod ipſe Dominicus
*Sentẽtia Do* probare vult : nempe poſt hanc renuntia
*minici.* tionem, aut aliam vacationem beneficij
aliter quam per priuationem contingen-
tem poſſe iudicem procedere ad priuatio
nem : etenim hic proceſſus inutilis ſanè
erit,cùm ipſe aduerſus quem priuationis
ſententia ferenda eſt , non poſsideat be-
neficium Rote in nouis.491. Et Ludouic.
Gomez.in dicta regula. de annali. quæſt.
42.num.5. Sic nec ipſius Dominici ratio
altera vrget,ſcilicet,quòd non poſsit fieri
renuntiatio,nec diſpenſatio in præiudi-
cium eius,cui ius quęſitum eſt.Quod ſanè
intelligo, vbi agitur de præiudicio iuris
purè quæſiti . Non autem vbi ius quæſi-
tum eſt conditionale,& incertum.Roma.

conſilio.256. Ludou.Gomez.in.dict. quæ-
ſtio.42. & in regul. de non tollendo iure
quæſito quæſtio.3. quo in loco multa ad
hoc allegant.

Cæterum, quòd Antonius à Butrio in
dict. conſil.43. addit hanc renũtiationem
nullã eſſe poſt ſententiã prioris impetra-
tionis,quaſi ea in fraudem fiat cap. ſecun
do,de renuntiatio.in ſexto,fidem ſanè fa-
cit ſe carere ingenio. In quo mihi alia lon
gè eſſet ratio. Siquidem qui renunciat iu-
re ſuo vtitur,atque ideo nullam commit-
tit fraudem, quippe qui ſibijpſi conſultu
rus,vel amico,vel cõſanguineo eidem be-
neficio renunciet,non vt nocet impetran
ti.Etenim manifeſtè colligitur in dicto ca
pit. ſecundo . fraus renunciantis qui non
ſibi conſuleret.ſed vt noceret impetranti
coniecturis ad id aſsiſtentibus renunciat
beneficio habetque illa deciſio ratio-
nem à.l.filiæ meæ,vbi Bald.ff.ſolut.matri
mo.notat Boërius in tract. de legato.fol.
paruo.26.quibus eſt addendus Barba.con
ſil.60.libro quarto,colum.prima.

Cæterum hæc Butrij opinio minimè ſi
bi ſatis conſtat.Siquidem opinatur renũ-
ciationem iſtam factam ab ignorante va-
lidam eſſe,etiam ſi prior impetratio habe
ret decretum irritans.Et tamen hoc decre *De eadẽ re.*
tum adhuc ignorãtes afficit.c.dudum. de
præben in.6.c.1.§.ad dicebatur.de conceſ.
præbend.eod.lib.& inibi cõmuni conſen
ſu omnium receptum eſt,tradituŕq; a no-
ſtris in.c.ſi eo tempore.de electi. in ſexto,
in glo ignoranter.& in.c. ſi poſtquam. de
præbend:eod.lib.Cardin.in clem. prima,
& alij in pleriſq; alijs locis.Quo fit Domi
nici reſponſum minimè eſſe ſimpliciter
admittendum,ſed tunc demum quando
expreſsim ſit appoſitum in prioris impe-
trationis literis,quòd renũciatio lite pen
dente facta ab ipſo priuando cedat in vti
litatem impetrãtis,de quo ſanè memine-
re Prob⁹ in.d.c.alma mater. & nouiſsimè
Io.Staphil.in tract.de literis gratiæ,& iu- *Clauſula quæ*
ſti.fo.64.ſolet ſanè cõcedi atq; literis clau *in reſcriptis*
ſula iſta aſcribi poſt primã priuatiõis ſen *apponi cõſue*
tentiã,non antea vt ipſe Staphi. teſtatur, *uit.*
& ni fallor minimè tollitur epiſcopo diſpẽ
ſandi poteſtas ipſaq; diſpẽſatio impediet
priuationis ſententiã, quicquid cõtrariũ
ſenſerit Domin.& Staphil.d.fol 68. quod
ſi quis beneficiũ ſimplex habens homiic-
dium

dium commiſerit ex epiſcopi diſpēſatio-
ne poſſet illud retinere, tametſi etiam non
dum mota lite, alter hoc beneficiū impe-
traret in euentum priuationis non poſ-
ſet epiſcopus diſpenſare, vt homicida il-
lud retineret, quia ex impetratione præ-
miſſa, ius quoddam alteri iam ſit quęſitū,
nec ipſe Papa abſq; huius iuris derogatio
ne, viſus foret alteri præiudicium facere.
Quod Domi. voluit conſi. 105. col. vlti. ali-
quot rationibus probans, & ſequitur Io.
Staphil. de literis gratiæ. fo. 68. col. 2.
11 Quibꝰ adde, quoad beneficiū ſimplex
obtinēdum, epiſcopū poſſe cum homici-
da diſpenſare, etiā volūtario ex. c. 2. de cle-
ric. pugnan. in duelo. vbi frequentiſsimè
eius interpretes hoc adnotarunt. Soci. itē
& Felin. in. d. c. ad audientiam. de homici.
Staphil. vbi ſupra qui ſecus eſſe cenſent,
quoad beneficiū curā animarū habens ar-
gumento text. in. c. 1. de filijs presby. in. 6.
Spec. in tit. de homi. §. iuxta. & in. §. nunc
breuiter. verſi. quinto cū homicida. Abb.
Anto. Feli. Deci. id tradidere in. c. at ſi cle-
rici & in. c. cum non ab homine. de iudic.
Carre. in pract. crim. §. homicidiū. 7. nu. 69.
Petr. de Hiaxio. in tract. directorij electio.
3. par. c. 30. quibus in locis, inſignē differē-
tiæ rationem faciunt, inter beneficiū ſim-
plex & curā animarū habens, vt potè in
curato, ſolus Papa in ſimplice epiſcopus
diſpenſare poſsint, Felin. in. d. c. ad audiē-
tiam. de homi. Tametſi Io. Anna. in. d. c. 2.
etiam quoad beneficium curam animarū
habens, exiſtimet poſſe epiſcopū diſpen-
ſare, quod in praxi maximam confert vti
litatem. Libēter adijcerem, nempe poſſe
diſpēſare in hac irregularitate contracta
ex homicidio, quod per iudicem, aut iuſti
tiæ miniſtros fuerit commiſſum, cum qui
poteſtatē habuerit diſpenſandi ſuper irre
gularitate, id poterit tanquā hoc homici
dium, caſuale cenſeatur, quippe nullam
culpam, imò meritū habeat, quod & Ca-
ieta. explicat, in ſumma. verſi. irregulari-
tas in fine. tametſi hoc homicidium volū-
tarium vere ſit licitum.

*In praxi maximam confert vtilitatē*

His etiā cōuenit, adnotare, quod & du
12 bitari, cōſueuit, an interiori animi iudicio
peracta pœnitētia homicida retineat be-
neficiū, & faciat fructus ſuos, explicat Fe-
lin. & Imol. in. d. c. cum noſtris. Anchar. in
c. fœlicis. de pœ. in. 6. Bald. Pau. Ange. in. l.
prædonis. ff. de peti. hæredi. Paul. Alex. &
Iaſ. in. l. 1. C. de his quib. vt indig. Feli. in. c.
de quarta. de præſcrip. Ex his perpēdi po-
terit vera interpretatio, illius quæſtionis,
an & hic clericus priuatus per ſententiā,
amiſerit ipſo iure Stallū in choro, & locū
in capitulo, an exigatur, diſtalatio, & re-
motio, ab illis per ſuperiorē ſ ficēda, in qua
ſpecie Bald. in. l. 2. col. 11. verſi. ſed hic quæ-
ritur. C. de ſerui. & aqua. refert Inno. in c.
in literas. de reſti. ſpo. aſſeuerantē diſtalla
tionē eſſe neceſſariā: ipſe tamē veriſsimū
eſſe exiſtimat prorſus contrariū, & cleri-
cū hunc eſſe priuatum ſtallo, in choro, &
alijs ſimilibus. Felin. idem profeſſus in. c.
inquiſitiōis. col. 2. circa mediū. verſi. adde 13
Bal. de accuſa. Quibus admodū conuincit
deciſi. Rotæ. 1. titu. de accuſa. & priuatus,
eccleſia per ſententiā ſimpliciter cenſetur
per cōſequens priuatus loco in choro, &
omnibus alijs, cùm & pars in ipſa eccle-
ſia cenſeatur, & iſthæc ſententia adeò ve-
ra eſt, quod nō requiratur ſententia, ſuper
deſertione ferenda anteq̃ ſentētia diffini-
tiua tranſeat in rem iudicatā. vt voluit gl.
in. l. eos. in princ. in verb. iniuſtā. C. de ap-
pel. quia perinde habetur, ac ſi appellatū
non fuiſſet. l. quoniā. & l. ſi contra maior.
C. de appel. & in. l. fi. §. illud. C. de tempo.
appel. & in auth. ei qui eo. tit. Deci. Abb.
Feli. in. c. cū ſit Romana. in gloſ. ante litis.
de appel. c. ex ratione. eo. tit. Et iſthæc ſen
tentia exequi poterit etiā appellāte non
vocato. ex Imol. in. d. c. ex ratiōe, & inibi.
Abb. col. 5. & Feli. col. vlt. clem. ſi appella-
tionē eo. tit. & iudex ad quē pronunciare
non debet diffinitiuè abſoluo, vel condē
no. ſed vtiq; appellationē eſſe deſertā ex
l. ſi prȩſes. C. quomo. & quan. iudex. Caſt.
in. l. eos. col. vlt. q. 2. de appel. quod ſi Ela-
pſo termino proſequendæ appellationis,
iudex à quo poterit ſentētiā ſuā executio
ni mandare ex Bald. in auth. ſi quis litigā-
tiū. verſic. quartus, & vltimus caſus. C. de
epiſc. audi. Itidē conſ. 20. vol. 3. & conſ. 370.
volu. 4. id vnū addens, iudicē ad quē non
poſſe (appellatione iā deſerta) cognoſce-
re de cauſa nullitatis ſentētiæ. Abb. in. d.
c. cū ſit Romana. tametſi Deci. inibi, col.
6. in princ. verſ. an autē remoto iſto cōtra-
riū exiſtimat, & Bal. conſi. 338. cuius initiū
eſt repartio appellationis deſertæ. volu. 3. 14
exiſtimat, quē poſſe impetrare beneficiū

*Sufficit pronunciare appellatiōis deſertionem,*





ꝑ priuationē, vacās poſt deſertionē appel
lationis. Tāetſi ꝓnunciatū nō fuerit ſuper
14 deſertione, ſuper qua nō eſſe pronuncian
dū aſſeuerat, ex glo. in. d. l. eos. referēs ple-
roſq; alios doct. ſic in facti cōtingentia cō
ſuluiſſe, etiāſi ex mera principis gratia ab
illa deſertione releuatus fuerit, lōgè qui-
dē aliter, ſi ex mera iuſtitia, vt potè ſi iudi
ces impediti forent, tūc retrò trahitur. c.
quis. de reſcrip. lib. 6. l. in cauſæ. §. interdū.
ff. de mino. Et in ea ſpecie, ita reſpōdit In-
noc. quē inibi ſequitur Abb. col. 5. in. d. c.
ratione. Dec. oīm diligētiſsimè cōſil. 436.
Cuius initiū eſt, viſa inſtructione, qnāuis
Petr. Ancha. poſt Lapum in clem. 1. de ap-
pel. exiſtimēt, termini lapſum in bnficiali
bus, deſertionē non operari. Quod veriſsi
mū eſſe intelligūt Cardi. & Imo. inibi, qn̄
ſtatutus fuit terminꝰ parte adhuc inuicta
Longè quidē aliter ſi parte cōſentiēte, &
ex ſpōtanea volūtate, priori tn̄ ſententiæ
ſe ſubſcripſit Feli. in. d. c. cū ſit Romana.
col. vlti. cùm & illorū ſentētia, non habet
locū in omni cauſa benficiali, ſed ſolū in
cauſis electionū, de quibus loquūtur per
Lapum allegata iura.

*Lapſus termini in bnficialibus deſertionē non operatur.*

Punitur tn̄ poſt depoſitionem clericus
15 homicida, in monaſterij detruſionē, vti cō
ſtat, in. d. c. cùm non ab homine. iuncto. c.
tuȩ. de pœ. Et explicat Anna. in. c. 1. col. pe
nul. de patri. q filios occide. idq; cōſtat ex
deciſione tex. in. d. §. clericꝰ. c. ſicut dignū.
Verūenimverò ex eo colligitur, hanc de-
truſionē in monaſteriū minimè eſſe per-
petuam, nec longi temporis, vti cōſtat ex
Bernar. Diaz de Luco in practic. crimina.
cap. 88.

Si ad amuſsim oīa declarētur, & illa po
tiſsimū pœna affligēda eſt, iure pōtificio,
16 ꝓ homicidij criminis reo perpetui carce
ris. ex tex. in. c. nouimus. de verb. ſigni. c.
pen. ad fi. de hæret. c. quis. de pœ. in. 6. An-
na. in conſ. 1. Imol. & interpretū maior ꝑs
in. c. qualiter & qn̄. §. ad corrigēdas. de ac-
cuſa. Abb. & Feli. in. c. cùm nō ab hoīe. &
in. c. at ſi clerici. de iudic. Abb. in. c. tuæ. de
pœ. Bal. in. l. reos. col. 2. C. de accuſa. Bar. in
l. 2. col. 3. ff. de publi. iud. Steph. Aufre. in re
pe. clem. 1. de offi. ordi. verſi. occaſiōe præ
miſſorū. Iaſ. in auth. ad hæc. C. de iud. dif-
finientes. in his caſibus, in quibus Cæſarū
iure mortis pœna ꝓ homicidio infligitur,
iure Pōtificio perpetui carceris pœna cō
dēnatur. Ancha. conſi. 157. Cæpol. conſi. 11.
Nec id mirū alicui videri debet, cū ius Pō-
tificiū, etiā pro grauiſsimo delicto, ſangui
nis, nec mortis pœnā infligat. ex glo. in. c.
præuaricator. 2. q. 3. Inno. in. c. cū oportet.
& in. c. qualiter, & qn̄. de accuſat. Abb. &
Feli. in. c. crimina. de collu. detegē. Feli. idē
ꝓfeſſus. in. c. ſi qn̄. col. 3. de reſcrip. Abb. in
d. c. at ſi clerici. & in. c. nouimus. præci. dif
finiēs iure Pōtificio mortis pœnā non re- 17
periri. Itidē in. c. ad audientiā. de crimi. fal.
& in. c. in Archiepiſcopatu. de rapto. Ma-
ria. Soci. in. c. ſententiā ſanguinis. ne cleri.
vel mona. Et præter hos, Alex. poſt Bar. in
d. l. 2. ff. de pub. iudi. Caſtrē. conſ. 119. Itidē
Alex. & Iaſ. in. l. trāſigere. C. de tranſac. qđ
ſi aliqn̄ pontificia iura loquūtur reum cri
minis mortis pœna afficiendū eſſe, intelli
gendū fore per excōicationis ſententiā, ſi
cuti adnotat Abb. in. c. per venerabilē q
filij ſint legi. notab. vlt. Itidē in. c. 1. de fur
tis. & in. c. 2. in glo. fi. de maio. & obedi. S.
Tho. 2. 2. q. 99. art. vlt. nihilominꝰ, citra ſan
guinis pœnā exilij, ac verberationis pœ-
na affligi poſſunt, & verberū pœna in cle
ricorū perſonis à ſacris recepta eſt cano-
nibus de qua fit mētio in. c. cùm beatus. 18
45. diſt. quod eſt cōciliū Bracharēſ. & in. c.
1. finalibꝰ verbis. de calū. & in. c. fi. 35. diſt.
quod Agatenſe cōciliū eſt. Abb. in. c. præ-
terea. de cler. percuſ. & in. d. c. in Archiepi
ſcopatu. & in. c. ſecūdo requiris. de appel.
Ludo, Car. in pract. crimi. §. homicidiū. 7.
nu. 51. Bernar. Diaz in practi. ſua cri. c. 125.
& cū cēſent in illis certæ pœnæ mortis, ac
mēbrorū mutilationis: nimirū ſi hāc tanq̃
paternā correctionē antiqui illi patres, ſa 19
crorū canonū cōditores admiſerint, in in-
fligēda huius criminis verberū pœna Ec
cleſiaſticos iudices admonitos eſſe velim
vt præoculis ſemper habeāt. gl. doctrinā
aureā in præci. c. cū bertus diffiniētis: qđ
presbyteri abbates, nullis debēt verberi-
bus, ſubiacere exceptis grauibꝰ, & morta-
libus culpis: clerici verò in minoribus cō-
ſtituti ordinibus, ꝓ minoribus culpis fla-
gris, ac verberibꝰ afficiēdi ſunt. Adnotat
Præpoſi. in. c. fi. 35. diſt. & in his caſibus, in
quibus clericus cedēdus venit, verberari
non poteſt per laicū, etiā de iudicis eccle-
ſiaſtici mādato. c. vniuerſitatis. de ſentēt.
excō. glo. in. c. ſi tlericos, eo. tit. lib. 6. regia
l. in his regnis expreſsim id diffiniens. 56.

*Sanguis pœna nō imponitur iure pontificio.*

*Notabile.*

tit.5.par.1.ſed p miniſtros eccleſiæ flagris
affici debet.Hugo.& Cardin.à Turrecre-
ma.in.c.aliqui.5.q.5. Abb. in.c. inter alia.
col.4.de immu.eccle.poſſet tñ per clericũ
in minoribus cõſtitutũ verberari: nec re-
fert;vt aliqualis effuſio ſanguinis exeat,
quæ cõſiderãda nõ eſt,& principaliter ex
ſentẽtia nõ veniat,ſed ex poſt facto acci-
dat.c.in archiepiſcopatu.de rapto.& in.c.
is à quibus.23.q.vlti.Paul. Grilã.in tracta.
de relaxa.carcerato.5.q.Et.nos infra de ra
tione pœnę qualiter à lege vel ab hoĩe in-
fligẽda ſit latiori cõmentario trademus,
& an iudex eccleſiaſticus laicũ hanc pœ-
nã perpetui carceris,afficere poſsit,tradit
Oldra.conſi.68.Roma.in ſingu.104.Cępo.
conſi.73.

Ipſe tamẽ exiſtimo clericum, à pœna
ordinaria homicidij immunẽ eſſe,& excu
20 ſari,in his ſanè caſibus in quib[9] laicus ho
micida,a mortis pœna immunis fit, de q-
bus, & nos agemus lib.2.Epitomes.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Pluresſi fuerint aggreſſi ex conſulto, & vnius vulnere à vita diſceſsit, omnes teneri, de homicidio, etiam qui non percuſſerit.*

2 *Quid etiam, vt quis torturæ ſubijciatur declaratur.*

3 *Ex pluribus corrixantibus inceptor rixæ grauiori eſt afficiendus pœna.*

4 *Quando vnus à pluribus percuſſus, nec cõſtat an ex vno, vel alio vulnere mortuum eſſe omnes teneri, de homine occiſo.*

5 *Cùm vnus fuit à pluribus in rixa ſubito contingenti non premiſſo conſilio vulneratus, ſi conſtat qui vulnus intulit lætale, de homicidio tenetur: alij verò de percuſsione.*

6 *Pluribus exiſtentibus domi, vno tamen lapide proijciente, ſi non conſtat, qui percuſſerit ratione incertitudinis pecuniaria pœna omnes teneri.*

7 *Multis vulneribus percuſſus, quorum vnum tantum eſt mortifere, ſi non conſtat, quis percuſſerit, in hoc caſu iudicantis arbitrio omnes puniendos fore.*

8 *Ab vno affectus vulnere lætale, & ab alio exanimatus, & occiſus priorem percuſſorem de vulnere: poſteriorem de homicidio teneri.*

9 *Quid in ea ſpecie quod ad irregularitatem.*

10 *Irregularitatem nullo in caſu eſſe conſtituendam, niſi & id iure pontificio fuerit expreſſum.*

11 *Diſcutiuntur Pontificiæ conſtitutiones in cap. is qui, & in capit. ad audientiam. de homicid.*

12 *A pluribus multis vulneribus affectus, quorum vnum tantum eſt mortiferum, ſi nõ conſtat, quis id vulnus intulerit, omnes eſſe irregulares cenſendos. Et idem ſi ex medici imperitia obierit.*

13 *Lætaliter vulnerans, ſi ex interuallo à vita deſcedat homicidij reum eſſe conſtat vulnerantem.*

14 *Non omnis mortifere vulneratus moritur, atque ideo ante mortem homicidij pœna affici non poteſt.*

15 *Pax inita ex vulnere, ac deinde mors ſequuta, cenſetur facta de morte pax.*

16 *Homicidium vulnerati, nõ mortiferi, non imputatur, quod ad legem Aquiliam.*

17 *In dubio, ex medicorum imperitia, vulneratus cenſetur mortuus, non tamen ex vulnere. & iterum. num.22.*

18 *A vita deſcedens ex febri accedenti ratione vulneris, percuſſor de homicidio, non tamen de vulnere tenetur.*

19 *Si vulnus illatum non fuit mortale, ſed ex immodico potu, prãdio, alijſue mortem obijt non tenetur de homicidio, ſed vtique de vulnere.*

20 *Vulneratus, ſi per ciuitatem, deambularet, & febre ſuper veniente moritur iudicantis arbitrio vulnerans afficiendus eſt.*

21 *Lætali vulnere affecto ex medicorum iudicio, ſiue, & medicum adhibuerit, ſiue non homicidium percuſſori imputatur.*

23 *Vulnerans infirmum quod ſi in corpore ſano illatum eſſet, non erat mortale à vita deſcedat reum homicidij non eſſe.*

Cap.



Cap. Significaſti in ſecundo. de homici. & l. ita vulneratus. cum l. item Mela. ad. l. Aquili. alio ſenſu, quàm qui vulgatus eſt intellectę, de pluribus eundem hominem vulnerantibus, quædam notata ſcitu non indigna

## Caput. XII.

AGendum ſi quidem eſt
de vero, ac germano in
tellectu. text. in capit.
Significaſti in ſecũndo
de homicid. In cuius
quidem intellectu pau
ci nauigauerunt ſine
periculo: & circa verum perſpicuumque
intellectum, l. item Mela. & l. ita vulne-
ratus. ff. ad leg. Aquiliam. propter quo-
rum difficultatem turbatur totus mũdus,
nec eſt qui nauiget ſecur[9] in eis. Ob quod
non diffiteor inter alios noſtram in me-
dium proferre ſententiam, quibus in lo-
cis tractatur de pluribus eundem homi-
nem vulnerantibus, qui tandem mortem
obierit, an omnes puniantur, homicidij
pœna ordinaria, ſecundo an in irregulari
tatis labem omnes incidant.

*Capitis propoſitio.*

In quo dubio priori duntaxat caſu ſi
plures fuerint aggreſsi conſultò, & ex vni
co tantum vulnere à vita deſceſsit omnes
de homicidio teneri eiuſque pœna puniẽ
1 dierunt, etiam qui non percuſſerint. Hęc
quæſtio originaliter fuit glo. in. l. final. ff.
de ſicar. text. celebris in. l. prima. §. finali.
ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt.
text. elegans in. l. item Mela. §. ſi plures ff.
ad legem Aquiliam. & ex profeſſoribus
iuris Bart. in. l. ſi in rixa. columna prima.
ff. de ſicarijs. Quo in loco Angel. Salicet.
& plerique alij idem profitentur, Alber.
præſertim inibi, Cinus in. l. quoniam. C.
de vi publica. quæſtione vltim. Gandin.
in titulo de homicidio. Decius libenter
huic ſententiæ accedit conſilio 15. & Hip-
polytus, Barto. ſentẽtiam ſequutus in præ
citata. l. ſi in rixæ, & noſtræ claſsis Docto
res inter quos, & Imola in dicto capit. ſi-
gnificaſti, & ex nouioribus hanc aſtipu-
latur, ſententiam, Carolus Molẽdinus ad
Alexãdrum conſilio. 15. volu. primo. Mat-
thæ. Afflict. in conſtitutione Neapolita.
libro primo. rubric. 13. numero. 28. Thom.
Gram. conſilio. quarto. Ludouicus Carre.
in practica criminali, titulo de homicidio
§. ſecundo. numero. 68. & numero. 75. itidẽ
in. §. circa. numer. 445. & in. §. cepto, eiuſ-
dem tituli, de homicidio. & nouiſsimè An
tonius Gomezius capit. 13. Delictorum.
numero. 26. ex quibus opinor hanc eſſe
frequentiori doctorum calculo receptam
ſententiam, quam intelligendam fore exi
ſtimo, ſi ſanè ex dolo & propoſito commu
nicatoque conſilio cõſulto percuſſerint,
tunc omnes teneri conſtat, modò omnes
percuſſerint, modò aliqui eorum, modò
vnus tantùm, probat text. à contrario ſen
ſu in dicta. l. ſi in rixa. & inibi, expreſsim
gloſ. & Barto. hoc adnotant, itidem in. l.
finali. ff. de ſicarijs. Angel. Peruſinus, Hip
polytus in dicta. l. ſi in rixa. Ioan. à Platea
in. §. item lex Cornelia. de ſicarijs. Inſti-
tuta de publicis iudicijs, ad finem. Felin.
numero decimo. in dicto capitulo ſignifi-
caſti in ſecũdo. & ante hos Specul. titulo
de homicidio. columna prima. verſiculo
pone quo ad quatuor homines, quibus
admodum conuincit text. in capit. finali.
23. quæſtione finali. Et ex neotericis Tho
maſius Gram conſilio quarto. & rurſus de
ciſione. 15. & regia lex. 57. ſtylli & minimo
apice de ſeruire videntur ea quæ à noſtræ
tempeſtatis hominibus adducta ſunt in
contrarium exiſtimantes, quòd ſi animo
occidendi aliquem aggrediatur. ſi non oc
cidant non teneri mortis pœna ex gene-
rali conſuetudine quę habet affectum nõ
puniri: niſi ſecuto effectu. Quæ omnia eò
tendunt quando mors ſequuta minimè
fuerit. At in noſtra ſpecie mors ſequuta
fuit, & vnus opem auxilium, fauorem, al
teri præſtitit ideo omnes teneri perinde,
ac ſi omnes mortem intuliſſent ex. l. vni-
ca. verſiculo ſin autem. C. de raptu virgi-
num. & in. l. is qui opem. ff. de furtis. & in
l. in furti. §. ope. eod. titu.

*Cõmunis ſententia,*

Cęterum hanc de qua agimus quęſtio



nem

nem intelligendam eſſe quoad torquen-
dam:longe quidem aliter quoad condē-
nationē, ſicuti apud Hippol.pluribus in
2 locis conſtitutiſsimum eſt.Siquidē & ip-
ſe in rubrica de proba.C.nu.418.& in ſin
gu.17.incipiente ter.vel quater. & in.§.di
uus.l.1.de ſica.ff.ſatis iam ſatis diligenter
explicat Dec.in regula fauorabiliores.ff.
de regu.iur.Vbi quis torturæ ſubiici poſ
ſet, vt q intulit vulnus oſtēdat,an ex con
ſulto tractu ve antea habito deliquerit
nec ne ita ſcribit Gui.deSuza.in tract.de
quæſt.& Ioan.de Arno.in ſingul. 64.& in
commē.25. quorū meminit idē profeſſus
Lud.Carr.in pra.crimi.§.homicidium lo.
2.num.75.ad finem.

Secunda ſubiicitur ſpecies ſi ſane cō-
3 ſtet quis ſit rixæ inceptor tunc ſane ſolus
*Rixe inceptor capit. pœna tenetur.* tenetur capitis pœna, alij verò pecunia-
ria Boni.ita reſpondit in.titul. de inſult.
percuſsio.Hippo.in præcita.§.diuus.Gan
di.in rubri.de homic.7.col.verſi. ſolu.iti-
dem in tit.de defenſi.reorum col.3.incep-
tor rixę tenetur pœna corporali, alij de
vulnerato Boniſa.in præcitato.tit.18.Al-
beri.in.l.quoniam nulla.C.ad.l.Iuliam đ
vi publica. Marſi.in. l.1. in princi.9.limi.
ff.de ſica.& in rubri.de probat. C.nu.418.
& in di.l. fi. Cinus Alberi.in.l.2.§. ſi quis
non ab homine & inibi Alex.ff. vi.bono
rum Alex.poſt Bar.in dicta.l.fi.in.6.addi-
tione.ff.de ſicar.Bal.conſi.130.vol.1.Bald.
in pract.tit.de quæſt.col.2.Pau.conſi.192.
Hippo.ſingu.403.Cępo.conſi.34.Hippo.
in pra.§.conſtante.ver.vlt.Angel.in trac.
maleficiorum in glo.Andr.auxilia.vltim.
col.ver.niſi fuiſſet.Marſi.in.l.1.C.de ſicar.
& in.l.1.C.de raptu.virgi.nu.79.& in con.
67.& in.l.eiuſdem.§.item.15.ff.de ſicar.

4 Tertia cōſtituitur ſpecies, quādo vn⁹
à plurib⁹ percuſſus, & tandē mortē obiit
nec cōſtat ā ex vno vel alio vulnere mor
tuum eſſe: tūc ęquidem omnes tenentur,
de homine occiſo.l. item Mela.§.ſed & ſi
ſeruum ver.ſi plures & in.l.ita vulneratus
ff.ad.l.Aquil.in princi. glo. in.l.ſi in rixa.
ff.de ſicar. & inibi. Bar.col.1. ver.non pōt
Car.Ann.&.Fel.in.d.c.ſignificaſti ver.qđ
ſi decerni And.Dec.yſernia.&inib.diſpu
tat Affli.in conſti. Neap.lib.1.rubri.13.n.
27.Io. Igne.in.l.1.§.ſiquis in villa.nu.59.ff.
ad ſilania.Fel. in.d.c.ſignificaſti.n.10.Lu.
Carre.in pract.crim.§.homicidiū.2.nu.69.
regia.l.57. Stylli. Dinus in regula in obſ-
curis fin.col.de regu.Iur.Bar.3.col.in d.l.ſi
in rixa.Alber.l.ſi is qui cū telo.C.ad.l.Cor
ne.de ſica.in fi.Ang.Peruſi.2.col.in.l.quo
niam.C.ad.l.Iul.de vi.Platea.in.§.itē Lex
Cornel.de ſicar. inſti.de.publi.iud.Anna.
in .c.ſignificaſti.in.2.de homicidio ad fin.
Archi.in .c.fin.23.q.fin.& nouiſsimè Ant.
Gome.c.3.deli.nu.36.l.1.§.fin.ff. de his qui
de iecer. vel effude.l.2.§.ſiquis & in.l.4.§.
hoc edicto .ff. de vi bonorū rapto.quam
ſententiam intelligendam fore exiſtimo
pœna extra ordinaria iudicātis arbitrio
puniendum ea ratione ductus,cum ictus
ac vulnus vniuſcuiuſq; attendi debeat &
cū ignoretur quis vuln⁹ mortale intulerit
pœna criminis ordinaria affici nō debet,
ſicuti diffinitum extat in.d.l.ſi in rixa.Al
beri. in præcitato .§. ſed ſi ſeruum plures
aſſeuerans mutinę eſſe pronunciatum,iti
dem col.2.in.d.l.ſi in rixa.Alex.con.15.vo
lu.1.Quorū ſentētia æquitati magis fauet.
Neq; certum eſt quis vulnerauerit leta-
liter:tamen certum eſt ambo occidiſſe v-
terq; teneri videtur dicta.l.ita vulnerat⁹
in qua non erat certus quis occiderit ta-
metſi letaliter vulnerauerant.Neque ob-
ſtat.tex .in dicto.§. celſus.Siquidem.l.illa
ita vulneratus eſt.l.Iuli. conſulti qui fuit
ante Vlpianum, cuius author erat .l.itē
Mel.§.celſus. viſiſque Iuliani & celſi opi
nionibus in ſententiam celſi inclinauit
eādē etiā ſequutus fuit Marce.ſubſcribē
do ſe opinioni Iulia. vti patet ex.d.§.cel-
ſus ibi & hoc probabilius eſt quaſi incli-
nādo in hac parti celſi & non Iuliani.Qui
bus ſane cōuenit hoc in caſu puniri per-
cuſſores pœna extra ordinaria: nō verò
ordinaria ob incertitudinē quod expli-
cat Gand.in rubri.de homicid.4.col.Bar.
Alex.Hipp.in.d.l.fin.ff.de ſicar.& Ancha.
omniū diligentiſsimè in con.217. diligen
tiſsimè pleroſq; referēs.Ann.& Fel.in.d.c
ſignificaſti.Bal.in.con.448.vol.3.itidē cō.
211.vo.7.Bon.in ti.đ.pœnis.in.fi.rurſus &
in tit.de inſul.& percuſ.6.col.Alex.in cō.
15.lib.1.& Hipp.con.110.Alex.con.46.vol.
4.& cō.101.vol.3. q oēs eā aſtipulātur ſen
tētiā ob īcertitudinē pœna ex ordinaria
nō tñ ordinaria in hac ſpecie oēs ꝑcuſſo-
res teneri q tñ rē iſtā cōfuſe nimiſà.dd.tra
ctātur frigidèq; explicātur eoq; noīe nō
parū multi errores paſsī docētur. Recti⁹
hoc



hoc ordine fieri puto ſi mox à fronte eā rē
diligēti⁹,& diſtinctius tractauerim⁹, neq;
pōt verè ꝓbari eorū opinio,cū illud certū
ſit oēs hos percuſsiſſe,& percuſſum ex ijs
vulneribus mortē obiſſe. Qua ratione cer
tū eſt oēs percuſſores eū occidiſſe. Nō me
præterit hāc quā ipſe probaui opinionē
à multis damnatā eſſe,q ſanè nō huius ter
tij caſus queſtionē,ſed alias diffiniere tñ ſi
Matth.Affli.ad fi.quæſtionis videatur ꝓ
bare Alex.opinionē,& Anchar.cōſ.216.cu
ius verba Anna.nu.24.in. d.c. ſignificaſti.
refert, in qua q̄ſtiōe aliquod ꝓponā ſpēs.

Proponitur,quart⁹ caſus cū vn⁹ fuerit
à pluribus in rixa ſubito cōtingēti, nō tñ
ex cōſulto,neq; præmiſſo cōſilio vulnera
5 tus.Etenim ſi cōſtat qđ ex pluribus vul-
neribus ſit letale,& quis id intulerit tene
bitur ſanè is de homicidio,cæteri vero de
percuſsione tex.l.itē Mella.§.ſed ſi ſeruū.
ff.ad.l.Aquil.& in.l.ſi in rixa. vbi oēs hoc
ipſum adnotarūt idēq; profitentur Cano
niſte.in.d.c.ſignificaſti. & cōſultus in.d.l.
ſi in rixa ita ſcribit, percuſſus hō perierit
ictus vni⁹ cuiuſq; in hoc collectorū cōtē
plari oportet gl.& interpretū maior pars
inibi.Boniſa;in titu.de inſultis.7. col.Gā-
di.in tit.de homi.5.col.Anto. Gom.nu. 36.
præcita.Regia.l.57.ſtilli,& oēs.dd.in prin.
huius.c.citati.Pirr⁹ Anglē.poſt cōſuetud.
Aurelia.c.1.coll.3.Zaſ.lib.2.ſing.intellectu
c.6. & deniq; iſta eſt cōi cōſenſu recepta
ſn̄ia.Quo ad pœnā tñ irregularitatis, q te
*Cōmunis ſententia.* netur đ homicidio in labē irregularitatis
incidit. Cæteri verò ab ea erūt immunes,
quod pōt colligi ex præcitato.c. ſignifica
ſti.& inibi tradita per docto.

Alia ſubijcitur ſpecies ꝓpter incertitu
dinē,vt puta de homicida incertus de cer
tis tametſi aliquo modo nō poteſt certifi
cari,pecuniaria pena punire debēt de plu
ribus exiſtēribus domi:vno tñ lapide ꝓij-
ciente,& trāſeuntē interimēte.Si tñ nō cō
ſtat oēs teneri pœna pecuniaria, rōne in-
6 certitudinis vti hac in re aſſeuerat Gand.
in rubr.de pœn.col.24 verſi.pone.ꝙ qua-
tuor. Idēque explicat Albe.in tract.ſtatu.
3.part.q.61.Abb.in præcita.c. ſignificaſti.
cui ſentētiæ aſtipulatur ex noſtris Alex.
conſi.50.vol.1.Caro.in clem.1.14.q. de ho-
mic.Bald.in conſ.81.vol.5.& paſsim.doct.
Quæ oīa intelligenda eſſe cenſeo, niſi cō-
ſultò cōicatoq; conſi.in domo fuiſſent cō
gregati.tradūt docto.in.l.1.de his, qui de-
iecce.Marſil.loco præcita.nu. 354. Quibus
ſanè & illud cōuenit inita pace inter duos *Intellectus communis.*
præſtitaq; expēſione de ſe adinuicē non
offendēdo,ſi tñ ſe offendūt,nō tñ conſtat
quis ſit aggreſſor ratione incertitudinis
vterq; à pœna immunis eſt, vti explicat
Hippo.C.de proba.nu.406.Et Ludo. Car.
in pract.crimi.§.homicidiū.6.nu.345.pagi.
465.ac iterum.§.2.num.77.

Sextus caſus,ꝓponitur qui affinis ter-
tio caſu eſt quotiēs quis vno tātū vulnere
letali percuſſus fuerit,nec appareat à quo
cū tñ plures in cōflictu rixæ cū eodē cōtē-
derint,vel fuit à pluribus multis vulneri-
bus,quorū vnū tantū eſt mortiferè vulne 7
ratus,nec cōſtat,quis id vuln⁹ intulerit,&
ſane in hoc caſu oēs puniēdos fore pœna
extra ordinē arbitraria, & neminē ex eis
ordinaria ꝓbat regia.l.ſtilli.57.optime te-
net Ancha.in.d.cōſ.216.Anna.in.d.nu. 24.
& ibi Feli.n.9.gl.in.d.§.ſed ſi verū.ver.plu
res.Alexā.in.d.cōſ.15.lib.1.& cōſ.104.lib.3.
Hippo.in ſing.217.idē in rubr.C. de ꝓbat. *Ratio cōcluſionis.*
nu.418.& in cōſ.110.ead.rōne,quia alias in
nocēs puniretur cōtra iuriſconſulti deci-
ſionē in.l.abſentē.ff.de pœ.& glo.rōnē ſu-
mēs ex illo tex.in.d.l.itē mela.§. ſed ſi ſer-
uū.& inibi expreſsim Alber.Flori. & Bal.
itidē & Alber.col.2.& Angel. in.l.quoniā
multa facinora.C.ad.l. Iul. de vi publi. &
inibi Sali.pen.col.& ante hos Bar. in. d.l.
ſi in rixa.col.1.Spec.in tit. de homic.col.1.
verſ.pone Archi.in.c.fi.23.q.fi.Augu. Ari
mi.ad Ange.in ver.Andreā auxiliatorem.
ad fi. Anchar.conſ.16.Platea in præcita §.
itē lex Cornelia.de ſica.ad fi.Feli.nu.9. in
d.c.ſignificaſti.Alex.his oībus accedit cō
ſil.vol.7.& nouiſsimè Anto. Gom.præci.
nu.36.regia.l.57.ſtylli.Io.Igne.in.d.§.ſi qs.
in villa.n.50.Pau.Pari.in cōſ.148. li.4.n. 3.
dicēs hanc opinionē cōem eſſe,idē fatere-
tur,eā ſequut⁹ Ludo.Car.in.d.§.n. 75. hoc
ipſum tenet Gād.tit.de homic.4.col.Alb.
in.d.l.vlt.ff.de ſica.& ibi Hippo.nu.4.Spe *Cōmunis opinio.*
cu.titu.de homic.§.1.verſi. pone.Boniſac.
tit.de homic.rubr.de inſult.& ꝑcuſ. col.6.
& tit.de pœ.col.vlt. Io.de Imol.in clem.ſi
furioſus col.vlt.de homic.Dec.in.l. fauo-
rabiliores.nu.6.ff.de regu.iur. Et licet glo.
in dic.§.ſed ſi ſeruum velit ſimpliciter ne
minem puniendum in hoc caſu eſt intel-
ligenda quoad punitionem ordinariam
ſecun-

ſecundum omnes ſic gloſ.in cap cupientes ver.qui culpabiles de elect.in.6. & in cap.quieſcamus.42.diſt.quæ ſentiunt oẽs hoc in caſu puniendos. Et Bart.& doctores in dict.l.vltima obtinebũt quoad pœnam extra ordinariam, quã profitetur cõmunem ſententiam Ludoui.Carre.in practic.criminali.§.homicidium.& ſecundo. num.75.pagina 211.atque proinde ita fuit Parmę in praxi obſeruatum. *Cõis ſentẽtia* Idem tenet Alberic.plerosq; ex antiquioribus allegans in dict.l.fin.ff.de ſica. & in di.l.item mala.§.ſed ſi plures& in dict.l.qui multa C.ad.l.Iuli.de vi publica.poſt.Cin.atque intelligit dict.glo.in pręcita.l.finali.ff.de ſica.& dic.§.ſed & ſi ſeruum adſtipulatur nullũ hac in ſpecie teneri intelligo,prout paulò antea pœna mortis & legis Corne. de ſicar. tãtũ alia mitiori pũitur pœna cũ ea ſanè puniri debeat ea ductus ratione, ne delicta remaneant impunita. *Ratio concl.* Et huius opinionis authores ſunt Alberi.in dict.l. fina.Bald.in practi.in rubri.de quęſtione ad fin.Bonifa.in rubri.de inſulis. colum. 6.itidem in titu. de pœnis ad fin.verſi.itẽ vbi eſt certum Specula.in titu.de homicidi.§.1.verſi. pone.ac in titu. de diſpenſatione.§.iuſta.colum.penult.verſi. quid ſi aliquis Ioann. Andre. in regul.obſcuris. ff.de regulis iur.lib.6.Hoſtien.in ſumma titu.de homicidio.§.qua pœna.idem profeſſus Ancharra.conſilio.217. quo in loco aſſeuerat,ita omnes Bononienſes intelligi.dicta. gloſſ.in dicta .l.fina.itidem Annani.in dicto capit. ſignificaſti columna. *Boni.oẽs cum glo.tenet.* 14.poſt eum Final.in columna.tertia Alexand.conſilio.15.volum.primo.& conſilio.14.volum.3.Cæpol. conſil.41.Alexan. poſt Bart.in.l.damni.§.Sabini.ff. de dam. infect. Romanus conſi.40.Bald in conſilio.72.volum.6.& conſilio.311.volum.tertio Cuma.conſilio.334.atque idem adſtipulatur Alexand.conſilio.65.volu.2.Matthe.conſtitutio.Neapoli.terminum vitę quæſtione.3.Hippo.omnium in practi.§. poſtquam in rubric.C. de reprobatio.columm.73.atque iterum in.l.prima. in principio.15.fallen.& in.l.nihil intereſt& in.l. finali.ff.de ſica.& in.l.prima.§. diuus eo. titulo.& in ſingula.217.&.303.& in conſilio.23.&.34.&.39. &.43.dubio. ſecundo.& conſilio.50.&.ad.fina.& conſilio.63.&.69. & decimo.

8 Septima ſubiicitur ſpecies, quando quis ab vno fuit vulnere affectus lethali ac deinde ab alio exanimatus, & occiſus in hoc caſu,priorem percuſſorem de vulnere,poſteriorẽ de homicidio, teneri probat text.in dict.l.item mala.§. Celſus ſcribit.ff.ad legem Aquil.regia.l.ſtylli.præcitata.57.text.ad id celebris in.l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.ff.ad legem.Aquil. tametſi maxima iuris antinomia,in qua docto. capita torquẽtur,inter quos & Zazi. lib. ſecundo,intellectuum capit.6.fol.39.magno nimis anxiè hanc quæſtionem extricat. *Iuris antinomia decißa.* Quibus ſanè ex aduerſo opponitur ex text.in.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.& in dict.cap.ſignificaſti ex quibus locis conſtat percutiẽtem letaliter de homicidio teneri,& irregularem eſſe, tametſi ab alio fuerit ꝑcuſſus exanimatus,priuſquàm euentus prioris vulneris apparet. Qua ratiõe glo.in. d.l.ita vulneratus ver. teneri Flor.poſt.alios ibidem. idem Flor. & Alberi.in.d.§.Matth.in conſti. Neap. lib.1.rubri.13.nu.26.pacẽ deſidentibus iuribus afferre conatur hac diſt. vſus ſiquidem ſi cõſtiterit primũ vulnus eſſe letale,ac ex eo percuſſus moritur,tũc teneatut vulnerãs de occiſione etſi poſtea vulneratus fuerit exanimatus.Ita ſane eſt intelligẽdus tex.in. d.l.vulneratus:quod ſi dubium ſit primũ vulnus eſſe lethale ita quod nõ ſit certũ ex eo mortẽ ſequuturã licet appareat mortiferũ,& percuſſus fuerit,aliis illatis vulneribꝰ exanimatus,hoc caſu minimè tenetur primus percuſſor,de occiſo ſed vulnerato. *Intellectus § celſus.* Atq; ita eſt intelligẽdus tex.in.d.§. celſus cũ ſimilibꝰ: nõ aliter craſſa (vt ita dicã) minerua,eandẽ diſ. ſequitur Iaſ.in.l.ſi ab hoſtibꝰ. ff.ſolu.ma. nu.9.Cępo.cau.5.Lud.Carr.in prac.crim. §.homicidiũ.2.nu.68.glo.in.d.l. huic ſcripturæ ver.mortifere.Io.Igne.in.l.1.§.ſiquis in villa.n.66.ff. ad ſila.quorũ diffinitio videtur frequẽtiori. dd.calculo recepta.Tametſi cõi ſentẽtię refragari videatur.Bal. in.c.bonæ in .2.ex .de electio aſſeuerãs iudicẽ minimè inquirere poſſe đ morte ãte mortem,licet vulnus ſit mortiferum, non extimatur mortuus Alber.in.2.ſtatu.parte. quæſti.53. Bald.in.c.1.§.iniuria.colum. penult. titu. de pace iura.firmand. reum criminis mortifere vulnerantis,ac lætaliter,homicidij pœna nõ teneri, vſquequo à vita



à vita diſcedat. Et huius ſententiæ authores habeo Barto.& neotericos.in.l.damni. §.Sabini.ff.de damno infect.Flori.in.l. ait lex.ff.ad leg.Aquil.Alber.in.2.ſtatu.part. quæſtio.37.Bald.in.l.prima.C.de nund.itidem in capit. primo. in princip. & inibi, idem profeſſi.Albero.Cardina. Alexand. titu.quib.mod. feudum amitta. in vſibus feudo. & his admodum inuiti accedunt plerique alij,inter quos.& Franc.Areti.in l.ex ea parte.§. inſulam. colum. vltim. de verbo.oblig.ex noſtris Felin.in cap. ſignificaſti.in ſecunda colum.de homici. Quò fit ſi lege diffinita ſit pœna pecuniaria ꝓ vulnere,ſi ſanè mortiferè vulnerauerit,licet mors ſperetur, exceptione repelli poteſt,ex Alberi.loco præcita. Multa ſiquidem accidere poſſunt, vt pote minimè à vita diſcedat,ſicuti argumẽto optimo deſeruit.text.in ſimili in.l. naturalem.§.1. ff. de acquir. rerum domi.§. illud quæſitum Inſtit.eod.titu.& id conſtat, ex Theocriti idillio.4. dum cecinit, ex Græco Latina translatione. *Theocritus.*

*Conſidere oportet, amice batte:forſan cras erit melius.*

*Spes in viuis, deſperati, autem mortui.*

Et tradit Tyraquel.de retra.ligna. § 15. num.12.horum tamen nõ meminit, tãetſi alioqui in congerendis authoribus diligẽ-
9 tiſsimus ſit, & pleniori manu nos trademus.nume.14.infra. Atque ideo ſecundũ hanc diſtinctionem, erit iudicandum, de irregularitate,vt quotiens vulnerans teneatur de occiſo, etiã irregularis erit, nõ ſic in alio caſu,quod notat in ſpecie Cardin.& Anna.num.31.in dicto cap. ſignificaſti.Contrarium tamen adſtipulatur, in pœna irregularitatis.glo.Ioan And.& Panor. inibi quos pleniori manu ſequitur, Gonſa.à Villadie.in tract.de irregu. C.de percuſſo.col.3.quaſi iure Põtificio,quoad irregularitatẽ per tex. in.d.c. ſignificaſti.

Quam opinionẽ eam profitẽdo cõmunem ſequitur Io.Igne.in.d.§.ſi quis in villa.Et profectò hæc ſententia tutior eſt tãetſi text.in.d.c.ſignificaſti, ſit intelligendus,ſecũdũ iuris Cæſarei diffinitionem. *Communis ſententia.* Ex qua perpẽdi poteſt,quod in.d.c. ſignificaſti.quoad iſtum caſum, clericus minimè cenſetur irregularis,quotiẽs apparet, vulnus ab alio illatũ non fuiſſe lætale, irregularis verò cenſetur,vbi cõſtat vulnus ab alio fuiſſet lætale,vel de hoc extat dubium,attamẽ neutro caſu decerni poteſt, ex quo vulnere percuſſus perierit,ex primo ne,an ex ſecũdo,vel tertio: tunc enim iuſtiſsime cõſtituitur irregularitas,vt ſuo declarabitur loco,at ſi primũ vulnus fuit lætale cõſtiterit ipſum percuſſum extinctum fuiſſe,& exanimatum ex ſecũdo vulnere: hæc etenim quæſtio,non diffinitur, in.d.c.ſignificaſti.teſte Anna.inibi.atque ideo eſt diffinienda ex.1.diſt.quam adduximus ad intellectũ iuris ciuilis. *De eadem re quo ad irregularitem.* Et tradit Nico Plo.in tra. de irregu.irregu.28.

Quoad irregularitatẽ,ſolẽt oriri contẽtiões,in ea ſpecie ſi à pluribus multis vulneribus,quorũ vnũ tantũ eſt mortiferũ, nec cõſtat,quis id vulnus intulerit.Et hãc quæſtionẽ gl.in.d.c.quieſcamus.ſentit expreſsim deciſam eſſe in præci.c. ſignificaſti.Tñ Io. Andr.inibi, & pleriq; alij dubitarunt.Specu.in titu.de diſpenſa. §. iuſta. nu.52. hãc quæſtionẽ indeciſam reliquit, ſicut & Hoſti.in titu.de homici.§.qua pœna.aſſeuerantes,quemlibet relinquendũ, & obligandum ſuæ conſcientiæ, vt potè, qui ſcit vulnus lætale dediſſe irregularem ſeipſum cenſeat,& iudicet. Idem profitetur Hoſtiẽ.& Cardi.in.d.c. ſignificaſti. & inibi Ioan.Andr. atq; Anna.nu.22.& fere omnes, hoc ipſum probant, & ſequũtur. Idẽ Nico.Plob.de irregu.reg.28. itidẽ Maria.Soci.in.c.ad audiendum.nu.46.de homici.qui tamẽ poſt pleroſq; alios admonet,in dubio,quo ad forũ cõſciẽtiæ,quod quilibet ex his abſtineat à diuinis,cõſulẽdũ eſſe,& perinde ſe exiſtimet irregularẽ eſſe.Quod videtur ſanè rõni cõſonũ ex.d. c.ad audientiã.de homic.vbi cõſtat in dubio,an quis ſit iudicandus irregularẽ eſſe quia id ſit iudiciũ tutiꝰ tex.ad id celebris. 10
in.c.ſignificaſt.2.vſ.qđ ſi decerni. de hom.

Nihilominus aduerſus hanc opinionẽ tot ſeculis,confirmatã quaſi penitus friuatã labefactemꝰ obijci poteſt, illud quod apertiſsimi iuris eſt irregularẽ nullo in caſu,eſſe cõſtituendũ,niſi iure Põtificio, id fuerit expreſsum.tex.in.c.ſi quis. de ſent. excom.lib.6.quẽ doct.præſertim Fran.cõmẽdarunt,idẽ Fran in.c.dilectis.col.4. de appel.Bartac.in tracta.de epiſco.c.vltim. numero octauo.& cum id fuerit, iure Pontificio,inductum,ac humano,nõ contingere, niſi ſit eodem iure diffinitum.Huic obiectio- *Contra aliorum ſententiam.*

obiectioni Ioann.Andre.Cardin. Abba.
Ann.& Socin.numer 46.in dicto. cap. ad
audientiam reſpondere conantur diſtin-
guentes inter forum interius conſcientię
& exterius iudiciale.Priori in caſu in du
bio tenetur,quis à diuinis abſtinere, & ſe
ipſum cenſere irregularē.cap.illud de cle
ri.excommu . miniſt. in poſteriori iudex
non poſsit irregularemipſum per ſenten
tiam pronuntiare , ſic ſane eſt intelligen-
dus tex.in dict.cap. ad audientiam , & ſi-
*Intellectus c.ad audien.* miles procedunt in conſcientiæ iudicio,
non tamen in foro iudiciali.Quæ ſanè dif
ferentiæ ratio,nequaquam eſt admitten-
da,cùm deciſio.tex.in præcita.cap. is qui
in conſcientiæ foro,itidem obtineat. Cæ
terum quod reſponſum eſt,in dic.c.ad au
dientiam,& ſimilibus iuribus,ad forū ex
terius & iudiciale pertinet, ſicut ex ipſis
conſtitutionibus deducitur,quo in nego
tio Inno.in dict.c.ad audiētiam indiſtin-
ctè profitetur in dubio, quem eſſe cenſen
dum irregularem. Siquidem tum iure hu
mano,ſit irregularitas introducta,quę ra
tio etiam militat,in animæ iudicio, ſicut
& in iudiciali,qua de cauſa cōmunem o-
pinionem ſatis eleganter improbat Mar
ti.Azpilcueta in cap.ſiquis autem de pœ
niten.diſt.7.nu.35.

Idcirco longè quidē aliter præter o-
*Cōis expreſſa* mnes doctores, opinor intelligi poſſe pō
11 tificia conſtitutio.in di.c.is qui,& in.d.c.
ad audientiam:nam vbi ſit dubium,an ir
regularitas inducta ſit in aliqua ſpecie iu
re pontificio,tūc nōn eſſe irregularem, cō
ſtituēdam, in eo caſu reſpondendum eſt,
niſi expreſſum id fuerit iure cano. Et vbi
ſimus certi iure irregularitatem induci in
caſu certo,& tamen ambigitur,an Petrus
irregularis ſit ex illiuscauſę ratione,& in
id viciū præter eam cauſam contraxerit
vt planè,nō de iure ſed de facto dubium
ſit tutor erit in vtroq; foro eligenda via,
eritq; Petrus irregularis cenſendus ad eū
effectum,quod abſq; diſpenſatione mini
mè diuinum officiūexequatur:quam ſen
tentiā deduci poteſt à præditis reſponſis
nēpe ex.d.c.ad audientiā.&.c.ſignific. in
2.de homi.Quòfit cū obuia erunt,quæ in
dictis Decretalibus tradūtur,erūt ſeruā-
de eorū deciſiōes adhuc in iudiciali foro
ſiue forū ſit exterius ſimplex iudicio ce-
pto,per accuſationē , aut denuntiationē,
quod eſt contētioſum, ſiue mixtum exte
riori:abſq; accuſatore & denūtiatore , li-
cet Felin.in.d.ca.ad audientiā , exiſtimet
dictā conſtitutionē,& ſimiles,in hoc vlt.
ſeruandas fore tantū . Idcirco præfata re
ſponſa erunt,ſic perpēſa ,ad vnguem me
moriæ commendanda,ne falſa eorum in
terpretatione deceptus in maiores lapſus
incidat , & ab optimis , inſtitutis merè
quis diſcedat.Vide lector, quiſquis veri-
tatem amasquam planus ſit is intellectus
qui ex ipſis pontificum reſponſis ineui-
tabiliter,imò ex ipſorū verbis fundatur
& eſt ratione & moribus ęquiſsimū.Quo
intellectu ſic perpenſo , ſecundum inibi
tradita in hac controuerſia potius acce-
derem etiam in foro exteriori opinioni
eorum qui probant, ſi à pluribus multis
vulneribus,quorum vnum tantū eſt mor
tiferum nec conſtat,quis id vulnus intu-
lerit hos oēs irregulares eſſe cenſendos.
Sic etiam placuit gloſ.in præcita.c.quieſ 12
liter vltimo nota.C.de non numera.pecu
nia aſſeuerans teſtem non poſſe id quod
in iudicio, dixerat infringere, aut retracta
re, in alterius præiudicium, & damnum &
iam ſi mortis tempore aſſeueret falſum di
xiſſe teſtimonium. Idem Salicet. Barto.
in dicta.l.ſiquis in graui.§.primo, per tex.
inibi Iaſon in dicta.l.prima, columna ſe-
cunda. de homicid. itidem columna pri-
ma, & Aretinus in capitu. ſicut nobis de
teſti.licet de hoc dubitet Roma. & Igne.
in dicta.l.ſiquis in graui.§.primo, Hippo.
numero.41. in dicta rubric. de fide iuſ. ff.
ab opinione tamen Bar.nec latum quidẽ
vnguem diſcedendum eſſe exiſtimo, quæ
& frequentiori calculo recepta eſt, teſte
Alexand.in.l. ſciendum columna.12.ff.de *Bar. opinio.*
verbo.obliga. Decio.conſilio.175.numer.
7.Alciat.de præſumptio regu.3.capitu.4.
numero.7.

Tertio, ex eodem fonte diffiniri pote-
20 rit ſi notarius à vita diſcedens in extremis
*De eadem re* conſtitutus profiteatur inſtrumentũ fal-
ſum confeciſſe in alterius præiudiciũ, vel
teſtis dicat protuliſſe teſtimoniũ falſum
minime nocet tertio illo inſtrumento vtẽ
ti ex Bald.in authen.ſi dicatur.C.de teſti.
itidem in dicta.l. ſi quis in hoc genus An
toni.ſignanter in capitul.final. de ſucceſ-
ſio.abinteſta idem cenſendum eſt, ſi & te
ſtis precio & præce corruptus falſum pro
tuliſſe teſtimoniũ fateatur, tertio non prę
iudicat ex Barto. Romano. in dicta .l. ſi
quis in graui in principio Roman. conſi-
lio.550 .Franciſ.Curti.conſilio.70.Anton.
Butricen.in capitu.ad audientiam de prę
ſcriptio.& in cap.comparati de appellat.
Barbat.conſilio.30.columna.6.volum.pri
mo, & tex.in .l.prima.§.ſiquis filium .ff.d
Carboniano edicto, & inibi Angelus &
Roman.Alexand.in.l.generaliter colum
na. prima.C.de nõ nume.pecunia. Barto.
in authenti.ſi dicatur columna. ſecunda,
eo titu.Ioan. Lopi. ſuper cap per veſtras
de donatio. inter.quinto, nota. numero.
10.ex nouioribus Alber.ſatis diligẽter in
capiulo, quoniam de hæreticis. libro. 6.
quæſtione .16.fol.163.Boeri. conſilio. 40.
nume.118.





21 Ex eodem ſtipite præ cæteris ſatis iu-
*De eadem re* re probatur iudicis aſſeſſoris ve teſtimo-
*quid deindi.* nium etiam in mortis articulo aſſeueran-
tis iniquam protuliſſe ſententiam in præ
iudiciũ Victoris minimè probare ex Bar.
& Ro.in.d.ſiquis in graui.§.ſiquis moriẽs
ni, forte fortuna eſſet iuris pręſumptio cõ
tra latam ſententiam ex mente Abba.
nume.12.in ca.2.de arbi.quem & alij idem
profeſsi ſequuntur. Bald. in.l.ſi teſtis nu-
mero.3. C. de teſti. Felinus in cap .literas,
numero.20.de præſcri.Iaſon numero.4.in
dicta.l.prima. de eo per quem factum erit
Angel.conſilio. 309.itidem & Imola in .l.
prima.§.ſi quis negat. ff. quemadmodum
teſtamen. aperian .Abba. in cap.cauſam
de teſti.Innocent. in cap.cum dilectus.de
election . quibus & plerique alij acceſſe-
re, quos congerit Boeri. dicto.conſilio.40
nu.119.

*Anto. opin.* His ſane perpenſis & ad pulmum re-
uulſis rationibus ſatis dubiam eſſe con-
ſtat Antonij opinionem hac in quæſtio-
ne, eo in loco cuius & antea meminimus:
à qua plerique alij doctores diſcedunt, in
ter quos & Alberti in cap.primo.de hære
tic. in.6.quæſtione. 16.numero.72.& ante
eum Imol. Areti.colum.vltim.Felin.con
cluſio.3 .in dicto.cap. cum in tua .Ego au
tem miror doctiſsimos viros hoc ita ſcri-
ptum reliquiſſe. In qua ſpecie, vt diluan-
tur errorum cauſæ noua fortaſsis erit ad-
hibenda diſtinctio, vt pote Antonij opi-
nionem nec omnino explodendam, nec
admittendam exiſtimo. Siquidem inſpe-
ctis negotij, loci, temporis perſonarumq;
qualitatibus, quantum fidei, & teſtimo-
nio teſti ſit detrahendum optimus iudex
arbitrabitur, ſit ne probatio ad ſententiã
ferendam ſufficiens, quod in ſpecie opi-
nionem Antonij intellexit Alexand.con
ſilio.224.numero.quinto libro.6.& ſic An
tonii ſententiam non offendi cõſtat. Quo
fit eam omnem doctorum dubitationem
exploſam eſſe.

22 His omnibus accedit, & illud extricã
dum infra quod tẽpus præſumi debet vul
neratum mortuũ eſſe ex vulnere, in quo
dubio in varias ſciſsi ſunt Sententias do-
ctores. Quorum magna pars in ea eſt ſen
tentia ſi ſane poſt triduum à vita diſcedat
ex .l.1.& inibi glo.de emenda .ſeruo.Bar.
in.l.finali.ad fi.ff.de ſica. Bal.in procemio
ff.col.5.glo.in. c.2.de cleri .percuſſo. & in
cap.preſbyterum de homicid.& in .c.con
tinebatur eo titu. Alij verò profitentur lõ
gè aliam ſententiam contrariam, ſi & is
moriatur infra quadraginta dies Anton.
Butri. in cap. præterea de cleri. percuſſo.
Angel. in dict.l.1. & in tracta.maleficior.
verſi.ex interuallo alij contraria cenſere
exiſtimantes infra ſexaginta dies, vti aſſe
uerat Papienſis in pract.ſua tit.de inqui-
ſitione.

Sunt tamen, qui opinentur, infra
octo menſes, dummodo non conualuerit
ſed continuo morbo laborauerit. Feli. in
dict.cap.preſbyterum Hippo.in.l.fin.nu
mer. 63.de ſicar.Bald. & Angel.in .l.quod
ſi nouit.§.ſi mancipium.ff.de ędili.edi.Flo
ria.in.l.ait Lex. ff.ad.l. Aquil.Socin.conſi
lio.178.Corne. conſilio.194. volu.2.itidem
conſilio.274. Bonifa.in Rubri.de inſultis
Anna.in dicto.c. præterea Ioan.de Arno.
in ſoliloquio. Alij verò opinantur relin-
quendum eſſe medicorum, & iudicantis
arbitrio ex vulneris qualitate, à vulnerati
valetudine Anton.in dicto cap. præterea
Bart.& Alexan.in.d.l.fin.de ſicar.Ancha.
conſilio.285.Anton. Abba. Felin.in cap.ſi
gnificaſti in.2. & in cap. preſbyterum de
homicid.docto. in.l.ſi ab hoſtibus .§.1.ff.
ſolut.matri.Cæpo.conſi.41.Bald.in cap.1.
quibus modis feudum amittatur Thom.
Gramma.conſi.49.altiori tamen commẽ-
tario id petendum eſt.

Eſt & alius iuris appendix in eadem
ſpecie hoc in tractatu diſputatione di-
gnum, quod & Baldus ſcribit in conſilio
105. ad euidentiam præmittendum eſt.
Et iterum conſilio.195. an vulnus fuerit
mortale, volumi. primo. & conſilio.202.
proponitur quod Titius percuſsit volu.
ſecundo. & in quodam alio conſilio.Bal.
quod admiſcuit lecturę inſtitutionum ad
fin. Cuius initium habet ad euidentiam
præmittendum eſt. Quo in loco ſex con-
iecit, coniecturas vt criminis homicidij au
thor immunis ſit à criminis pœna, & iti-
dem ſex coniecturas, in quibus vulnerans *Sex coniectu*
condemnatione dignus eſt. Quarum & il *rę crimi.*
la prima eſt de qua, & paulò antea memi
nimus ſi infra triduum, vulneratus à vi-
ta diſcedat ex gloſſ.in dicta.l.vnica quam
& inibi Cin. Faber. Barto. Baldus Ludo-
uic.Boloniẽ.ſequuntur & Bal.in.con.190

volum.primo.aſſeuerans, hoc argumen-
tum à natura aſſumi. Siquidem ſi percuſ-
ſus illico infra triduum deſcedat quodam
modo ipſa natura oſtẽdit, ex vulnere mor
tuum eſſe. & adſtipulatur illud Marci
13. vbi Pilatus autem mirabatur ſi iam
obiiſſet: & accerſito Cẽturione, interroga
uit eũ ſi iam mortuus eſſet Ieſus Anchar-
*Illud Ma.15* ran. ex illa gloſſ. idem profeſſus conſilio.
280. Alberic. in dicto. §. Celſus Flori. in prę
cita. l. ita vulneratus Cæpo. conſi. crimin.
28. column. quarta. verſi. item propter bre
uitatem temporis. Quibus admodum ſuf
fragatur tex. ad id oĩum præſtãtiſsimus in
cap. ad audientiam de homicidio inibi ali
quandiu vixiſſet. Et ita intelligendus eſt
tex. in ca. ſi qua fœmina ibi intra certum
diem. 50. diſtin. & tex. in ca. preſbyterum
inibi poſt paucos dies expiraſſet de ho-
micid. Quia exitus acta probat. l. rem nõ
nouam. §. patroni. C. de iudic. Bald. in. c. 1.
in principio quæſtio. 6. quibus mod. feud.
amittatur.

Secundo eadem ratione conſtat quod
*Ex breuitate temporis.* & gloſſ. in. l. ventri. ad fin. ff. de præuileg.
credi. adnotat, quod ex breuitate tempo
ris iuris præſumptio eſt, quod dictum vel
factum fuerit, & inibi Bart. expreſsim id
adnotat Cuma. in conſilio. 124. in princi-
pio columna. ſecunda. verſi. non enim prę
ſumitur Bald. in conſilio. 105. ad euidentiã
volum. 1. in ea de qua agimus quæſtione
exiſtimat homicidij reum eſſe vulneran-
tem ſi & percuſſus non ſolum intra tres
ſed intra quinque plures ve, dies diſceſſe
rit ea lege ac conditione, vt conſtet vuln9
eſſe letale incurabile abſque medicorum
ſpe, ſiquidem in ea ſpecie mors, & vulnus
ſe habent, vt cauſa, & effectus ĩmediatus
occcidere exiſtimetur, qui animam à cor-
pore ſeparat, ex præcitata. l. ita vulnera-
tus Bald. in dicto. conſilio. 302. colu. 2. ver.
& ex magna. diſtantia temporis. Et huius
ſententiæ authores habeo doctores in al
bo primarię doctrinæ poſitos inter quos
& Butricenſem in. c. 2. de cleri. percuſſo. Ia
ſon in. l. lecta. columna. 14. ff. certum peta
tur, Hippo. conſil. 7. nume. 27. & 31. volum.
1. Rip. in eo tracta. quẽ de peſte prodit fol.
82. num. 185.

Tertio ſunt, qui exiſtiment ex cap. cõ
tinebatur de homicidi. ſi & vulneratus in
fra octo dies, à vita diſcedat: quinetiam ſi
infra octo menſes, diſceſſerit, dum tamen
ex vulnerę homicidij. reus eſt criminis au
thor, ſicuti diffinitum extat, in dicto cap.
ſecundo. de cleric. percuſſo. Tametſi ſit lõ
gum interuallum, nihilo ſetius dicetur:
ex illo diſcedere vulnere. l. ait Lex. §. pri-
mo. ff. ad. l. Aquil. & inibi Baldus & Flori.
columna prima. verſicul. item nota, Quin 23
etiam, ſi intra annum moriatur, exiſtima
tur ex vulnere diſceſsiſſe, ex. l. in omnib9
in titulo. de plagijs, & compoſitio. libero-
rum homi. in libro feudorum. l. ſi quis
ſeruo alieno, & in. l. nõn omnes de pla-
gijs ſeruorum. Et huic ſententiæ tametſi
inuitus Abba. accedere videtur in dicto.
capitu. ſecundo. & Hippoly. in dicta. l. ſi
in rixa. numero. 63. exiſtimantes, quòd ſi
nunquam conualuit ex vulnere, ſed quo
tidie grauiorij dolore cruciabatur vulne-
ratus, ſi poſt annum, à vita diſcedat, ex
vulnere mortuum eſſe exiſtimatur. Ex *Quid ſi nũq̃*
quo præter alios ſubiicio intellectum ad *conluit.*
gloſſ. in dicta. l. vnica. de emenda. ſeruo.
intelligendam fore, ſi non conſtet poſt tri
duum, quòd vulneratus grauiori afficie-
batur morbo, vt vulgo circũfertur de ma
lo in peius. Quod ſi ita proceſſerit, nec
cum baculo ſurrexiſſet tametſi poſt ple-
roſque dies à vita diſcedat, exiſtimandus
eſt ex vulnere diſceſsiſſe, & inibi Bart. ta-
metſi grauatus, & quemadmodum inui-
tus huic intellectui accedere videtur Lu-
douicus Bolonien. idem profeſſus conſi-
lio quinto. Felinus in præcitato capitul.
preſbyterum nota. ſecundo. ſin minus.
conualuit, ac deinde diſceſsit, non præ-
ſumitur ex vulnere mortuus ſed ex alia
cauſa & in ea ſpecie criminis reus de occi
ſo non tenetur, Felip. Corne. hanc ſen-
tentiam veriſsimam eſſe putat conſilio.
194. in principio. litera. b. & c. volum. 1. Cę
po. conſilio crimin. qui pleroſq; alios ad
ad allegat.

Ex quo manifeſtum eſt, quod & Bald.
in capitu. primo. columna. vltima. de pa
ctis. adnotat, quod ſi ſtatuto municipa-
li ſancitum fuerit quod in extremis labo
rantes, abſque propinquorum conſenſu
contrahere non poſsint, quod ſi poſt con
tractum initum multis vixit diebus, non
dicitur in extremis laborare: longe qui-
dem aliter ſi ex illa infirmitate, eodem-
que morbo diſceſſerit ex textu ad id
præſtã



præſtantiſsimo in. l. alumnæ. §. final.
ff. de alimen leg. cap. Reinuntius verbo.
extremis de teſtamentis. Et inibi An-
dreas Bart. & in rubric. illius titu. nu. 14.
Nicholaus Boer. deciſi. 149. cuius initium
eſt, queritur an maritus poſsit ad finem.
24 Poſtremò ſunt qui exiſtimant, id iudi
cantis arbitrio eſſe relinquendum, an vul
neratus à vita diſcedat ex vulnere nec ne
ex qualitate, ſeu magnitudine percuſſio
nis ex dict. c. ſignificaſti & medicorum di
ctis in ea re, quibus ſtandũ eſt ex. l. ſemel
de re mili. libr. 12. C. Abba. vl. col. & Butri.
in dict. cap. 2. Bar. col penult. in præcita. l.
ſi in rixa. Gandi. in tracta. malefi. titu. de
homicidi. verſi. quæro etiam Franciſ. Are-
tin. in cap. propoſuiſti de probatio. An-
gel. Areti. in verſi. ex interuallo in tract.
maleficior. Decius conſilio. 415. numero. 7
Bonifacius de vitalinis in tracta crimi. ti.
de inſultis & percuſsio. nume. 16. Et ante
hos Bar. in dicta. l. ſi in rixa. ad finem & in
ſuo tracta. de percuſsioue Baldus in. l. le-
cta. & inibi Iaſon colu. 13. ff. ſi certum pe-
tat Socinus conſili. 178. volum. 2. Hippol.
in. l. 1. §. ſiquis vltro. ff. quæſtio. Ioann. Ber
be. in ſuo viatorio iuris. tit. de homicidiis
verſi. aduertendam. Ita quidem iudex ar-
*Ex aſſertiõe medicorum.* bitrabit, ex aſſertionibus medicorum, an
ex vulnere, alia ve cauſa mortuus fuerit,
ex. l. huic ſcripturę. §. ſi ſeruus ad. l. Aquil.
ff. Salicet. in dict. l. vna de emenda. ſeruo.
Guido Papa. his omnib9 accedit, ſingula.
391.

His tamen ſic perpenſis præter has ra
tiones minimè deſunt authores qui & cõ
trarium aſſeuerent exiſtimantes commu
nem medicorum opinionem eſſe vulnere
letali affectum vltra quadraginta dies vi
uere non poſſe ſicuti & Angel. in dicta l.
vnica exiſtimat Auguſti. Arimi. ad Ange.
in tracta. malefi. in. verſi. ex interuallo in
ſecũda additione & præter hos Guido de
de Gauliaco. in tracta. de chirurgia. tit. de
vulneribus. c. 1. col. 7. præfiniit ad quadra
ginta dies vſque in hac controuerſia an-
tiqui patres, & neoterici adeo inuolue-
runt vt nulla ferè eorum ſententia ſibi cõ
ſtet, quæ res efficit, vt in his, quæ dubia
ſunt nihil verum teneri nec falſum verti
poteſt. In quo dubio ſi conſtet vulnera-
tum ex percuſsione mortem obiiſſe tunc
25 nihil refert ad punitionem, quod ex in-
teruallo vel intra breue tempus deceſſerit
Bart. in dicta l. vltima ad finem, & inibi
Hippo. numero. 63. itidem conſilio. 7. An-
charran. Cardina. Abba. & Felinus in di-
cto. cap. preſbyterum Annan. in dicto ca-
pit. ſecundo. de clerico. percuſſore tex. ad
id elegãs in. l. ait Lex & in. l. ſi ex plagiis
in principio. ff. ad. l. Aquil. explicat Ab-
ba. in. dicto cap. ſecundo. tametſi præſum
ptio non leuis ſit mortem ex vulnere nõ
eſſe ſecutam, quando percuſſus ex inter-
ualo mortem obiierit præſertim poſtquã
ſemel conualuerit tex. ad id præſtantiſsi
mus in præcitato. cap. preſbyrteũ & in
cap. ſequenti & in dicto. capit. ſecundo. &
in cap. ſi qua fœmina iam citato. gloſſ in
dict. l. prima. C. de emenda ſeruorum. hoc
tamen opinor iuxta medicorum iudiciũ
cenſendum vti Bar. & alij huius farinæ au
thores notant in dicta l. vltima Ancharr.
conſilio. 283 Bologninus cõſil. 5. columna.
2. atque ita viſum eſt omnibus doctori-
bus, quorum ad hanc quæſtionem ſupra
mentionem fecimus, nec aliter poterit. q.
iſta diffiniri, quę oĩa maximo apice deſer
uire vidẽtur, quoad irregularitatis pœnã
& quo ad homicidij vel vulneris illati or
dinariam vel extraordinariam punitio-
nem. *An idẽ ſit in quadrupede.*

Illud tamen vtiliter inquirendum erit
an & quę de homine vulnerato, paulò an
tea meminimus, ſi infra triduũ moriatur, 26
an idem cenſendum ſit, in equo, alia qua-
uis quadrupede vendita ſi poſt celebratã
venditionem intra triduũ moriatur, mor
boſa cenſeatur tempore venditionis nec
ne vt agi poſſit ad precium contra ven-
ditorem, & in ea ſpecie Ioann. Andreas,
ad Specu. titulo. đ emptio. & vend. §. ſcien
dum verſicu. & nota quod in venditione
affirmat quòd ſic. Ioann. de Montal. idem
profeſſus in. l. ſiquis cum aliter. ff. de ver-
bo. obligatio. Iacobus de Sancto Georgio
in. l. paciſci. numero. quarto. ff. de pacti.
Franciſ. de Ripa de peſte fol. 82. numero.
184. & iterum nume. 186. Alexand. ad Bar.
in dicta. l. ſi in rixa. in vltima additione
Hippoly. in dicta. l. ſi in rixa. numero. 65.
& in. l. ſtatu liber. columna ſecunda. de
quæſtio. 27

Illud tamen obiter diſcutiendũ erit, in
hoc dũtaxat tractatu quod & iudicãtib9
quotidie obuium erit ne fortè fortuna in
iudi-

*In iudicãda vulnera letalia.*

iudicanda vulnera letalia in errorem labantur, aliqua eſſe conſideranda: quæ & hanc diffiniant queſtionem & illa eſt maxima coniectura: vulnere letali affectum ex eodem vulnere deceſsiſſe, ſi & nauſeabundus ſit, & febrem ab initio vulneris habuerit, ex Bal. in dicto cap. ad euidentiam, cum & effectus cauſam ipſam oſtendant, & ſigna vltro citroque penſitata ad oculum cauſam demonſtrent. l. 1. ff. de ventre inſpici, & cõtinuus dolor infirmi, ex Bal. dicto conſi. 195. col. 3. Abb. in. d. cap. 2. & de febre ex vulnere ſuperuenienti ex tex. in dict. ca. preſbyterum, & inibi Ioan. Anna. & Fel. col. 2. Cæpo. conſil. crimin. 62. col. 3. Socin. conſi. 26. col. 2. Alexã. conſi. incipi. vt oportet Raphael Cuma. conſi. 134. Corne. conſi. 194. in litera. v. vol. 2. Signorol. de home. conſilio. 156. Tancredus, in compendio ſuo tracta. 13. quæſtio. 19. Gandi. loco præcitato. Hinc etiam cõſtabit, vulnus eſſe letale ex vulneris latitudine. l. vulneris magnitudo. ff. de iniur. Angel. in conſi. 190. c. vltimo de homicid. libro. 6.

*Ex inſtrumẽti qualitate.*

Alia erit coniectura, ex inſtrumenti, qualitate, quod non conſueuit leue inferre vulnus ex. c. ſignificaſti & inibi Felin. col. 4. de homicid. l. 1. §. diuus & in ver. ſed ſi claua. & gl. ibi in verbo. percuſſerit Angel. & Hippol. ff. de ſicar. Bal. in conſilio. 302. co. 1. eo maximè ſi in capite alio ve periculoſo loco percuſſus foret, Maria. Socin. in cap. de his col. vltim. de accuſa. Fel. & docto. in. d. c. ſignificaſti Deci. con. 415. nume. 9. Angel. in. l. ſi quis in metalum de pœnis. Ex quibus, & pleriſque aliis, qui indicandi munus habet, vltrò citroq; pẽſatos cõſiderabit an ex vulnere à vita diſceſsit percuſſus nec ne alia erit coniectura vt immunis ſit is qui vulnus intulit ſi vulnerati eſſet robuſta & fortis natura, quæ bene cuſtodita rarò periret. Siquidẽ dura textura, duraque cutis difficulter ſoluitur, ex Baldo in dicto. capite. ad euidentiam vt ſunt mulieres, quæ grauiora ſuſtinent vulnera quam viri gloſſ. in. l. nihil verſi. tam grauia. ff. de adulte. Alberic. in. l. ſi inter virum & Socinus. in. l. qui duos. §. ſi maritus. ff de reb⁹ dubi. Nicholaus Boeri. numer. 25 in deciſio. 323. ſecundæ partis & nos de quæſtionibus tractantes pleniori trademus manu.

*Quid ſi negligentia obiit.*

Alius ſubiicitur, caſus vbi homicida immunis eſt, quando vulneratus propter negligentiam adhibitam in cura obiit. l. qui occidit. §. fin. ver. ſi. ad. l. Aquil. ff. glo. quæ expreſsim hoc ipſum vult in. l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ff. ſolu. ma. & inibi. Baldus Imol. Alexand. & Iaſon & Paulus Caſtr. doctores in cap. propoſuiſti de probatio. Ex quibus intelligenda eſt gloſſ. illa celebris, de qua & paulò antea non ſemel meminimus in. l. prima. C. de emenda. ſeruo. diffiniens, quod ſi vulneratus conſurgit, & ſuper baculo deambulauerit poſt triduum præſumptio iuris non eſt ex vulnere deceſsiſſe potius ſed negligẽtia, & incuria, ipſius vulnerati. Quam & inibi Sali. & plerique alii exiſtimãt pro ſingulari. Cuius gloſſ. ſententia, quàm ſit à ratione deuia, & ſanè ab albo primariæ iuris doctrina reiicienda. Siquidem ſolum attẽdi debet, an vulnus mortale fuit nec ne: an ratione vulneris deceſſerit non verò an infra triduum vel poſt aliud ve tempus, ambulauerit, vel ſanè in ea ſpecie erit intelligenda vulnus præſumi non eſſe mortale, quando poſt triduum aliud ve breue tempus ambulauerit ex Bald. & Sali. inibi Bart. in. l. final. ff. de ſicar. numer. 12. Baldus in. l. prima. de ædili. actio. cap. nume. 12. Abb. in. c. 2. de cleri. percu. Felin. in. d. c. preſbyterum Hippol. in practi. ſua. §. ſed quia col. 3. n. 16. 28

## Ex capitulo ſequenti.

1 *Homicidum a famulis, vel conſanguineis cõmiſſum, an ſit domino imputandum?*

2 *Homicidium a famulis commiſſum in dubio dominum criminis reum non facit.*

3 *Dominus tenetur ex delictis ſeruorũ vel conſanguineorum, improborum, quos domi ſuæ alit.*

4 *Famuli vel conſanguinei ſi domini contemplatione delictum perpetrarint, pœna ordinaria punitur dominus.*

6 *Dominus an teneatur homicidii, ſi paulò ante quam famulus homicidium patraſſet, ei in aurem loquutus fuiſſet.*

7 *Intellectus ad cap. Pet. de homicid. analyticè declaratur.*

Cap.



## C. Petrus de homic. agẽs de amicis conſanguineis ve, & famulis, dominorum contemplatione delinquentibus, quædam reſponſa, veterum explicat. Cap. XIIII.

Aggrediamur illam quẽſtionẽ Deo auſpice, in qua apud literatos necdum dubitari conſueuit, homicidium, maleficium ve à famulis vel conſanguineis commiſſum, ſit ne dominus aliqua afficiẽdus pœna, ſecundo an in irregularitatẽ criminis reus incidat, multis hæ duæ quæſtiones argumẽtis cõfulciũtur quarũ prima multiplici veſte ornatur à doctorib⁹ noſtris vt etiam frigore intentiſsimo caleſceret tamen ſunt veſtes inutiles ideo breuitati ſtudens, has quæſtiones ad examen deducam & in prima ſolet non infrequẽter ambigi homicidium à famulis cõmiſſum conſanguineis ve domino imputandum eſſe. Conſtat primo ex ſententia Ciceronis in verrem. 4. actio. Siquidem cum verres ſe defenderet ab obiecto crimine, qđ pecuniam quampiam, quæ malè, & iniuſtè, ablata fuerat non accepiſſet, ſed Volcatius, qui è commitibus eius erat. Cõmites, inquit, ille tui delecti, manus erant tuæ, Quo quiſque te maximè cognitione affinitate, neceſsitudine aliqua attingebat, ita maximè man⁹ tua putabatur. Ac rurſus primum omnium opera tanta danda eſt, vt eos nobis conducamus, qui noſtræ famæ capitiſque conſulant, deinde ſi in hominibus eligendis nos ſpes amitti ve fefellerit vt vendicemus, miſſos faciamus ſemper ita viuamus vt rationem reddendam nobis arbitremur. Ac deinde ait ſed cum & tuos amicos in prouinciã quaſi in predam inuitabas, ac cũ illis ac per eos predabare non ſtatuebas tibi non ſolũ de te, ſed etiam de illorũ factis rationẽ eſſe reddendã. & inibi alia quoq; multa in hanc ſententiam. Cæterũ Tullius in. 5. actio. in Verrẽ in ea eſt ſentẽtia ſocij putãdi ſunt quos inter res cõmunicata eſt. Itidem pro Roſcio Amerino, in hæc ait verba, in rebus minimis ſocium fallere turpiſsimum eſt, propterea quod auxiliũ ſibi ſe putat adiunxiſſe: qui cum altero rẽ cõicauerit, ac proinde nobiles teneri & quoſcunq; alios de ſuorũ famulorum facinoribus ex tex. c. conſtitutis. Et. 2. & inibi glo. in verbo. veriſsimile de teſta. cui ſimilis clem. ne in agro. §. porro. in verbo. familiaribus de ſtatu. Monacho. glo. quę expreſsim hoc ipſum vult in. c. cum ad ſedem in verbo. interdictum verſi. ſed non ex eo de reſtit. expo. Quibus accedit Bar. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pretori queſt. 10. ff. de noui. ope. nun. Alberi. in. 1. ſtatut. par. q. 50. & pleriq; alii in ea ſunt ſentẽtia. Quos cõgerit Felin. in. c. Petrus de homicidio ex Andre. Alcia. in tracta. præſum. regula. 3. preſump. 40. num. 4. itidem in. l. pronũciatio. §. ſeruientium. ff. de verb. ſigni. & ſcribit. Iuuenalis, maxima queque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Et Cice. lib. 2. de diuinatione, ait nõ domo dñs, ſed domino domus honeſtanda eſt. Verũ. n. vero doctores hanc. q. nõ ſatis diſcuſſere, tametſi tota iuris ſchola in hoc ſentiat, ſicuti conſtat ex Lud. Carre. in practi. crimi. §. homicidium nu. 39. & . 56 & Anto. Gome. c. 3. delicto. nu. 47. nobilitati decorati & alii, qui quidẽ in famulatio eorum ſunt ac in contubernium ſicarios lenes, idq; genus improbos quoq; retinẽt ex eorum delictis dubio procul teneri cõſtat. Iuris apertiſsima preſumptio cõditionẽ illorũ notã fuiſſe nec aliqua tergiuerſatiõe poſſet celari, nec vtiq; eis licuit đte ſtabiles hoſce domi habere & fauoribus proſequi.

Cæterũ in dubio minimè delictũ à famulo cõmiſsũ, dñm criminis reũ facit nec itidẽ cõmiſſum à cõſãguineo amico ve ſicuti in hac ſpecie probat tex. in. c. Petr. đ homicid. & inibi paſsim. dd. glo. celebris in. c. qa preſulatus. 1. q. 4. & arg. optimo de ſeruit tex. in. c. ſicut tuis đ Simõ. c. ad ſedẽ & inibi glo. mag. de reſt. exp. Cui ſentẽtię accedit Bal. in. l. ad inuidiã. C. quod met⁹ cauſa itidẽ in. l. 1. C. de ſerui. fugi. col. 4. n. 11. & in. c. veritatis đ dolo. & cõtu. n. 5. Specul. idẽ profeſſus in titu delega. §. iuſta. n. 83. verſi. quod amici mei Oldra. in conſilio. 92. rex habeat. Et huius ſententiæ ſunt doctores in albo primariæ doctrinæ 2

*Cicero.*

*Tullius.*

*Iubena.*

*Cicero.*

*1*

poſiti

poſiti,inter quos& Rom.in.l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prętori col.2.ff.de operis noui.nuntia Bar. quæſt.10.& inibi Alexan. num.24.Iaſ.num.14.Abb.in cap.cum cauſam & in cap. conſtitutus de in integr.reſtitu. Boni.in. titu. quid ſit accuſatio ad finem.Iaſon.in.l.ciuitas.2.col.ff. ſi certum petat. Fel.in.c.Petrus id ſerioſè explicat pluribus axiomatibus de homicidio.nu.2.Ludo.Carre.in practi.criminali.§.homicidiũ nu.39.&.56.pagin.300.& nouiſsime Antonius Gome.c.3.deliĉtorum num.47 & Tiraquel.in tracta. de nobilitate.q.23. nume.9. itidem de primogenitura quæſ. 37.nume.125.poſſet prædicta ſententia vltra oĩa ſupra allegata corroborari ſumpto maximo argumento.à.l.qui accuſſare.C.de edendo:ſiquidem deficiente probatione dominum minimè teneri cõſtat eo maximè in criminalibus. l.ſingu.C.de accuſſa. l.actor quod aſſeuerat.C.de probatio.atque huic ſententiæ accedit ex ſũmiſtis Angel. in ſumma. verbo. homicidium.1.§.2. Hippol.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtionibus Fran.Purpuratus.nume.8.in præcit.l.qui accuſſare.l.39. titu.2.parti.3.l.1.titul.6.libr.1.foro.legum. *Argum.*

3 His quæ modo diximus quibuſdam contrarium videtur,ſiquidem qui cõſanguineos famulosve improbos ſceleratoſque habet in domo ſua teneri conſtat ex illorum deliĉtis, ſicuti mirum in modum adnotat Cardi.Cabar.in clemen.ne in agro.§.porro.de ſtatu monachorum Petr. Ferra. in pra.in forma inquiſitio. verbo. tranſeat nume.6.Iaſon.in.l. age cum Geminiano num.7.C.de tranſa.Decius. in.l.3.nume 8.& inibi Curtius.Iunior.num.9. & plerique alii neoterici idem adnotant C.de pactis. quibus acceſſere,nec admodum inuiti Felin.in. ca.Petrus.num.7.de homicidi. Alcia.in tracta.præſumptio.3. regul.præſump.40.Fran.Zoanetus Bononienſis in conſilio.27.n.6.Albertus Gan. in tracta.malefi.titu.de præſumptio. & inditiis dubitatis col.4. verſi. præſumptio enim naturæ eſt,cũ pleriſque aliis quę cõgerit Andre. Tiraquel.in.l.6.connubiali. numero.6.pro qua recepta omnium ſententia ſunt iura ad id⁹ præſtantiſsima in cap.nulli de accuſſa. & in.l.fin. de abigæ. quorum ratio ea non inconcina aſſignanda eſt: ſiquidem ex ipſorũ deliĉtis dominum teneri conſtat ex eo,quod iuris præſumptio eo tendit,quod in ſuis deliĉtis pſeuerabunt, regula ſemel de regula.iuris. libr.6.& dominus in ſuo famulatu eoſdẽ recipiens præſumitur de illorum morib⁹ ac conditione eſſe inſtructum ex.l. fin.§. ſeruorũ. ff.nautæ.caupones ſtabula. Nec obſtat ſi aliquis obiiciat,dominum minimè teneri eo:quia vulgo circunferri ſolet quemlibet præſumi bonum,ni & contrariũ probetur.c.dudum de præſumptionibus glo.paſsim recepta.in. ca.1. in verbo. extimare de ſcrutinio & in.l.cum pater.§ rogo.de leg. 1.ff.eaque naturæ præſumptio.eſt glo.communi conſenſu admiſſa in l.fina.C.quod metus cauſa Ang. in.l.ſciẽdum ad finem. ff.de verbo.obli. Hippol. idem aſſeuerans in.l.1.num.67.C.de ſicar. Socinus in regula.34. Feli.in cap. dudum an.11.ad.16.vſque pręcitato. Berna.Diaz in regula.64. & ante hos Iacobus de Bello viſſo.per tex.inibi.in.l.omni modo.C de inofficioſo teſtam. Quorum doctorũ ratio quominus iſthæc noſtra ſententia obtineat nemo ſanę mẽtis defitebitur,ſiqdem eo tendit,ni aliqua eſſet infamia,vel præſumptio vt pote in noſtra ſpecie domin⁹ tenetur de familię facto quotiens familia eſſet infamata ſicuti adnotant doctores in.l. qui iuraſſe.§.quid tamen.ff.de iure iur.Bernardus Diaz in regu.140.quã communi conſenſu receptam ſentẽtiam intelligendam fore opinor dominum teneri,non tamen eadem pœna qua & ipſi famuli cõſanguinei ve criminis rei cohercendi erãt, ſed vtique iudicantis arbitrio ex Inno. ca.quia veriſſimile de præſumptio num.2.aſſeuerans vbi quis ex præſumptionibus pœna cohercẽdus eſt.Summa ope niti decet iudicibus pœnam alleuiare,quo in loco id communi conſenſu adnotant doctores inter quos Abb. & Feli. num.6.& huius ſentẽtiæ authores habeo Tho. Gram.in deciſione.42. num.13. Decium in cap. tertio loco. nume.6.de probatio.Iaſo. in.l.1.nume.21.ff.ſi certum pe. eundem in.l.1.nume.28.C.de ſeruis.fugitiuis. & hanc Innocẽtii ſententiam frequẽtiori doctorũ calculo eſſe receptam profitetur,Ioan.Lopi.in allegatione hęreſis. §.11.idemque profeſſus Iacobinus.nume. 7.in rubri.ff.de probatio. & potiſsimũ ea poſſet aſſignari ratio, qa in hac ſpecie dominus

*Cõis ſentẽtia* · *Infamata familia.* · *Cõis ſentẽtia*



minus potius de culpa,quàm de dolo circunueniendus eſt,ex Baldo in.c.veritatis.n.5. de dolo & contumacia. c. culpa caret. de regu. Iuris.à qua ſententia præpoſitis quibuſdam iuris aſſertionibus,aliquot excipiũtur caſus, in quibus iſthæc ſententia locum ſibi non vendicabit.

4 Et ex hijs primus ſubijcitur caſus, ſi ſanè famulus conſanguineus ve domini contemplatione deliĉtũ perpetratum eſſet,pœna deliĉti ordinaria, qua & criminis rei puniuntur afficiendus eſſet dominus ex Barbatio in.c.1. n.34.de officio deleg.Bal.in.l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prętori. ff. de noui.ope.nuntia.vbi in ea eſt ſententia famulum iudicis verberantem appellantem iuris eſſe præſumptionem iudicis mandatũ præceſsiſſe. Bar. Alex. Bal. & pleriq; alij neoterici in dict.l.1. C.de ſeruis fugi.Quibus,ſubſcripſere Math.afflict⁹ in cõſtitutiõe Neapolitana. libro primo.rubrica. 12.n.18.Hippolitus in cõſilio.20.n.1.& ſerioſè id explicat Felinus in.c.mulieres de ſentẽ. ex communicatio.n.4. ꝙ ſi,deliĉtum famuli cedat in commodum domini,atq; eius contemplatione, ipſi domino imputetur ex docto. pręcitatis. *Verberãs appelantem.*

Ex quo pleraq; alia diffinire poſſent huic rei maximè neceſſaria. Et primò ſi aliquis deliĉtum perpetrauit, in alicuius commodum, tametſi ad ſuam notitiam non peruenerit,teneri probat Bar.in.l.de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui.ope.nũtia. Ioann.Anna. Feli.in.c. Petrus diacon⁹.de homici.Barba.in c.1.de offi.delega. col. 8. exprę ſsim difinientes deliĉtum famuli, domino imputari, ſi ad commodum cedat domini,diſtinctione vſus de qua per doctores inibi, an conſanguineus certior factus fuit,de deliĉto futuro,& potuit prohibere,ſi nõ prohibuit,eidem imputatur, aut ignorauit prorſus. Et in ea ſpecie domino non imputatur,nec conſanguineo.Aut ſumus indubio ſciuerit necne an ignorauerit, & in ea ſpecie,aut factum eſt ſucceſsiuum,& præſumitur ſcientia,aut eſt momentaneum. Et tunc ignorantia præſumitur,ex Bar. & docto.in præcita.§.ſi quis ipſi prætori.Barba.in c.conſtitutus.de teſti.Alex.conſi.69.n.9.vol. 2. exiſtimantes deliĉtum à filio perpetratum in his quæ patris cauſam concernunt,de patris voluntate factum eſſe præſumitur.Quod ipſe veriſsimum eſſe intelligerem,quãdo qualis,qualis pręſumptio eſſet contra patrem.ex Hippo.conſi.3.n.18. & ex nouioribus Frãciſ. Abiles.c.1.prætorum fol.55.& rurſus.c.4.fol. 106.tametſi quibuſdam viſum fuerit prorſus contrarium, niſi & mandatũ expreſſe vel tacitè interueniſſe probauerint maximè in criminalib⁹,ex tex. in.l.qui accuſare.C.de ædẽ. & in.l.ſinguli.C.de accuſa.& in.l.actor quod aſſeuerat.C.de proba.c.quia præſultatus.1.q. 4.& glo.imbi diffiniens, ſi & cõſanguinei offenſi inimicum percuſſerint,nõ teneri,offenſus,ni mandatũ, offenſi probauerint probat tex. in.d.c.Petr⁹. c. ſicut tuis deſimo. c. cùm ad ſedem de reſti ſpoliata. iuncta glo.magna imbi Ex qua diffinitur,quod expoliatiõe facta per conſanguineos, amicos, familiares, famulos,non teneri,niſi & mandatum probetur. Bal. idem profeſſus. in. l.ad inuidiam ad fin.C.quod metus.cauſ.itidem in.c. veritatis. col.2.n.5.de dolo.& contuma.& in. l. 1. C.de ſeruis fugitiuis.n.11.ſpecula.in. tit. de legato. §.iuſta.n.53.verſi.quod ſi amici mei. Et huius ſententiæ authores habeo Roma in.l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.col.2.ff.de ope. nõ ui.nuntia & inibi.Alex.& Iaſ.ille.n.24.hic. n. 14.Sũma angelica.in verbo homicidium.1.§. 20. Felin. ſerioſè id declarans.n.20.in precita. c. & Petrus tametſi ab hac ſententia, ſub nube,diſcedat.Bar.n.19.in.d. §. ſi quis ipſi prætori.Cui & Alex.& Iaſ.diligenter eidem ſatis faciunt,ipſe tamen exiſtimo quod ſicut iniuria illata eſt,certior factus eſt amicos velle occidere iniuriam ve irrogare offenſori.tenetur quidem ex eorũ facto,ſi & prohibere potuit, & non prohibuit, ſicuti argumento optimo deſeruit.tex.in.l.2.cum alijs.ff.de noxa.& in. l.3.verſi.item is. ff.ad.l. Corne.deſica. & in. c. cõſtitutis.in.1. deteſti.&inibi. Abb. Et huius ſententiæ authores habeo Fabrum.in.§.1. inſti.denoxa.col.2.Bal.n.5.in.d.c. veritatis. Felin.n.6.in pręcita.c.Petrus.Alex. & Iaſ. his in locis, quibus & antea meminimus.atq; ideo. ſecundus erit caſus in ea ſpecie, quãdo cuius cauſa perpetratur deliĉtum potuit prohibere is conſentire viſus eſt,ſi non prohibuit.teneri cõſtat ex.c.Petr⁹ de homicidio,& quo ad irregularitatẽ in hac ſpecie nos ſtatim tradem⁹.

*Deliĉtum ad commodũ alterius.* · *Optima iuris diſtintio.* · *Intellectus quæſtionis.* · *Expolliatio facta per cõſanguineos an teneatur dñs.* · *Bar. ſentẽcia exploſa.* · *Quid ſi certior factus eſt an & teneatur.*

Subſequenter ad ampliorem declarationem ſupereſt caſum non omnino facilẽ ſubijcere, quotiens quis tractatui præſens fuit ſuper occidendo eius inimico,dominum teneri conſtat.ſi quidẽ tractatus homicidij ſit eius cauſa,eoq; conſentiẽte,ſicut argu.optimo deſeruit.tex.in.l.qui patitur.ff. mandati. Clem. 1.de procurato.l.fili⁹ familias. ff. ad Macedo:

c.conſtitutis in.1.de teſtibus Abb.& Felin. in dicto.c.Petrus.Iaſ.omnium diligentiſsimè in l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori n.14. ff. de noui.ope.nun.quod dominus conſentire delicto videtur, ſi ſanè ipſe quod eſſent facturi famuli in iniuriæ ſibi illate vindictam ſciuit, non tamen prohibuit.& huic quæſtioni tandem à plerisq; ſic reſpõdetur,quos diligenter congerunt docto.præcitati.

*Dominus videtur delicto conſentire.*

5 Quart⁹ ſubijcitur caſus in quo inſignis eſt admodum & perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſq; profeſſoribus non infrequenter diſcutitur,cuius examen ex profeſſo adnotant doct.in.l.ſi quis mihi bona.§. pater Seio. per tex.inibi Bar.n.2 ff.de acq.hæred. Si ſanè dominus,cui illata eſt iniuria dixerit famulo cõſanguineo ve, ne reuertaris domum niſi ſentiam nouum de te, in ea ſpecie ſi famulus aliquem occideret dominum de homicidio teneri conſtat, & huic ſubſcripſere ſententiæ Abb.Anchari. Sumẽtes rationem ex tex.ibi in.c.ex literis de exceſsi.prælato.Alex.in cõſilio.127.n.4.Ripa.in.l.ſi vẽtri.§.fin.n.4. ff.de preuilegijs creditorum. Iacobino de S.Georgio,in.l.1.n.6.C.de ſeruis fugi.Angel.areti in maleficiorum,tracta.in verbo & Semproniũ mandatorem.n.42.& inibi Ariminẽſis ad Angel.hanc Bartoli ſententiam profitetur, communi cõſenſu eſſe receptam. Cuius meminit Alex.idem profeſſus,in conſil.128.n.5. vol.4. & ſerioſè idem explicãs accedit Felinus in. c. auferte.n.3.de præſumptio. Et pro hac omnium recepta ſententia adſtipulatur id quod ſcribit Bart.in.l.3.§.ſi procurator.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine,itidẽ in.l. ſed ſi vnius.§.ſeruus.n.2.ff.de iniurijs, vbi ex profeſſo in ea eſt ſententia. Vbi ſi propter iniuriam alteri illatam alius quiuis, aliquẽ interimat cui quidem ex neceſsitate eidem tenebatur, obedire,dictiſq; eius obtemperare homicida exiſtimandus eſt,Pro qua ſententia eſt tex.ad id præſtãtiſsimus in. l.ita tamen.§.geſſiſſe.ff.de adminiſtra.tuto.tex.in.c.mulieres de ſenten. excõ. & inibi expreſsim ad hoc notat. Abb. n.9.& Felin.n.2.Quibus acceſſere Hieronim⁹ Gratus.conſil.5.n.11.vol. 1. Math. afflictus in cõſtitutio.Neapolitan. lib.1.rubrica. 12.n.17.

*Cõmunis opinio.*

His ſanè præmiſsis plura, quæ iuris vtriuſq; interpretes varijs propoſitis diſtinctionibus adducunt, pro extricanda iſthac ſententia,tribus duntaxat iuris axiomatibus complectar in hunc modum. Primo frequentiori doctorum calculo receptã ſententiam procedere,ſi dominus famulo conſanguineo ad aurem loquutus fuiſſet, & paulo poſt famulus aliquem interemiſſet,dominũ teneri ac perinde ex eius mandato pręceſsiſſe cõſtat ex glo. paſsim recepta in.l.ſi ventri.§.finali.ff. de preuilegijs credito. cuius meminit idẽ profeſſus Bal.in.l.multum.col.2.C.ſi quis alteri vel ſibi itidem in.c.veritatis.col.3. de dolo & contumacia,& in.l.1.col.4.C.de ſeruis fugiti.Ioan. Anna.in conſil.23.Hipolitus in.§.præterea.l. 1.n.27.ff.de quæſt. Grattus in conſil.110.n.11. vol.1. Quibus nec admodum inuitus accedit Felin.in.c.1.n.12.de officio delegati Alex.in.l. ſi cum dotem.§.ſi mulier notabile.2.ff.ſoluto matrimo. Et ante hos expreſsim profeſſus Bar.in præcitata. l. ſi ventri.§.fin.n.1.& inibi Angel. Alia ſubijcitur ſpecies, in qua gladijs acutis à doctoribus dimicatum eſt, intelligẽdo ſanè ſecundũ communem ſententiam dominũ teneri de homicidio, tametſi dominus, qui eidem famulo alloquut⁹ eſt auriculariter & expreſsim inhibuiſſet, ne inimicum occideret ſuum nihilominus homicidio perpetrato dominum teneri conſtat, ex. c.fin.de homicidio lib.6.Marianus Soci.in.c.ad audientiã.n.63.de homicidio Iaſ.in. l. 1. an.28.ad.38. vſq; de ſeruis fugi.præpoſitis quibuſdam iuris aſſertionibus id declarat. Cuius meminit Ber.Diaz.in regu.201.& ante hos Bal.in.l.nõ ideo minus.n.34.c.de accuſatio.& matheſilla in ſingul.188.ad finem.Quæ omnia ſuprà alia in quæſtione negotiũ nobis fuit.Illud tamen nõ omittã,quod & Bar.in ea ſpecie ita reſpõdit in.l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit,Sumẽs rationẽ ex tex.inibi.ff.de acqui hęredi.pœna criminis ordinaria militi, Florentię impoſitã fuiſſe aſſeuerat,qui iſthęc verba protulit,Bal.Ang.Imol.Paul.Caſ.areti.& Roma.idẽ exiſtimauere inibi.Abb.in.d.c.ex literis.& inibi ancharr.col.2.Bal.in.c.veritatis.de dolo.& cõtu.n.5.Abb.in ca.penulti.n.20. ne cleri.vel mona.Ange.in maleficiorũ.tract. in ver.Semproniũ mandatorẽ.quæſtio.21. & inibi Auguſt.Arimi.ad Angel.Fel.in.c.Petr⁹.de homici.n.5.ex nouioribus Anto. gome. c.3. delicto.n.45.Ludoui.carre.in practi.crimi.

*Prim⁹ caſus.*

Tametſi his refragare videatur, quo per iſthęc verba nõ videtur proferens mãdaſſe,vt homicidiũ fiat ex illo vulgato iuris adagio,in criminalib⁹ pœna criminis ordinaria quis afficiẽdus non eſt, quãdo probatio nõ eſt liquida,& indubitata,ex his quæ cõgerit Inno. & pleriq; alij.in.c.quia veriſimile de pręſum.ex qua ratiõe & Iaſ.in ea ſpecie dubitauit in.d. §.ſed quid ſi mandauit Itidem in.l.1. C.de ſeruis.fugiti.n.28.& in l.1.n.21.ff.ſi certũ peta. q pleroſq; alios in errorẽ attraxit. vtcũq; tamẽ ſit priori ſentẽtię me ſubſcribo,& veriorẽ eſſe cenſeo,aduerſus Iaſ.& aliorũ. & illorũ offendicula in ea ſpecie manifeſte tollũtur, cum & Iaſ.cõſidera tio quãdo delicti probatio,eſt dubia,& anceps,& plene nõ cõſtat,de ipſo delicto,in noſtra tamen ſpecie,delicto ſecuto apte cõſtat,& de ipſo mãdato.quod licet ſit generale,iure tamẽ habet mãdati ſpecialis effectum,& cũ ſit triuiale iuris adagiũ, tantũ valere genericã diſpoſitionẽ,quo ad ea quæ cõprehendi ſub genere poſsint,ſicuti & diſpoſitio particularis,quo ad ſpeciem,ex.l.cẽturio. & in.l.lucius.ff.de vulga.&.l. pupilla præcibus.C.de impube.

*Cõtraria ſententia.*

*Authoris ſẽtentia.*

6 His itaq; explicitis,& illud inquirendũ eſt ex quibus cõiecturis mãdatũ pręſumatur, in ea ſpecie,qua agimus,quod ex pleriſq; pręſumi cõſtat vt pote ſi inimicus alterius locutus fuerit ad aurẽ,famulo alijs ve,amicis coniuctis ve pſonis & modico tẽporis interualo interiecto,ille cũ quo locutus fuit iniuriã irroget inimico, ex hoc mandaſſe offenſam fieri cõſtat: ſiquidẽ ex actus celeritate,& alijs pleriſq; iunctis ea iuris pręſumptio eſt.mandatũ præceſsiſſe.ex.l.ſi ventri.§.fina.ff. de priuile. credito.l.fin.ff.ſi quis teſtamẽ.liber eſſe iuſſus fuerit.l.dubiũ. C.de repu.l.ſed Iulianus.§.ſed etſi filius.ff.ad macedo. l: 1. §. quę onerandæ verſi.& in ſumma.ff.quarũ rerũ,actio non detur,docto.in.c.fiſci.extra de electio. Raphael Cum.Angel.Peru.Bar.& pleriq; alij. in.d.l.ſi ventri.§.finali.Bar.n.5,in.d.c.veritatis.itidem in.l.1.C.de ſeruis fugi.n.10. & inibi Alex. ad Bar.Fęlin.n.5.in præcita. c. Petrus. de homi. Hippo.in conſi.3.n.8.& in.l.5. §. præterea.n. 27.de.quęſti.Abb.in. l.ex literis.nota.3.de exceſsib⁹ prælato. adnotat ante hos Bar.n.8.in l.poſt contractũ.C.de donat. Bal. in.l.1.n.12. C.de edili.actio. & in.l.ſi pręd iũ. C. de pręd. mino.itidem in.l.eã quã.n.40.C. de fidei cõmiſ.Quæ omnia intelligẽda fore,ex qualitate iniurię illatæ vt pote ſi eſſet verbis:non videtur mãdaſſe inimicũ occidi,& in ea ſpecie de homicidio non teneri ex ratione tex. in. l. vt vim.ff.de iuſti.& in.l.3.§.cũ igitur. ff. de vi & vi arma. docto. in.l.1. C.vnde.vi. Roma.in.l. ſi quis mihi bona.§.Sed quid & inibi Aret.Iaſon.n.21.Alex.in.l.1.C.de ijs quibus vt indignis.numero. 6.Itidem conſi.221.volum.1. & con.28.vol.4.Iaſ.in.l.1.n.31.C.de ſer.fugi. Auguſti.ad Angel.loco præcita.quę intelligẽda fore vt pœna criminis ordinaria nõ puniatur iudicãtis tamẽ arbitrio pœnas luere tenetur.

Ex quorũ doctorũ verbis ne mẽbranas occupem ſupradicti difficilis reſpõſi ratio ſatis colligi poteſt:tametſi hoc quidẽ non ignoro ab aliquibus improbari,ſed tamẽ quæ ab eis afferuntur,nihil obſtare facile quis videbit, ſi & pontificię conſtitutionis reſponſum in dicto.c.ſi.diligenter expenderit & multa poſſent pro ea aſtruenda cumulare,ſed quoniam alij ſatis diligenter proſequuti ſunt nos omittere hic poſſumus cũ longa ſane de hac re diſputatio ſit:nec ſcio an aliquis nodus apud iuris pfeſſores clarior,in hoc dũtaxat tractatu.

Cæterũ ad prioris quæſtionis cõgruã reſolutionẽ pręnotandũ eſt.rẽ ſubtilius inueſtigãdo tametſi per lõgum tẽporis ſpatiũ famulus conſanguineus ve homicidiũ perpetraſſet cõtemplatione dñi cenſeri conſtat, ex Bar. in.l. non ſolum.§.ſi mandato.n.12.ff.de iniurijs,cuius meminit idẽ profeſſus Angel.Aretinus in maleficiorũ tracta.n.15.in verbo,& Sẽproniũ mandatorẽ.& ex noſtris Inno.in.c.ad audientiã de homicidio.Feli.in.c.ſicut dignũ.n.12.eo tit.& ita hanc de qua agimus quæſtionem extricandã fore exiſtimo tametſi doctores multa inuoluant,& nihil reſoluunt: multa implicãt,& nihil explicant.Ad rem igitur, qua digreſsi ſumus redeũdo, illud etiã obuiũ eſt dominũ teneri,tametſi eo meliori modo impedierit,nec fuerit præſens tractatui, ſed tãtum ſcientiam habuit teneri conſtat ex Bal. in dicto.c.veritatis Felin.& alij in precitato.c. Petrus.licet non ſit pœna ordinaria infligenda, ſaltem corporis afflictiua.

*Dñs tenetur licer prohibuerit delictum,*

Alia ſubſequitur ſpecies ſi quis dederit cauſam rixæ, ipſoq; rixante inimici acceſſerint alterius.atq; eum occiderunt minime tamen vt negotiũ iſtius agerent ſed propriũ ratione proprie iniurię non teneri dominũ explicant doctores in.c.petr⁹ & Socin. in. c.ad audiẽtiã n.50.pœna tamen ordinaria tametſi iudicantis arbitrio puniẽdus ſit,quã ſententiã, & nos infra in.3.irregularitatis ſpecie tradem⁹ & explicat Alciat.de verbo.& rerũ ſignifi.fo.magno.370.n.34.& plura ſolent à iuris vtriuſq; interpretibus tradi in ea ſpecie qua agimus quib⁹ miſſa facio cũ à doctoribus lectori obuia erunt.precitatis.

7 Ad ſecundā igitur quæſtionē circa intellectum tex.in.c.Petrus de homi.in quo opportune ſubſequitur germanus intellectus, homicidiū ne, à famulis amicis cōſanguineiſq; ꝑpetratū, imputādū ſit eorū cōſanguineo amico, dn̄o ve, cuiꝰ cauſa homicidę occiſsionē agreſſi ſunt in vindictā iniurię illatæ. & vt à capite ad calcē iſthæc quæſtio intelligatur, aliquot diſtīguā caſus de eius intellectu. primū ſi quidem ſi quis cauſam rixę dedit, & eius amici, famuli, vel conſanguinei, alterū pugnantē occidit, & ſane propter eius volūtatē, quin imo cōtra eius prohibitionē, & tunc non eſſe irregularē doctores cōmuniter notant in præcitato.c.petrus. idēq; profitetur, Maria. Soci.in c.ad audientiā.n.50.de homici.citans dictum tex. ubi excuſatur ab irregularitate, qui ignorauit vel prohibuit, quia nō dedit cauſam cōtētiōi, nec rixę. imo ipſe occiſſus fuit in culpa illiꝰ inimicitię. itidē aſtipulatur Gūdiſal. Auilladiego. de irregularita.c.de percuſ.col.8. tametſi ab hac cōmuni ſenten. prorſus diſcedat glo.in.c.vl.23.q.vl. quā idē profeſſus ſequitur Bal.in.l.data opera.C.qui accuſare nō poſsūt col.penul.& in.l.1.col.6.de ſeruis fugiti.Hipoli.in.l.vnica.C.de raptu virgi. n.81.& pacem diſsidentibus afferā iuribꝰ. Intelligo glo. quā eſt ſequutus Feli. in pręcita. c. Petrus procedere, quo ad exteriorē pœnā ordinariā longe quidem aliter quo ad irregularitatem.

*Irregularem eſſe cōſtat in ſpecie.*

Vel aliter &.2.& quod obiter mēti occurrit, ad iſtius quęſtionis examē adnotandū viſum eſt. quia doctores ad vſq; ſuis ineptijs illā glo.clariſsimā obſcurauerunt, & iuuenū ingenia quę maturare debuerāt, perturbauerūt & dū anſam ſoluere ſatagūt, nodū ligāt. Quò fit glo. illa procedet vbi quis nō dedit cauſam rixę, nec fuit in culpa: quia aliter fuit pugnæ aggreſſor tametſi cōmunis ſentē. dubia ſit, tutior tamē mihi apparet ex eo, quod is quē cōmunis ſenten. iudicat irregularē culpamq; habuit, deditq; rixæ cauſam. Atq; ideo doctorū noſtrorū errores refellēdi ſunt, & plurimorū iuriū germanus & natiuus intellectus hac interpretatione reſtituendus.

*Exploſa communis ſentē.*

Rurſus in hac ſpecie alius & ſecundus proponitur caſus, quo ad irregularitatis labē incurrēdā, ſcilicet quādo cuius cauſa delictū ꝑpetratur, potuit prohibere, & deniq; ꝓhibuit delictū cōmittendū, nihilominus ob iniuriam illatā ei, homicidium ab altero perpetratur, ſi nō prohibuit cōſentire viſus eſt, atq; ideo irregularitatē, cōtraxit, ſicuti maximo apice deſeruire videtur, tex. in præcitato.c. Petrus ad fin: exploſa vtiq; glo. inibi, quę rationibus adeo infirmis cōtrariā ſententiā conſtruxit, & exploſa illa glo. id etiā conſtitutiſsimū eſt ex his, quæ Bal. adnotat in.l. data opera. C. qui accuſare nō poſsūt ad finē, & in dicta.l.1. col. 4.C. de ſeruis fugitiuis omnium diligētiſsimè Hipolitus loco paulo antea citato.

*Glo. in errorē eſſe leſam.*

Et quia multiplex tractatus exponitur, magnis præconijs ab omnibus doctoribꝰ in hac ſpecie, de qua agimꝰ in qua & plura extāt doctorū reſpōſa, ideo & nos clarioris intellectus cauſa tertiū ſubijciamꝰ caſum, quo ad irregularitatē conſtituendā, ſi ſane quis pręſens fuit tractatui ſuper occidēdo, eius inimico à conſanguineis ſeruis, vel famulatu ſuo degentibꝰ in hac dumtaxat ſpecie, ſi dn̄s tacuit, & eius cauſa tractatus factus fuit in irregularitatis labē incidere cōſtat ſicuti arg. optimo deſeruit tex.in.l.qui patitur.ff.mādati.c.cōſtitutis de teſtibus in primo.l.filius familias.ff. ad Macedonia.Abb.& Feli.in dicto.c.Petrus, quę omnia alia in quęſtione negotiū nobis fuit, & de his paulo antea mētionē fecimus, & idē explicat Iaſ.in.d.l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori n.14.ff.de nou.ope.no.quo in loco pleraque id genus alia cōiecit quæ curioſis cōijciēda relinquo. Et hic tertiꝰ caſus argutijs quibuſdā viā tacite claudit. ſicuti quidlibet qui huiuſce modi artē mediocriter calleat ex his noſtris ingenuè fatebitur.

Cæterū quartus ſubijcitur caſus, vt potè ſi rixæ cauſam qs dederit ipſoq;, rixāte acceſſerūt alteriꝰ inimici eūq; occiderūt ꝓprię iniuriæ ac inimicitiæ ratione, minimè tamē, vt negotiū illius agerēt eſſe irregularitatis reū exiſtimat Gūdiſal. à Villadiego. noſter Hiſpanꝰ in tracta. de irregularitate.c. de percuſſo. col. 8. Cuius opinio, q̄ ſit à ratione deuia. conſtat ex.c.ſignificaſti in.2.de homici. à cuius ſentētia in ea ſpecie diſcedit Socinus.c. ad audientiā.n.50.de homicid. Et hanc ſententiā profitetur. Abb. in præcitato.c.Petrus & interpretū ferè maior pars hoc tenet, pleraq; alia fortiora argumēta, contra Gundiſal. adducētes.

*Villadie. opinio exploditur.*

Poſtremò, vt colophonē addā, quo ad irregularitatē huic quæſtioni quintus ſubijcitur, caſus antiqua doctorum retia, & difficillimos nodos reſoluētes, & ſuperuacuas diſtinctiones doctorū exulare cupientes dominū teneri exiſtimo tametſi ea meliori modo delictū impedierit, nec tractatui fuit præſens: ſed vtiq; eius ſcientia fuit neceſſaria in irregularitatis



tis crimen incidere cōſtat, ſi quidē eius reuelatiō neceſſaria fuit ad vitandū crimen. nihilominus, mala mente, maloq; animo, ac Zælo hanc omiſerit reuellationem. Et huic accedit ſententiæ. Henrri.in.d.c.petrus tametſi Imo. & alij pleriq; inibi diuerſa ſenſerè, & doctores in diuerſas ſciſsi ſunt ſententias: ipſe tamen in hoc dubio exiſtimo, non ſolū eſſe locū irregularitati, ſed & alijs pleriſq; pænis, quæ ex dicto.c.cōſtitutis deducūtur, & in.c.ſicut tuis de ſimonia. Et huic accedit ſentētię. Felin. & alij ſignanter hanc deducentes .q.in.d.c. Petrus.& Bal. ante hos in.c. veritatis de dolo & contuma. tametſi nō ſit pœna ordinaria infligenda. ſaltim criminalis vel corporalis, ſed vtiq; in irregularitatis labē incidere conſtat licèt legiſtæ & canoniſtæ diu in varias opiniones ſecti ſunt, ſed tandē crebrior ſentētia hæc inualuit. Sic enim & antiqui iuris contētio dirimitur, & immēſa librorū volumina ad mediocrē modū, & hos caſus tandē peruenitur. Ex hijs videtur Imolæ, & ſequaciū perſpicatiam defeciſſe alioquin pleraq; in iure prognantia reperirētur quę his ſpeciebus & hac diſtinctione tolluntur.

## Ex cap. ſequenti.


1 *Intellectus cap. vlt. de homi. lib.6. examinatur præter alios non inconcine.*

2 *Mandans & mandatarius in caſu. d. cap. vlt. pœna delicti ordinaria tenentur, ſi homicidium ſequatur.*

3 *Mandatum tacitum qaibus verbis cēſeatur inductum.*

4 *Mandans tantum tenetur de vulnere, licèt occidi mandauerit.*

5 *Irregularitas conſtituitur ex homicidio caſuali, quoties voluntas fuerit ad homicidium indirecta.*

6 *Mandans an teneatur de actu perpetrato per mandatarium vltra mandati formam.*

7 *Mandans an teneatur de homicidio, ſi mandatarius mandatū repudiauerit tamen poſteà occiderit.*

8 *Mandatarius, ſi alteri mandat homicidiū fieri omnes tenentur.*

9 *Nutius qui ſciens, literas defert, perpetrādi homicidij cauſa æquè ac mandatarius tenetur*

10 *Qui pluribus homicidium fieri mandauit, an vnica tantum pœna puniatur.*

11 *Clericus mandans percuti Titium, ſi in aggreſſu occidatur mandatarius, an incurrat irregularitatis labem.*

12 *Clerici armis ſi quis percutiatur, an clericus incurrat irregularitatem.*

13 *Occidi an poſsit impunè, q̄ impunè pōt offēdi.*

14 *Mandatarius qui profitetur ſe occidiſſe, non vt adimpleret mandatum, ſed quòd ſibi eſſet inimicus, excuſat mandantem.*

15 *Mandans an teneatur, ſi conſtet madatariū delictum attentaſſe non tamē cōſumaſſe.*

16 *Si delictum mandatum fieri arenſi, committatur Pampilonæ, an ſit inſpiciendus mādati locus, vel delicti.*

17 *Ratione delicti non ſolum quis ſortitur forū ſed etiam ratione mandati.*

18 *Mandatarius an ſit legitimus teſtis contra mandantem.*

19 *Mandatarius torqueri poteſt donec oſtendat mandantem.*

20 *Mandans an teneatur homicidio ſequuto ex delicto quod non animo occidendi fieri mādauerat.*

21 *Nobilis mandans pauperi delictum committi, eadem, qua pauper, pœna afficiēdus eſt.*

22 *Statuti vel legis municipalis verba ſuper homicidio loquentia quomodo intelligantur.*

aſſeuerat Bart.numer.3.in dicto.§. ſi man-
to Angel.columna.2.Hippo.conſilio. 105.
quibus & paulò antea mentionem feci-
mus Thom.Grammati.voto. 8. iterum in
deſciſione.2.numero.25.& rurſus voto.20
Ludoui.Carre pleroſque alios congerens
in practi.criminali.§.homicidium.5.num.
8.&.82.pagina.313 cui opinioni nec admo
dum inuiti,accedunt omnes qui probare
conati ſunt adhuc in atrocibus crimini-
bus conatum non eſſe puniendum ordi-
naria pœna. Quorum opinio locum obti
net cum ipſe conatus non proceſſerit ad
exteriorem actum ſaltem qui proximus
ſit in delicti conſummatione,ſicuti conſti
tutiſsimum eſt apud omnes iuris profeſſo-
res hanc quæſtionē tractantes inter quos
Bal.& Angel.in dicto.§.hæc verba Ange.
in maleficiorum tracta.in verbo.ex inter-
uallo & omnium diligentiſsimè Carre.lo
co præcitato.quod ſi mandatum ſtetit in
mera mãdãtis cogitatione exiſtimat Car-
re .inibi nec puniendum fore ſumens ra-
tionem.ex.l.qua mente.ff.de furtis ex gl.
& Geminiano in dicto.c.1.verbo manda-
uerit Tho.Grã.in.d.vot..

*Exploſa glo. ſententia.*

Duodecimo ſi proximè ſcripta conſi-
derētur ſimul & ea quæ in hoc capite deſi
deratur,non incõdigne,& illud adnotan
dum eſt ad deſciſio.d.c.1.ſecundũ eius cõ
munē intellectum de ipſo mandatore iu-
re conuenit quod eadem pœna afficien-
dus ſit qua & mandatarius. Siquidem , &
omnes iuris antiſtites,de intellectu illius
tex.tractantes loquentes in mandatore
propter ſceleris atrocitatem ad manda-
tarium vtique extendunt , ſicuti diffini-
tum extat ex Angelo in .l.prima.C.de ſe-

*Quid ſit mãdatũ extitit in ſola volun tate.*

pulchro violato ad finem Angel.in gloſ. Sempronium mandatorem in maleficio. tractat. Quibus acceſſere Thom.Gramm. voto.9.& Campiti.deſciſione ſacri conſili.155. Paris à Pute.idem profeſſus in tracta.Sindica.in verbo. inquiſitio.verſic.dicit & ante hos Barto.in præcitata.l.Cicero.Angel conſilio.14.Salic. vltim. colum. in præcitata.l.non ideo minus.Quò fit vt ſi mandatarius ad actum, ita proximum perfectioni criminis proceſſerit,& is quidem pœna dignus ſit mortis ipſe mandator eadem erit plectendus pœna. Quam ſententiam ipſe deduco,rationem ſumẽs ex tex.in dicto capit.1. ſecundum eius cõmunem intellectum. Siquidẽ dicta Innocen.4.conſtitutione in mandante ipſo loquitur verè,& ad mandatarium per doctores extenditur, huius ſententiæ ſunt omnes .dd.qui in crimine aſſaſini id cenſent Ludoui.Carre.in.§.5.numero.8.hunc caſum ex aliis per eum citatis diffiniuit. Nec poteſt iure probari differẽtia quam inter hunc caſum & præcedentem conſtituit Thom.Grammati.voto.8.&.9.Siquidem actus hic proximus conſummationi ipſius maleficii ſufficiens erit ad puniẽdum ipſum mandatarium,qui crimen iuſſu ac alterius mandato commiſit,&ex eo huic opinioni locus erit quod frequentiſſimo omnium conſenſu recepta eſt in dict. capitu.primo.conatum puniri,etiã ſi non ſequatur,effectus. Tandem dicta conſtitutio mandatorem potius quam mandatariũ pœnis inibi expreſsis perſequitur quæ perſequutio adhunc caſum pertinet cũ demandato puniendo tractauerit quẽadmodum Franciſ.& doc.inibi communiter adnotarunt.

*Tho. Gram.*

*Ludo.à Put.*

Decimotertio ex his euidenter apparet non incongruè proxime traditis diffinitio illius quæſtionis quæ tradit gloſſ. in dicto.cap.1.de homicidio in.6.in verbo mãdauerit vbi expreſsim hoc ipſum vult in crimine aſſaſini non ſatis eſſe ad illius conſtitutionis pœnam effugiẽdam, quod mandator, mandatum reuocauerit ante eius executionem,quam gloſſ.ſequuntur Dominicus & Filippus Franc. ibi in eius gloſſ. deſciſionem veritati fauere exiſtimo,quotiens mandati reuocatio minime

*Dominicus.*

12 mandatario ſit nota atque ideo ipſe mandatum exequitur vel ad actum proximũ ipſi crimini proceſſerit.. Siquidem in ea ſpecie,reuocatio mandati mandatorem non excuſat,eo maxime vt immunis ſit, à criminis pœna & eam excuſſet re integra ipſi mandatario nota fieri debet glo. celebris & inibi communi conſenſu doctores in cap. mulieres.§. vltim.de ſententia excommunicationis quam ſequitur, idem explicans Sylueſter verbo excommunicat.6. notabi.3. & Aufredius.in clemen.1.de officio.ordinar.regul.3. numero 6.Cui ſimilis eſt gl.in ca.cum quis de ſenten.excommunicat.in. 6. ordinariæ teſte Felin.in cap.ex parte decani. nume. 8.de reſcrip.& notatu digna ſecundum Alex. in .l.ſi pecuniam.§.1.ff.de condi. cauſ.data inibi Bartol.Feli. in cap. ſicut dignum numero.14. de homicid.at ſi mandatum fuerit reuocatũ, nec aliquis effectus fuit ſequutus: quia mãdatarius fuit certus de reuocatione tunc non erit locus etiam in atrocibus pœnæ ordinariæ ,licet extraordinem vtique ſit arbitrio Iudicis puniendus,quod exiſtimat in dicto conſilio. 105. & in dicta.l.is qui cum telo columna penul.Ludoui.Carr.in præcitato.§.circa nu. 78.idem dixerat numero.8.ſed ſi mandatarius non obſtante reuocatione ad mandati executionem proceſſerit,videtur ſane nõ eſſe mandatorem pœna ordinaria puniendum adhuc in his atrocibus criminibus:ſicuti aperte apparet ex gloſſ.in dicto.c.cum quis.& his qui eam ſecuti ſunt. Ego ipſe in hac ſpecie grauiori pœna quã in præcedenti punirẽ ipſum mandatorẽ.

Decimoquarto ex eadem radice diſcuti poteſt quod Bald.ſcribit columna. 1. in l.non ideo minus.C. de accuſa.mandatarium aſſaſinum optimo quidem iure torturæ ſubiici poſſe abſque aliis indiciis,vt pote indicet mandantem Alex.poſt Bart. idem profeſſus in.l.repetit .ff.de quæſtio. Hippo.diligenter id adnotans in practic. criminali. §.diligenter verſicu. modo incidenter .Itidem in dicta.l.is qui cum telo verſicu.pro quibus facit Bal. ante hos in pract.ſua titu.de quæſtio. colu.11. Tho. Gram.voto.37.in principio Angel.in.l & ſi certus.ff.ad Sillani. Quibus libenter accedit Angel.in maleficiorum tractatu. gl. Sempronium mandatorem verſicu.& bene nota,& in gloſſ.fama publica verſicu. quæro aliquis.

*Abſque indiciis mandatariũ in crimine aſſaſin. tortu.ſubiicitur.*





Decimoquinto conſtat,tametſi teſtes auriculares indicium non faciant in hoc tamen aſſaſinatus crimine vt torturæ ſubiiciantur,indicium faciunt ex eo,quia cõiecturam præſumptionemque faciunt teſtes,quos de auditu vulgo circunferri ſolet. Et iſthæc per coniecturam probatio ſufficiens eſt, ſicuti ex ratione tex.in dicto cap.1.deducit Ludouic. Carre. eo loco cuius paulò antea mẽtionem fecimus.numero.19.Hippoly.in practic.criminali. §. examinanda.Quò fit Thom. Gramma. in errorem lapſum fuiſſe in voto.11.ad finem qui contrarium ex dicto cap.1. de probationibus argumẽtis ac de indiciis indubitatis pontificiam illam conſtitutionem intelligendam fore exiſtimat, in ea tamẽ ſpecie Thom.Grammati.intelligendus foret quatenus ad condemnandum procederetur:contraria tamen ſententia eo tẽdat quoad torquẽdum & nouiſsimè huic accedit diſtinctioni Ludouicus Carrer. nume.19.

*In errorẽ lapſus Th.Grã.*

Decimoſexto hinc,& illud ex eodem ſtipite ſiue fonte deduci videtur quod nõ ſemel in cõtrouerſiam adduci ſolet tametſi in criminibus aliis plenè exigãtur pro-
15 bationes & luce meridiana clariores ex.l. fin.C.de probatione.in aſſaſinatus crimine inditia,ac argumenta probabilia ſufficere conſtat in dicto cap.1.ſatis iure diffinitum eſt.

*In crimine aſſaſinatus inditia ſuffi ecere.*

Decimoſeptimo eadẽ conſtitutio proculdubio intelligenda eſt ,licet ad pœnã corporis afflictiuam per inditia non poſ-
16 ſit deuenire indubitata,vti diffinitum extat apud omnes in cap. afferte rationem ſumentes ex tex.inibi de præſumptio.explicant communi conſenſu doctores in præcitata.l.fina.Gandinus in rubri. de indiciis indubita. ad condemnandum col. 3.Hippoly.in practic.criminali.§. quoniã Brune.in tracta de indiciis. & torturis in 1.parte.quibus & pleriq; alij acceſſere interquos & Angel.in delictorum tracta.in gloſſ.fama publica .Et nouiſsime Ludouic.Carre.omnium diligentiſsime in peculiari huius criminis tracta. numero. 18. in practic.crimina.§.homicidium.Nihilominus id conſtitutiſsimum eſt in huius criminis reũ per indicia & argum. probabilia ad corporis pœnam afflictiuam cõdemnari,ſicuti in ea ſpecie exiſtimat Th. Grammati.voto.8.&.9.&.11.Hippoly. in l.1.C.de rap.virginum.Et rurſus in conſilio.127. columna.3. & in practica.crimin. in.§.diligenter,& in.§.examinanda.Quibus in locis id diffinitum per quam maxime extat.

Decimooctauo illud et iam ex eodem ſtipite emanare videtur, quod ancipiti quæſtione contendunt docto.tametſi teſtes lite nondum conteſtata minime probent ex tex.in cap.quoniam frequenter,
vt lite non conteſtata. nec itidem probãt 17
parte non citata ad iuramenta teſtium videndum.l.de vno quoque.ff.de re iudica. l.ſi quando.C.de teſtibus.Quibus in locis communi conſenſu adnotant doct.nihilominus in huius criminis deteſtationem lite non dum conteſtat.teſtium dicta examinari parte non citata & recipi poſſunt & fidem integram faciunt ſicuti Archidi. Geminia.& plerique alij in ea ſunt ſentẽtia in dicto capit.1. Felinus libenter huic accedit ſententiæ in præcitato capit.quoniam frequenter & Hippoly.in dicta l.de vno quoque & in dict. §.diligenter hanc profitetur ſententiam tametſi Felinus & Thom. Grammati.ille in cap. in nomine domini limitatio. quinta.de teſtibus,hic in voto.11.ab hac ſententia libenter diſcedãt & mirum profectò eſt ne dicam miſerabile hi doctores quòd proprio ore dilucida voce proprio marte ꝓteſtati ſunt, id in eundem caſum teſtimonioque proprio reſiſtere velim. Ob quod periculoſum eſt hominum iudicium,quod tot tantique partes in varias & vtique cõtrarias, ſibi inuicem admittant ſententias. Quorũ vltima ſententia exploſa priori me ſuſcribo,cui vltimæ immemor huic ſubſcripſit ſententiæ Thom.Grammati. conſilio. 40. & Bernard. Diaz. nec admodum inuitus huic accedit ſententiæ in practica. criminali.capitu.91.columna.prima.quod cõuinci poſſet ex illo vulgari iuris adagio aſſaſini crimen lege mageſtatis crimini ęquiparari conſtat ex quo atrox eſt horum criminum pœna, & ne lectorem fatigemus plura his cõgerit Hippolytus conſilio decimonono. & Thom. Grammati. nono. at in lęſæ mageſtatis humanæ & diuinæ teſtes hi lite adhuc non conteſtata fidem faciunt ex his quæ congerit Hippolytus. in præcitata .l.de vno

*Feli.et Grã. in errorẽ labuntur.*

quoque Felinus in dicto capitulo. quo-
niam.& ſignanter Campiti.idem profeſ-
ſus in deſciſione ſacri conſilij.127.Quo fit
aſſaſinat⁹ pœna idem cenſendum eſt.Cæ
terum ex officio iudicantis mero contra
criminis reum agi poteſt ſicuti exiſtimat
lapus hoſti.Ioannes Andreas.in dicto ca-
pitulo. primo . & Paris à Puteo in eo lo-
co cuius & paulò antea mentionem feci-
mus verſiculo.dicit conſtitutio ,& rurſus
verſiculo. an in inquiſitione , quinetiam
iuris ordine nondum ſeruato, de facto cõ
tra huius criminis reũ agi põt ex Bar.in p̃
citato.§.ſi mandato doctores paſsim in di
cto.capitu. primo. Paris à Puteo.vbi ſu-
pra in verbo.latro.Et rurſus in verbo cõ-
feſsio.verſi.an poteſtas.

*De facto agitur cõtra aſſaſinum.*

Decimonono quod obiter menti oc-
curruit, & illud adnotandum eſt tamet-
ſi criminis reus ſuis minimè poſsit renun-
ciare defenſionibus ſicuti diffinitum ex-
tat apud Hippolytum niuibus Hibernis
crebriora iura crebrioreſque doctores ad
id allegantem in practica criminali.§. exa
minanda & rurſus in.§.diligenter & Pari-
dem à Puteo in ſyndicatus tractat.in ver-
18 bo confeſsion.verſiculo.an portans Ludo
uic.Carr.numero.29. eo loco cuius paulò
antea mentionem fecimus, nihilominus
huius criminis reus optimo quidem iure
ſuam tutellam ſuamque poterit renun-
ciare defenſionem , tanquam publicus
hoſtis & à lege diffidatus,& omni deſtitu
tus auxilio exiſtimat Hippolytus in.l. pri
ma.§.final.ad finem.ff.de quæſtione.& in
his locis quibus & antea meminimus , &
ſignanter idem profeſſus explicat Paris à
Puteo in Syndicatus tractatu verſicul.an
poteſtas qui miſit ad ſupplicium , & rur-
ſus in verſic.& ideo dicto quod aſſaſinus.

Vigeſimo ad huius criminis punitio-
nẽ illud quaſi per tranſennam adnotare,
lubet tametſi banitus impune occidi poſ
ſit nihilominus recepa pecunia per aſſaſi
num interimi non poteſt ſicuti elegãter
19 explicat Mattheus Afflictus in conſtitu-
tione Neapolitana.incipienti pœnam eo
rum ſecundo notabile.quæſtione.prima.
cuius ſentẽtia omnino exploſa ante eum
contrarium aſſeuerauit Baldus. in.l. gra-
cus verſiculo.noto iſtum text.ff.de adul-
riis.vbi ſcriptum reliquit hunc banitum
qui lege permittente occidi poteſt per aſ
ſaſinum interimi poſſe, immuniſque erit
ab homicidij pœna Alexand.poſt Barto.
in dicta.l.gracchus & in hac ſpecie cõſul-
uiſſe firmat Ioann.Firmius in ſuo reper-
torio verbo aſſaſinus Angel. nec admo-
dum inuitus his accedit in maleficiorum
tracta.in glo.che ait adulterate la mia do-
na verſiculo.quid ſi pater Angel. in præ-
citato conſilio.14.Curtius conſilio. vige-
ſimo.columna. decimaoctaua . Alexand.
poſt Barto.in.l.prima.§. tranſfugas. ff. de
ſicariis Thom.Grammati.voto.octauo in
principio .Geminianus in dicto. capitul.
primo.Stephanus Aufred.in tractatu. de
poteſta. ſeculari contra eccleſiaſticas per
ſonas prima regula.Fal.18. quem admiſ-
cuit interpretationi capitulo. primo .ex.
de officio . ordinario . vbi exiſtimat nec
teneri in interiori animi iudicio ea lege vt
Zelo iuſticiæ interimat. idemque profeſ-
ſus Angel.in ſumma ſũa verbo . aſſaſinus
& nouiſsime Ludouicus Carre.in.§.homi
cidium num.9.

*cõtraria ſnĩa*

Vigeſimoprimo ex his adnotare lu-
bet & non incongrue proxime traditis
accedit quaſi totius tex.materiæ Coroni-
dem Romanum pontificem aduerſus lai-
cos & ſeculares , qui ei ſubditi non ſunt, 20
quoad tẽporalẽ iuriſdictionẽ nihil in eo
c.ſtatuere etiã ſi aliquẽ Chriſtianũ occidi
iuſſerint pecunia cõductis homicidis qui
aſſaſini nõ ſint huius criminis punitionẽ
ad principẽ ſecularẽ pertinet nõ obſtãte
dicti cap.cõſtitutione. Iuriſdictio tẽpora
lis & ſecularis ab eccleſiaſ.diſtincta ſit.ca.
cauſamq; in.2. q filij ſint legitimi.c. nouit
de iud. & adſtipul.illud regũ.c.23. ex hoc
qđ crimẽ ſit hoc admodũ atrox,& Chri-
ſtianę religioni pniciosum potuit ſũmus
põtifex nihilomin⁹ eã edere cõſtitutionẽ
nominatĩ cõrra laicos ſicuti id diffinitũ ex
tat ab Abb.in c.ſi duobus col.2. de appel.
Barba.in.c.1.n.11.de pro.tex.ad id celebris
in clẽ.1.de teſta.quinetiã & Imperator ip-
ſe pœnis illius cõſtitutionis cõprehendi-
tur ſicuti expreſsim adnotat Io.Andr.in
præci.c.1.de hom. & poſt eũ pleriq; alij in
ea ſunt ſnĩa & hoc nimirũ alicui videri de
bet in punitionẽ tãti criminis ex quo hic
perpẽdi poterũt Bal.verb.in.l.nõ ideo mi
nus.n.16.c.de accuſſatio.ſcribens quod in
iſtis atrociſsimis delictis puniri conſi-
lium ſolum, ergo & inde conſtat tracta-

*Iuriſdictio eccleſiaſtica à tẽporali diſtincta eſt.*





tum,& ordinationem etiam puniri,& ta-
men non eſt aliquod mandatum quin ſit
tractatus,& ordinatio.l.& ſi amicis. ff. de
adulter.idque exiſtimat Bald. in tanti cri
minis atrocitatem à cuius ſententia libẽ-
ter diſcedo ex.l.ſi quis non dicam rapere.
C.de epiſco.& cleric.l.cogitationis.ff. de
pœnis.quibus diffinitum extat quod ſo-
lus tractatus ſolaq; ordinatio de iure non
punitur,niſi ſit proceſſum ad alium ordi-
natum actum de per ſe tendens ad ipſum
factum,ſententiam tamen Bald. intelligẽ
dam fore exiſtimo,quo ad pœnam ordi-
nariam,vt mandatum ea puniẽdum non
ſit etiam in grauiſsimis delictis.Nec hinc
ſequitur non eſſe extra ordinem punien-
dum mandatũ eo maximè in aſſaſsino,ſi-
cuti,& anteà obiter meminimus,cuius cri
minis pars eſt præcipuè ipſum mãdatum
ipſaque cõuentio ad id facta , vt homo cõ
ductus pecunia alia incautum occidat ſi-
cuti conſtitutiſsimum eſt apud omnes do
cto.de hac re agentes , in dicto.c.1. de ho-
micid.in.6.maximè Feli.Franc.inibi Ioã.
Andr. ante eum idem profeſſus in regula
in pœnis.de regu.iur.lib.6.ipſe tamẽ Bal-
di doctrinas colo ſiquidẽ ipſe iuris tene-
bras illuminauerit,nec ab eo, latum qui-
dem vnguem diſcedere vellim atq; ideo
potuit ſententia Bald. intelligi, vt adhuc
in grauiſsimis ſceleribus mãdatũ ſolum,
nec pœna extra ordinaria puniendũ eſſe,
vt in ſpecie.l. ſi quis nõ dicã rapere. Quo
fit vbi mandatum ipſum potiſsimum cõ-
21 ſtituerit maleficij ſpeciem,ſicuti de aſſaſ-
ſinorũ crimine probauimus ſupra & An-
gel.col.2.in verb.Sempronium mandato
rem.& Barto.in.§.ſi mandato,& plerique
alij eum ſequuti exiſtimauerunt , in deli-
ctis atrocibus ſolum mandatũ pœna ex-
tra ordinaria iudicantis arbitrio punien-
dm fore,quorum opinio mihi magis pla-
cet ,tametſi Felin.col.2.in tracta. quando
cognatus inierit Baldi ſententiam, quin-
etiam conſentaneum ſatis eſt arbitrio di-
ſcreti iudicis puniri ipſum mandatum nõ
dum re integra reuocatum , pro modo &
qualitate criminis.

*Bal. ſentent. exploſa.*

*Bal. doctrinã collendã eſſe*

Vigeſimo ſecũdo ex eadem radice , &
ad intellectum pontificis conſtitutionis.
& illud pertinet adnotare eum qui alterũ
occidi iuſſerit homicida pecunia condu-
cto , & ſcelere ſequuto , nequaq̃ cenſeri
diffidatũ,nec ex bannitũ,nec hoſtem pu-
blicum eſſe exiſtimandum, quotiens cõ-
ductus homicida fidelis eſt,& alienus à gẽ
te aſſaſsina.In qua ſpecie,nec admodũ ad
mittendã eſſe pontificiã conſtitutionem
quæ ſanxit diffidatum eſſe eũ,qui aſſaſsi-
norũ opera fidelem occidi iuſſerit, ſi qui-
dem ita accipiẽda eſt,ea diffinitionis pœ-
na,vt à quocunq; impune , & abſque cri- 22
minis pœna occidi poſſet diffidatus,ſicu-
ti aſſeuerat Cin.in.l. reos. C. de accuſat.6.
q. Docto.cõmuni conſenſu,in auth.naui-
gia.C de fur. & in auth. item quæcunque
C.de epiſc.& cleri. text. opti.in.l.3.§.vlti.
ff.de ſica.& in.c.fœlicis. de pœn.& in.c. 1.
de ſciſma.in.6.Ange.conſi.14. quibus ad-
modũ conuenit regia.l.titu.27. part.7. nec
vtiq; mirandũ eſt ita ſtatutũ fuiſſe à Ro-
mano Pontifice contra laicos huius crimi
nis reos ſiquidem iudiciali ſentẽtia mor-
tis pœna non infert princeps Eccleſiaſti.
c.per venerabilẽ. qui filij ſint legi.ad fin.
legem tamẽ ſtatuendo eam poteſt inflin-
gere,ſicuti ãnotat Bald.in.c.2. de maiorit.
& obed.poſſunt præterea clerici ſine me-
tu irregularitatis interuenire in.l.conden
da.per quã pœna mortis imponitur,quã-
do non imminet caſus propter quem ef-
ficitur lex,ſed fit generaliter,tãetſi poſtea
occurrat caſus à labe irregularitatis immu
nis erit Domi.in.c.fi.3.diſtin.Archie. in.c.
officio.23.q.5.Ioan.Anna.in.c.ad audien-
tiam.3.co.3.de hom.& in ea ſpecie expreſ 23
ſim tenet Bald.in.c.2.ad fi.de maio. & obe
di.poſt.Innoc.exiſtimantes ſummũ Pon-
tificẽ poſſe imponere mortis pœnam ſta-
tuendo, ſed non exequendo . & nouiſsi-
mè huic accedit ſententiæ epiſcopus Cal-
laguarritanus in practica criminali. cano
nica,capitu.56.ad finem. inibi addit poſſe
clericum abſque metu irregularitatis cõ-
ſulere principi, vel percepto crimine mor
tis pœnam lege ſtatuere fore infligendam
& eidem legi condendæ clericus, aut præ
latus ſuffragium exhibere licet poſtea ex
lege ipſa aliquis occidatur , irregularis
non eſt, quod exiſtimat Dominicus, Ar-
chidiaconus,locis præcitatis Ioan.Anna.
colum.tertia,verſicu.3.queritur,de homi.
in dicto.c.ad audientiam.Bald.in authẽt.
habita.in principio.C.ne filius pro patre
quo in loco expreſsim adnotat Eccleſia-
ſticos viros ob reipublicæ cõmodũ poſſe

*Regia lex.*

*Papa poteſt ĩponere mortis pœnã ſtatuendo nõ tamen exſequẽdo.*

de ſummo regis prætorio eſſe ac leges cor
poris pœnã afflictiuam tractantes ſtatue
*Eccleſiaſticos poſſe de ſummo aegis prætorio eſſe.*
re,adnotãt. dd.in.c. in Archiepiſcopatu.
de rapt.& in cap.non eſt.de.voto.Abb.ex
preſsim in.c.2.de iudic.glo.pragm. ſanct.
gallicanę.tit.de colluſ.eccle.gallica.§.prę
miſsis.verb.concilio.Boër.deciſ.17.part.1.
fol.51.& nouiſsime Domin.à Soto,de iuſt.
& iur.pag.842.& ante hos Ioã. Andr.in.c.
clericis,ne clerici,vel mona.Dec.in.c. de-
cernimus.de iudic.col.5.Guid. Papa deci
ſio.5.&.6.nu.1.Hinc deduci videtur,quod
clerici,& epiſcopi,de ſummo regis præto
rio,& hi qui in alijs prætorijs deſeruiunt
regi cõſiliarij clerici à beneficijs cẽſentur,
eſſe abſentes,ex principis licẽtia, qui po-
teſt epiſcopos,canonicos ad ſe, & curiam
ſuã aduocare.ex.c. ſi epiſcopus . 18. diſt.c.
reprehenſibile.& per totum.32.q.vlt.& hi
quidẽ groſſos debent habere fructus be-
ficiorũ ſuorũ,ad inſtar ſcholarium in ſtu-
dio de licẽtia epiſcopi cõmorantiũ.c.cum
ex eo.de elect.lib.6.Bal.in procem. Græg.
col.3.verſi.itẽ an quod redditus beneficio
rũ,& id quidẽ paſsim contingit in his re-
gnis,& in gallia ſicuti,& Coſmas,in prag
mati.ſanct.gallica.meminit.titu.de conſt.
eccleſi.gallica.verb.conſiliũ. potiſsimum
cũ & conſiliarij regis pars corporis ipſius
cenſeantur.l.quiſquis.C ad.l.Iul. mageſt.
§.vero ex quibus.7.q.1.Nico.Boẽr.latiori
cõmentario.de authorit.magni cõſilij , &
parlamẽti regni,in.1.& magna additione,
qui etiã domeſtici,& familiares regis ſunt
vt voluit Lucas a Penna in rub. C. de do-
meſti.& protect.lib.12.cõtra glo.ibi cõtra-
*Familiares regis.*
riũ aſſeuerantẽ , ergo cõſiliarij eccleſiarũ
canonici,abſentes exiſtimãtur,tã pro vti-
litate reipublicæ quã etiã eccleſiarũ potiſ
ſimũ cũ eccleſię plura habeãt negotia plu
res,& diuerſos,habeãt ꝓceſſus, & ad cau-
ſam eorũ patrimonij redditũ,ac aliorũ iu-
riũ tam tẽporaliũ,quã ſpiritualiũ,ꝓ quo-
rũ cõſeruatiõe,cõſiliarij eccleſiaſtici qñq;
creantur,ex quibus diſtributiones reddi-
tumq; beneficiorũ percipere debent , ex
c.vnico.de cleri.nõ reſiden.lib.6. diffiniẽs
expſsim ꝓ vtilitate eccleſiæ abſentes cle-
rici morboq; corporali grauati iure il[illegible]s
percipiunt doct.in.c,cũ non doceat.de e-
lectio.lib.6.c.tuæ fraternitatis.de cleri.nõ
reſid.c.licet. de præb. Barto.& docto.in.l.
quæſitũ.in princ.ff.de leg.3.Bald.in.l.1. C.
de his quib.vt indig.Oldra.cõſil.117. Coſ-
mas in pragma ſanct.gallicana.tit.de col-
lu.§.verumtamẽ.in verb.nihil. quo fit qui
in principis degunt ſeruicio, vt & fructus
percipiant , cenſentur præſentes Bald.in
l.iuriſperitus.in princi.verſic.nota ex iſta
*Præſentes eſſe cenſentur.*
lege.ff.de excuſa.tuto.ſicuti etiam qui in
ſeruicio Papæ exiſtunt.c.bonæ.de poſtu.
prælato.c.cũ dilectus. de cleri. non reſidẽ.
& inibi Ioã.And.Abb.Anto.Butr. Marti.
Laudẽ.in tract.de cardi.charta.5.verſi. an
domini cardinales.Oldra.conſi.48.&.220.
idẽ etiã in alijs clericis,qui in epiſcopi ſer-
uicio ſunt.c.ad audientiã. c. de cætero. de
cleri.non reſiden.glo.pragma.ſanct. titu.
de concubi.§.quos.Bald. in. d.l. iuriſperi
tus. Ipſe tñ in hoc dubio, cõtrariũ veriſsi
mũ eſſe exiſtimo , quin etiã cõſiliarios in
prætorijs regis aſſiſtentes clericos nõ ab
ſentes,eſſe pro vtilitate eccleſiæ , ſed pro
pter eorũ officiũ ratione cuius tenentur,
in eodem prætorio reſidere.Et argumẽto
optimo deſeruit tex.in.d.c. cũ non decet.
*Cõtraria ſententia.*
nec obſtat ſi ex licentia principis,in eidẽ
ad ſint prætorijs,cũ & ipſe hanc non poſ-
ſit cõcedere licentiã,ex his quæ adnotant
docto.in.c.cũ capellæ ducis Burgũdiæ, de
priuile·Et nos in peculiari huius quæſtio
ne tractatu pleniori trademus manu.

Vigeſimotertio ne ab inſtituto,& recto
deuiem⁹ ordine pro vt ad rẽ de qua quę-
ritur pertinet ad pontificiæ conſtitutio-
nis examẽ,& illud adnotare cõmittẽtem
verũ aſſaſsini crimẽ iuxta eã ſignificatio 24
nẽ quã & nos ſupra probauimus minimè
gaudere tẽplorum immunitate, ſicuti dif
finitio eſt ex dicto. c.1. de homicid. libr.6.
quod ſi crimen aſſaſsini iuxta cõmunem
ſenſum,quis cõmiſerit immunitate eccle
ſiarũ non gaudet,ac tunc demũ ab eccle-
ſiã extrahi poterit cũ proditionis crimen
perpetrauerit,ſicuti & nos de peculiari ꝓ
ditionis quęſtione tradidimus, & huic ac
cedit ſententiæ Remig.Gon.in. 15. fall.de
immunit.eccleſi.num.8.pag.143.& eſt cre-
brior recepta opinio apud omnes de hac
re ſcribentes in dicto capitulo primo.qui
communẽ interpretationẽ huius aſſaſsini
criminis ſequũtur,ab eccleſia extrahi po-
tuiſſe opinãtur,& huic ſe ſubſcripſit ſen-
tentiæ ſpeculator.2.part.de concili.capit.
45.ſcribens per quam maximè religioni
chriſtianę conuenire lege lata declarari aſ
ſaſsinos



ſaſsinos poſſe ab eccleſijs ad punitionem
extrahi , quod ſi huius criminis reus non
commiſit delictum, ſed tantum tentaue-
rit perinde ab eccleſia euelli debere cum
pariter pœna afficiantur facientes,& attẽ
tantes quoad criminis punitionẽ.Quod
ſi ſecundum aliquorum ſententiam,iudi-
cantis arbitrio extra ordinẽ attentatum
puniendum fore exiſtimauerim adhuc ec
cleſiarũ immunitate non gaudebit,ſicuti
conſtitutiſsimum eſt,& expreſſe adnotat
Marcus à Mantua.in lib.obſeruationum
legaliũ.5.obſeru.41.fo.149.C.de aſſaſsinis.
ad id allegans Abb. in.c. inter alia.col.4.
*Falſa Abb. allegatiõe utitur Marc⁹ à Mantua.*
de immunita. eccle.qui falſa allegatione
ductus Abb. id nec nutu,nec verbis pro-
bat.Huic tamen ſententiæ accedit Remi
gius Gonius.vbi ſupra , apud quem ſatis
id iure diffinitum eſt.

Vigeſimo quarto , & illud adnotatio-
nẽ meretur,fautores aſſaſsinorum opẽq;
præſtantes immunitate eccleſiarum non
25 gaudere ex ſpeculatore. titu. de accuſa.§.
1.& ſignãter id explicat Remigi. Gonius,
& Marc. à Mantu. in his locis quibus &
nos meminimus Cæpo.conſi.155. verſi.ad
ſecundã dubitationẽ Cãpit.deciſ.155.quo
fit receptator,vel defendẽs ſeu occultans
ipſo facto in excõicatiõis labẽ incidit. Et
depoſitionis dignitate honore officio , &
beneficio vti conſtat ex Bernard. Diaz.c.
91.in practi.ſua crimi.

Reſtat,vt Colophonẽ addã huic capi-
ti,& quæ in hac materia deſiderantur cir-
26 ca huius aſſaſsinorũ tractatũ,qua afficien
dus ſit pœna ſacris initiatus huius crimi-
nis reus,& an vendicet ſibi locũ pœna põ
tificiæ cõſtitutionis in.d.c.1.de homi. li.6.
ipſo facto ſententiã excõicationis, & de-
poſitiõis à dignitate honore ordine. offi-
cio,& beneficio,& vtiq; beneficia poſsũt
alijs libere conferre per collatores ſicuti
cõſtat in.d. c.1. & inibi text.adnotat,eadẽ
pœna illius cõſtitutionis clericũ puniẽdũ
fore,ſine eo quod ꝓcedat degradatio,pu-
niri poſſe per ſecularẽ ſacerdotẽ,clericum
ve crimẽ hoc aſſaſsini cõmittentẽ, quaſi
ob criminis immanitatẽ,ſit ſpeciale teſti-
b⁹ Lapo,& pleriſq; alijs in.d.c.1.de homi.
lib.6.& inibi expreſsim adnotat Domini.
Paris à Put.in tract.ſyndic.num.12.fo.188.
Steph.Aufred.in repet.clemen.1. de offic.
ordin.in.1.regu.fallen.18.fol.23.Curtius in
conſi.20.Hippo.in pract.crim.fo.98.Nico
la. Eberardus his omnibus accedit in To
picis legalibus.fo.264.& Ioan. Igneus idẽ
profeſſus in.l. neceſſarios.§. non alias.nu.
448.col.3.fo.177.ff.ad Silla.Tho. Gram.vo
to.8.&.11.Ludo.Carre.in practi. ſua crimi.
§.homicidium,nu.10.Remig.Goni. in tra-
cta.quem publicum fecit.de immunit.ec-
cleſi.15.fall.nu.10.Hipp.in.l.vnica.nu.107.
& in §.diligenter.nu.160,& in.§.examinã
da.nu.25.quorũ ſententiã profitetur , eſſe
cõmunẽ Lamber.in.c.1. de hæret. lib.6.q.
11.n.98.idem aſſeuerat Steph.Aufr.in præ
cit.fallẽt.18.& id cõuinci poſſet ea ductus
ratiõe,ſiquidẽ & is clericus criminis reus
*Communis ſententia.*
omne amittit priuilegiũ, etiã clericale ip
ſo iure degradatus cenſetur,& cuicũq; eũ
occidendi facultas cõceditur,ex. d.c.1.de
homic.lib.6.Barba.in.c.at ſi clerici.de iu-
di.nu.129.Io.Lopius.in tracta.de libert.ec
cleſiaſt.q.9.aſſeuerans ꝙ datur à iure quę-
dã degradatio quæ habetur loco realis ſi-
cuti diffinitur in.c.1.de homi. vbi clericus
huius criminis reus à iure,& à cõcilio pro
realiter degradato exiſtimatur pleniori,
manu Arnal.Albert.in.c.quoniã.de hære.
lib.6.col.147.verſ 8.& Bernar. Diaz.de Lu
go.c.91.in practi.ſua cri. Dida. à Couar.in
cle.ſi furioſus.de homi.fo.29. Anto. Cãpi.
in.9.Spec.deciſ.155.Hippo.in.d.l.vnica.C.
de rap.virg.fo.par.14.col.3. Paul.Pari. cõſ.
166.vol.4. & rurſus in conſ.155.eod.vol. &
hãc eſſe cõem aſſeuerat Remig. Gon.d. n.
10.ad fi.tãetſi perperã Marc.à Man.in de-
cẽ libris obſeruationũ legaliũ.tit de aſſaſ-
ſinis de hac dubitet ſentẽtia, falſis quibuſ
dam ſuſceptis fundamentis.

Ipſe tñ pręter docto.verũ eſſe cẽſeo vbi
clericus miniſterio aſſaſsinorũ infidelium
aliquẽ fidelẽ occiderit,aut ꝑcuſſerit,alio-
quin admiſſa doctorũ cõi interpretatiõe
qua dictionẽ iſtã, aſſaſsinus , explicãt fal-
ſum exiſtimo qđ pleriq; tradidere nempe
abſq; vlla degradatione clericũ ob crimẽ
iſtud puniri poſſe à iudice ſeculari , & an
tunc ſit degradãdus, & exautorãdus tra-
dẽduſq; iudici ſeculari,& an cauſa cogni
ta à iudice eccleſiaſtico, actu, & ſolẽniter
ſacris ordinibus exautoratus , & degrada
tus iudici ſeculari tradatur, vt per eũ occi
datur,explicant. dd.infra allegãdi.& pro
pter hoc crimẽ rõne grauiſsimi exceſſus
cleric⁹ in ſacris cõſtitut⁹ ſit degradãd⁹, &
indici-

iudicibus ſecularib⁹ nō expectata eius cōtumacia, tāetſi incorrigibilis nō ſit ad exēplū quorundā grauiſsmorū ſcelerū, in quibus id diffinitū eſt à iure pontificio ſicuti in falſario literarū apoſtolicarū, hęretico, proditoriè occidēte, & reliquis huius farinæ exiſtimat Ancha. cōſ. 158. itidē in regu. ea quæ. q, 19. de reg. iur. nu. 6. Abb. in. c. ac ſi clerici. nu 29. & in. c. cū non ab homine. de iudic. & hanc eſſe frequētiſsime in praxi ſeruatā profitentur Alcia. nu. 22. in. d. c. cum nō ab homine. Guid. Papa. q. 121. Fel. nu. 49. in. c. 1. de cōſtit. Dec. col. vlt. ad. fi. in præcita. c. at ſi clerici. & hanc eſſe frequentiori doct. calculo receptam ſentētiā exiſtimat Guiliel. Bened. poſt repeti. c. rainūtius. de teſta. & Carre. nu. 11. eo loco cuius & anteà meminimus à quorum ſententia nōnulli diſcedunt ea rōne ducti, quia iure pontificio diffinitū extat, ac ſępenumero traditū eſt clericum nō aliter eſſe tradēdū iudici ſeculari poſt degradationē quā ſi is incorrigibilis ſit. c. tua. de pœn. d. c. cū nō ab hoīe. Aqua quidem regula pauca excipiuntur crimina, quo fit in his criminibus quæ excepta non ſunt, nullo pacto traditio poteſt fieri poſt degradationē. c. clerici. de exceſ. prælat. & maximo apice deſeruire videtur, tex. in pręci. c. cum non ab homine. qui expreſſim docet, in omni crimine quantūcunq; graue minime poſſe iudicem ſecularē clericos punire eos tn̄ deponēdos eſſe quod incorrigibilis fuerit tradendos fore curiæ ſeculari. ecce Pōtiſicis apertā authoritatē ex qua etiā ob enorme crimē ni acceſſerit pertinatia traditio fieri nō debet, vide q ſapis qui probus es, qui iuris veritatē amas quā ancipiti periculo cōis conſiſtat opinio, quod nonnūquā etiā negligētia in cauſa eſt, nā quæ ab alijs ſcripta ſunt, ſine altiori inquiſitione alijs tradidim⁹, & illi alijs, & ita deinceps facile eueniet, vt cōes opiniones oriātur, nos cōmunes opiniones ſequimur, cū vel teſtibus muniūtur, vel certe nulli textui, nullave iuris ratio aperta refraguetur: alioqui impune ab eis nō ſolū recedimus, ſed etiā aliqn̄, nomē cōis opinionis ſuſpectū habemus: cum ſæpe numero id re ambigua, in vtrāq; partē cōis citetur opinio, & quod ratione nō poſſunt. dd. cōis prætextu pergunt euincere quod non poteſt non eſſe multū deteſtabile, vt potè quod legalis ſapiētię puritas, exitiale iſto abuſu imputetur, ſanctiſsimarūq; legū ſcita, pontificūq; decreta recta alioquin, in ambiguū detruſſa ꝑ quæſtu huc, & illuc emētitis forte teſtimonijs fingantur refringātur, & tanquā fraudum aucupia euileſcat, atq; ideo nō ſemper cōibus opinionibus, eſt inherendū, ſed innouandum aliqn̄.

*Aſſaſsinus traditur iudici ſeculari*

*Cōis ſequenda eſt cū teſtibus munitur,*

Supereſt & illud adnotare, quaſi totius materiæ coronidē ad huius criminis punitionē non eo ipſo quod aſſaſsinatus cri 27
mine tractatur aſſaſsinus cenſetur, vt pœnæ cōtra aſſaſsinos ſancitæ locū habeant, & ſacris initiat⁹ clericusve ſtatim amittat priuilegiū, in quo dubio elegās eſt pontificia cōſtitutio, in. d. c. 1. de homi. lib. 6. vbi diffinitū extat ꝓbationibus alijſque iuris adminiculis cōuinci debere atq; iudiciali ſentētia illū aſſaſsinū ꝓnunciare, tāetſi ad pœnas in pręcitata cōſtitutione ſancitas incurrēdas ſi de criminis reo cōſtat declaratio nō exigitur, ſicuti adnotauere Ioā. And. Anch. & pleriq; alij in. d. c. 1. Stepha. Aufred in fall. 18. præci. cāpitij in deciſ. ſacri cōſilij. 112. nu. 8. Alex. in conſ. 166. ad fi. vol. 7. & hanc eſſe cōi conſenſu ſtabilitam ſentētiam aſſeuerat Ludo. Carre. ab loco cuius & antea meminimus. nu. 11. ab hac tn̄ cōi ſententia in iudice ſeculari puniēte clericū aſſaſsinū ſentētiā declaratoriā exigi ſicuti in alijs criminib⁹, vt potè læſę maieſtatis in quibus ſanè ipſo iure in pœnā incidunt, nihilominus ſententia declaratoria iudicis exigitur, Cāpi. in deciſ. 122. & deciſ. 142. quod cōuinci poſſe ex eo neminē criminis reū cēſeri, nec ꝓ aſſaſsino haberi, niſi ſententia lata criminis reus pronuncietur. c. fi. 15. diſt. ad fin. Et argu. deſeruit optimo text. in. c. noue. 8. q. 4. Specula. idem profeſſus, in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat, verſi. quid ſi tabellio. itidem in tit. de aduocato. §. ſequitur. in prin. & huius ſententiæ authores habeo Anchar. conſi. 141. Hippo. conſ. 62. & conſ. 54. & rurſus conſi. 77. itidē in rubr. ff. ad. l. Cor. de falſi. Tho. Grā. his oībus libenter accedit in voto. 3: & in voto. 34. apud quos ſatis diffinitum extat nō ſtatim quod de crimine læſæ maieſtatis accuſetur proceditur, & illud ſequi conſtat, debere pronunciari, & qualitas probari, vt potè priuilegium amittat, & aſſaſsinus efficiatur.

*Communis ſententia.*

Cæterùm fortiſsimū huic rei argumē-



tum præſtat qualitas quæ iuriſdictionem defert ante omnia diſcuti debet, & probari ſicuti cōſtitutiſsimū eſt apud oēs. dd. in l. 2. §. ſed ſi dubitatur. ff. de iudi. & in. l. ſi qs aliena. eod. titu. Bal. idē profeſſus in. l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. Matt. Afflict. in conſti. Neapo. 197. Et rurſus in deciſ. incip. Capitaneorū poſt Abb. & pleroſq; alios in. c. ſi clericus laicum. de foro compe. ex quo & illud ſequitur, aſſaſſini qualitatē iuriſdictionē laico deferentem probandā eſſe potiſsimū ex eo quod cum à lege ſtatutove municipali aliquid diſponitur, cū certa qualitatis ſpecie qualitas illa vtiq; probāda eſt, ſicuti exiſtimauerunt Bart. in. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumi. publi. Deci in. c. 2. de reſcript. itidem conſi. 13. col. 2. & eſt text. ad id præſtātiſsimus. in. l. prætor. §. docere. ff. de vi bo. rapto. alias non cenſetur, probatio legitima ni qualitas probetur, Ioā. And. ad Specul. in titu. de accuſa. & inquiſi. cui & pleriq; alij docto. in albo primariæ doctrinæ politi acceſſere inter quos, & Cin. Iacob. de Aret. in. l. 2. C. de probat. Bald. in. l. edita. C. de edend. & in. l. 1. C. qui accuſa. non poſ. Bart. in. l. denūciaſſe. §. quid tamen. ff. de adulte. in princ. & vt breuitati operam dem in hac ſpecie quod qualitas aſſaſsini ſit probāda, vt potè laico iuriſdictionem deferat profitetur Ioan. And. Gemi. in. d. c. 1. de homi. lib. 6. Campi. deci. 112.

*De eadem re*

*Aſſaſsini qualitas probanda.*

Poſtremò & illud addam minimè ſufficere probari mandatū per aſſaſsini cōfeſſionē, ni & qualitas deducta in. d. c. 1. ꝓbe-
28 tur, vt potè interēptus fuerit chriſtianus alías pœnæ ſancitę in præci. c. locū ſuū minimè vendicāt. Et inibi expreſsim adnotat Ioan. Andr. aſſeuerans in praxi ſe obtinuiſſe, ac defendiſſē accuſatum de aſſaſsinio, cum iſta qualitas non probaretur, ꝙ occiſus fuerit Chriſtianus Ancha. in. c. 1. 9. notab. & pleriq; alij in ea ſunt ſententia. Bald. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleric. Alex. conſi. 166. verſi. 7. ad fin. Hippo. in practic. C. de probat. pag. 23. verſi. itē quod vltra præ. d. Feli. in. c. inquiſitionis. col. 2. de accuſa. Quibus & pleriq; alij acceſſere: inter quos Iaſ. in. l. pen. §. docere. ff. ne quis eū qui in ius voc. Matt. Afflict. in conſtit. Neapol. incipien. ſi damna clādeſtina. 15. notab. Ioan. de Arno. in cautela. 25. Quibus ſanè perpenſis, & de huius criminis reo ꝓbatione facta in pœnas pōtificię conſtitutionis in. d. c. 1. incidit, ſicuti conſtitutiſsimum eſt ex Alex. & doct. præcita. & Ludoui. Carre. in pract. crimi. §. homicidium. num. 15. verbo non amplius addam. in hoc nempe crimine, tametſi aſſaſsino pars iniuriæ ſibi illatæ remittat ex. l. 22. tit. 1. part. 7. Ex qua diffinitum ſtat trāſactione facta cum offenſo pœna corporis afflictiua imponenda nō eſt, in aſſaſsinatus crimine illius legis diffinitio admittēda non eſt, propter criminis atrocitatem ordinaria delicti pœna afficiendus eſt, ſicuti in ea ſpecie ſcribit Iacob. à Villalpā. in interp̄tatione legis. 22. tit. 1. par. 7. limit. 3. nu. 10. Cuius opinio nō tantū authoritate verū etiā ipſa rōne ꝓbabilior eſt, & de hoc diſputare adhuc aliquos miror cum plus q̄ manifeſtum ſit. Ego iſta quę in hoc peculiari tractatu cōgeſsimus ex plenioribus. dd. cōmētarijs petēda arbitrat⁹ ſum: cū quotidie in cōtrouerſiā veniat, & paucis exactè cōprehendī nequeat, ſatius propemodū fuerit nō irritare, quā nō explere ſtudiorum auiditatem. Hæc ſunt candide lector, quę in materia iſta quā certos ante annos tractādā ſuſceperā publicè legendi munere obeūdo hoc tēpore recognoſcēda putaui. Nec tn̄ ignoro multa addi potuiſſe, ſed & temporis breuitas, & aſsidua valetudo, quæ me vehemētius pręſsit ſpaciari plus in tam vtili materia nō ſunt paſſę: futuri tn̄ anni ꝓuentus Innoc. 4. Pontificia cōſtitutione. in. c. 1. de homi. lib. 6. niſi fata inuiderint, mox dabit vberiora. Tn̄ interim boni conſulito quę in hoc capite elaborauimus.

*Regia. l. de pace cū offenſo loquente ī aſſaſsino non habet locū.*

## Ex cap. ſequenti.

1 *Qui & venefici dicantur, deque illorū pœna.*
2 *Extraordinaria pœna iudicātis arbitrio puniēdum fore qui venænum cauſa mortis alteri propinauerit, tametſi medicamentis aliave via mors ſequuta non fuerit.*
3 *Filium eſſe exhæredandū, qui venænū vt patri daret paruerit ad eū occidēdū, ſi egerit id quod ab eo agēdū erat, licet pater apprehenſo dolo abſtinuerit potione.*
4 *Si alter coniugum tētauerit venæno alterum occidere iuſta diuortij cauſa eſt.*
5 *Qui potum cauſa abortionis amoris ſterilitatis ve dederit, & infantis iam animati abor-*

ſus

*ſus ſequatur pœna criminis ordinaria affi-
citur, ſin minus fœtus non dum ſit anima
tus, iudicantis arbitrio punitur.*

6 *Poculi amatorij pœna humiles in metallum
honeſtiores verò in inſulam relegantur.*

7 *Bannitum licet occidi poſſit, Regia.l. extante
non tamen proditorie.*

8 *Appellationi, nec reclamationi erit locus pro-
ditorie occidens.*

9 *Fontem venænans ſi inde mors ſequebatur,
vltimi ſupplicij pœna afficitur.*

10 *Non eſſe pœna mortis coercendus qui confite
tur hominem venæno occidiſſe ni adſint
alia indicia.*

11 *Standũ eſſe medicorũ aſſertioni, an quis à vo
ta diſcedat ex venæno poculo ve amatorio.*

## Traduntur aliquot interpretationes ad.l.1.C.de maledi.& mathe.aliter declarata quàm hactenus fuerit, circa veneficiorum pœnas, tam iure Cæſareo, regio, ſancitas.

## Caput. XX.

EXtat elegans Imperato
ris ſententia in.l.1. C. de
maled.& mathema. quę
de veneficis tractat. Cir
ca cui⁹ verũ examẽ per-
ſpicuũq; intellectũ, qua
ſi totius capitis coroni-
dẽ, quod obiter menti occurrit adnotãdũ
viſum eſt, q̃a doctores advſq; ſuis ineptijs
hanc materiã obſcurarũt, & iuuenũ inge-
nia, quæ maturare debuerant perturbaue
runt, vt lucis inquirendę ſpes nulla ſuper
ſit, ideo ad regiarũ legũ intellectũ, omitte
re non eſt animus. Verũ hac in quæſtione
obſeruandũ illud eſt, iſtud crimẽ eſſe gra-
uiſsimũ quippe quod ad proditoriã occi-
ſionẽ pertineat teſte Bal.in.l.nemo. col.3.
*Venæno occidere grauiſſimũ crimen.* C.de ſum.tri.Io.Anna. Feli.& pleriq; alij
huius farinę authores in.c.1.de homi.tex.
oĩm præſtantiſsimus in.d.l.1.plus eſt inq̃t
Imperator Anto.venæno occidere, quàm
gladio. Et inibi paſsim adnotãt.dd.Bal.Sa
lic.idem profeſsi in.l.cùm fratrẽ.C. de his
quib.vt indig.Alex. nec admodũ inuitus
huic accedit ſentẽtiæ pleraq; ad gen⁹ alia
cõgerens cõſ.145.nu.6.vol.7.Et oĩm diligẽ
tiſsimè Ludo.Carre.in pract.cri.§.homici
diũ.nu.98.& ante hos Bal.in.c.1.co.7.qui.
mo.feud.amit.Barb.conſ.80.col.11. vol.4.
ex quo occidens venæno ꝓditoriè exiſti- *Hoc crimen præſefert ꝓbationem.*
matur occidẽs, vti Hip.explicat hac in re
in rubr.ff.de ſica.ad fi.Et hoc nẽpe crimen
in ſe habet proditionẽ Bal.in.l.nemo cle-
ricus, & in.l.cũ fratrẽ.& in præci. c.1. huic
accedit ſnĩę. In quo dubio illud memoria
repetere libet, qui in ea ſpecie venefici di
cuntur? Et eos dici cõſtat, qui hoĩes venę
no, incãtationibus, & qui alia medicamẽ 1
ta ad occiſionẽ vendant, occidũt ve: qui
tanq̃ ſicarij afficiuntur ſupplicio.l.3.§. pe.
ff.de ſica.§.eadẽ.l.Inſti.de publ. iudi.l.1.§.
præterea.ff.de ſica.explicat ſerioſe Bonif.
in pract.de homi.Affli. in conſti. Neapo.
incipi.mala noxia.Lud.Carre.nec admo-
dũ inuitus huic accedit ſnĩæ in pract. cri.
nu.101.in prin.& pleriq; alij in ea ſunt ſen
tẽtia, quos ibi cõgerit. Quibus cõuenit re
gia.l.7.tit.8.par.7.ad cuius verũ examẽ ali
qua cõijcienda ſunt. Et primò paulò altio
ri cõmentario, quàm hucuſq; factũ fuerit,
ab interpretibus noſtris petẽdũ eſt. Puni-
tur ergo occidens venæno pœna capi-
tis, &.l. regia partitarũ beſtijs is criminis
reus traditur deuorandũ.l.7. tit.8. part.7.
cuius rõ ea aſsignari poſſet. Siquidẽ hui⁹
criminis author ꝓditionis crimẽ, & aleuo
ſiæ cõmittit, & grauiore afficiẽdus eſt pœ
na ſicuti exiſtimat Iacob.Butr.in.l. nemo
C.de ſũ.tri.& fid.cath.Bal.inibi. n. 5. Itidẽ
in.c.1.col.4.quib.mo.feu.amit. Io. Plat.in
§.itẽ.l.Cornelia.de ſica.inſti. de publ.iud.
Sali.idẽ ꝓfeſſus in.l.1.ad.l.Cor.de ſica.col.
2.& huius ſnĩæ authores habeo Ancharr.
in.c.1.de homi. Ro.in.l.1.§. iuſta tñ hoc.ff.
ad Silla. Hip.in rub. ff.ad.l.Cor.de ſica. &
hãc eſſe cõi cõſenſu receptã ſnĩã exiſtimo
quã maxĩe cõuincit tex.ad id p̃ſtãtiſsim⁹
in.l.1.§.occiſorũ.inibi q̃d ſi q̃s puta venæ-
no, vel alio q̃d etiã necare ſolet. ff.ad Syll.

Secundò ad regiarũ.ll.intellectũ, & il-
lud cõuenit intelligẽdas fore, in eo qui tẽ
tat aliũ occidere veneno: tametſi mors ſe
cuta minimè fuerit.l.3.in prin.ff.de ſic. ex *Qui tẽtat venæno aliũ occidere.*
preſſim aſſerit hũc puniẽdũ mortis pœna
nẽpe ſupplicio.l.Cornelię. Cui cõuenit re
gia.l.7.tit.8.part.7. ſed quia toti⁹ orbis cõ-
muni



muni conſuetudine derogatũ eſt legibus
conatũ abſq; verò effectu puniẽtibus, ni
mors ſecuta ſit ex præci.l.3.ff.de ſic. Bonif.
in tit.de homi.Dec.oĩm diligentiſsime in
regula nõ vult.ff.de reg. iur. idẽ profeſſus
inſigni breuitate Tho.Gra.voto.3. & rur-
ſus voto.30.Angel.in.l.1.§. ſit iniuria.ff.de
va.& extraord.cri.Cæpo. parum huic ſen
2 tẽtiæ ꝓpitius eandẽ ꝓfitetur ſentẽtiã cõſ.
vlt.Fran.de Crem.ſing.49.& ſignãter Bu-
trica.in.c.1.de reſcrip. Quòd ſit extraordi
naria pœna puniendũ fore exiſtimo in ea
ſpecie, qua agimus, q̃n qui venænũ cauſa
mortis alteri ꝓpinauerit, ſi vel medicamẽ
tis, vel alia quauis via mors ſecuta nõ fue-
rit exiſtimat Bald.iudicantis arbitrio ex-
tra ordinẽ puniendũ fore. Is in quã conſi.
443.nu.3.Cæpo.Ange.his in locis, quibus
paulò anteà mẽtionẽ fecimus Floria. in.l.
item ſi obſtetrix.ff.ad leg.Aqui.Hip.in.d.
l.3.Alex.in apoſtilis.ad Bart. in.l.1.ff.ad.l.
Pompe.de parri.Paul.Pariſ.conſi.167.nu.
13.lib.4.Matth.Afflict. in conſti. Neapo.
*Communis opinio.* lib.3.par.41.Augu.Arimi.in addit.ad An-
gel.de Maleſi.verb.& ex interuallo ad fi.
Remen.in ſingu.49. Tho. Gra. elegãter in
deciſ.2.Neapo.prętorio deciſum fuiſſe. Et
eſſe hanc opinionẽ cõem aſſeuerat Ludo.
Carre.in pract.cri.tit.de homic.§.homi.n.
19.Quib⁹ ſubſcripſere Tho.Gra.deciſ.74.
nu.16.&.17.Fel.in tit.q̃n cognatus.col.4.&
maximè cõuincit, ijs oĩbus ea quę conge-
rit Dida.à Couarr. in.c. rainũtius.nu.13.de
teſta.& nouiſsimè Anto.Gomc. c.3. Deli-
ctorũ.nu.7. In quo dubio præter.dd.in al-
bo primarię doctrinæ poſitos hac in re ad
uertẽdũ eſt, vbi quis venęnũ cauſa mortis
& aĩo occidendi alteri dederit, & propina
uit actũ iſtũ eſſe adeò proximũ cõſumma
tioni criminis, vt deniq; ſit vltimus is ab
occidẽti agẽdus: nec enim ad mortẽ quic-
quã aliud ſupereſt à criminis reo agendũ.
Veriorẽ credo ſnĩam cõtrariã, & arbitror
pœna ordinaria eſſe puniendũ: tametſi tã
torũ virorũ authoritate ſuffulta ſit cõtra-
ria ſententia, vt im ꝓbari nõ poſsit: ipſi tñ
aĩaduerterint, qua ſola nunc vtar ratione,
vt ꝓprio illos iugulẽ gladio admodũ ſuf-
fragatur oẽs q̃ voluerunt in his atrocibus
*Cognatus* conatũ ad proximũ deductũ actũ ordina-
ria pęna puniẽdũ fore, ſicuti maximo api
ce deſeruire videtur.tex.in.l.1.§. diuus. ff.
de ſica.l.ſi quis nõ dicã.rapere.C.de epiſc.
&cle. canonazitę in.c.ſi quis nõ dicã rape
re, de pœni.d.1.l.1.ad fi.ff.quod quiſq; iur.
c.fi.de ſponſ.l.is q̃ cum telo.C.ad.l.Corn.
de ſica.Fel.in.c.1.de præſump.Tho.Gra.in
deciſ.2.n.2.So.in regu.31.Mat.Affli.in con
ſti.Neapo.lib.1.par.11.nu.1.Hip.pleraq; id
genus alia cõgerẽs in præci.§. diuus. nu.3.
Itidẽ in.l.is q̃ cũ telo.nu.24.& rurſus in.l.q̃
falſam monetã.nu.1.ff.de ſica.& oĩm dili-
gẽtiſsimè Feli.in tit.de cogna.col.2.& nos
his oĩbus nõnulla cõiecim⁹.c. 19. ſupra de *Regia lex.*
aſſocinis tractantes. Et in his regnis extat
regia.l.2.tit.31. part.7.dũ aliquis ꝓpinauit
actũ proximũ cõſummationi criminis, ſi-
cuti ex.l.regia.2. tit.13.lib.8.ord. Cæterùm
iſta ſnĩa cõueſtiri poſſet ex regia.l.7.titu.
8.p̃t.7.&.l.50.tit.fi.lib.8.ordi.qua diffinitũ
extat mittentẽ ſagittã in alterius mortẽ,
morte plectẽdũ eſſe, etiã ſi non percutiat:
maximè tñ ſi percutiat ex.l.5.tit.13.li.8.or-
di.quæ quidẽ.ll.rationẽ habere poterũt à
gl.in.c.1.verb.ad mortẽ.& inibi, Bal. de p̃-
ſump.Sali.in.l.1.C.de malef.Fab.in.§.alia.
Inſtit.de pub.iud.Bar.per tex.ibi in.l.1.ff.
ad.l.Põpe.de parri.Ange.in tit.maleſi.vb.
ex interuallo.col.fin.& ſequẽter id expli-
cat.Io.Ign.in cri.fal.mone.in.l.1.§.cũ dñs.
nu.25.ff.ad Silla. nẽpe qui falſam monetã
in formã pecuniæ ita cuderit, vt ſtatim ex *In crimine falſæ monetę*
pẽdi poſſet: tũ ſi ea vſus nõ fuerit pœna af
ficiẽd⁹ eſt ex.l.ſi falſos.C.ad.l. Cor. de fal.
Cui ſanè ſnĩæ ſe ſubſcripſere prægmanæ
curiæ iudices authore Tho. Gra. in deciſ.
2.licet in magno cõſilio benigniores iudi
ces eſſe ſoleant, nec tñ ꝓbauerint mortis
pœna puniẽdũ fore eũ, qui aĩo alterũ occi
dendi venænũ emerit, & parauerit, nec de
derit. Nã hac in ſpecie totius orbis cõſue-
tudo eſt intelligẽda: quæ quidẽ.ll.punien
tes hunc cognatũ abrogauerit. In quo du
bio Bal.Floria.& Cremẽſ. paulò anteà ci-
tati in ea ſunt ſnĩa, minimè poſſe pęna or
dinaria iuſtè punire hunc conatũ, ſed vtri-
q; iudicantis arbitrio extra ordinẽ, tãetſi
Bar.Ange.Fab.in longè cõtraria ſint ſnĩa.
Ipſe tñ licèt minore ſim natus & ideo mi-
nore fungar authoritate in cauſis horũ p̃-
quirẽdis maiori diligẽtiæ afficior cõmo-
do. Atq; ideo aduerſus Ange.& Cæpol.&
alios hui⁹ farinę authores locis p̃cita. aſſe
ueramus in ea de qua agim⁹ q̃ſtione, locũ
fore pœnę ordinarię eo tp̃e, cũ q̃s venęnũ
aĩo occidendi parauerit, & alteri propi-
naue-

nauerit.Quo in negocio idem voluit Bal. d.conſ.443.Floria.in.d.l. item ſi obſtetrix. Tametſi Thom.Gram.falſo.errore ductus hos authores adduxerit.Pro eius ſentētia ſenſit hāc diſtinctionem Salic.in.d.l.1. ſic etiam qui falſam monetam cudi ceperit nō tñ forma neceſſaria ad eius vſum ſignauerit pœna ordinaria puniēdus non eſt, ſed vtique extra ordinaria,ex multis quæ adducit Ioan.Igne.dict.num.23. idemque probat Thom.Gram.deciſ.74. aſſeuerans in magno regis prætorio reuocatam fuiſſe mortis ſententiam à iudicibus magnæ vicariæ latã.Et hæc adiectio argutijs quibuſdam viam tacitè claudit, & iter præripit.Et nos in ea ſpecie in alio fortaſsis loco trademus. Vide qui ſapis, qui probus es,qui iuris veritatem amas, quàm ancipiti periculo conſiſtat eorum opinio.Quod ſi vera eſt, non quia communis: ſed quia iuris eſt: & ſi ſolus quiſpiam docuerit obtinebit:ſin teſtibus obuiet,tanquam Syrtes ſunt euitandæ.

*Diſtinctio Salicet.*

Cæterùm ad regiarum.ll. intellectum præſpicuumque examen,& illud annectere oportet,an ſatis ſit,vt locus ſit exhæredationi,filium venenum paraſſe ad patrē occidendū,non ſecuto homicidio. Quòd ſi venenum patri prębuerit filius,& is in-
3 quam fęcerit quidquid ab eo agendum erat, opinor poſſe exhæredari. Vt rem exemplo ſubijciam, ſi pater apprehenſo dolo,abſtinuerit potione:itaq; patris diligentia potius quam pœnitētia filij, mors ſecuta non ſit, exhæredationem procedere conſtat.l.1.ff.de parri.& inibi Bart. expreſſe adnotat Bald.& inibi glo. in cap.1. verb.ad mortem.de præſumpt. Abb.in.c. fin.de dona.Ripa in præcita.l.fina. quæſt. 27.l.ff.de ſica. Angel.de Malefic. in.§. ex internallo regia.l.7.titu.8.&.l.2.tit.31.par. 7.l.50.titu.fina.l.2.titn.13.lib.8.ordin.Quibus & nos paulò anteà mentionem fecimus,& vt obiter agam extat text.in.§. aliud quoque capitulum. in authen. vt cū de appella.cognoſ.coll.8.& regia.l.4.titu. 7.pag.6. quæ quidem de exhæredatione filiorum agit veneficiorum intelligendas eſſe de veneficijs,non quibuſcunque, ſed tātū de his qui incātationes, & magicam artem exercent pernicioſe:vti profitetur Carol·Molendi.in conſuetud.pariſien.titu.1.§.30. quæſt.37. Ipſe tamen ex Græca nouellarum litera non tātum incantatores,qui malefici appellātur intelligo, ſed & veneficos,qui venefica conficiunt,eāq; exercent veneficam artem. Cui interpretationi & regia.l.adſtipulatur quæ expreſſim veneficos,& incantatores intelligit. Cæterum vt quo digreſsi ſumus redeam, in ea ſpecie qua agimus,ſi filius ante deprehenſionem libenter pœniteat, etiam parato veneno minimè poterit, vt ingratus exhæredari,ſicuti,& nos in alio celebri loco de intellectu cap. aliud quoque. agentes trademus.Sed ex præcedentibus non parùm conuenit inquirere,quid iure ſtatutum fuerit,qui emerit venænum, vt potè aliquem interficeret: tametſi nō dederit,mortis pœna afficitur.l.1. ad finē. ff. de parri.& inibi Bart.ſed ille.text. intelligendus eſt,in ſola filij perſona:quādo venænum emerit,vt patri daret ad alios nō conuenit extendere: ſed vtique iudicantis arbitrio pœna afficitur ex Platea in.§. item lex Cornelia, verſi.eadem lege.Inſtitut.de publi.iudic.

*An locus ſit exhæredationi.*

*Ex greca nouellarum litera.*

Illud verò prætermittendum non eſt ad regiarum legum examen, hoc nempe crimen erit iuſta diuortij cauſa, ſi alter tētauerit venæno alterum coniugem occi- 4
dere. Et huius ſententiæ authores habeo Abb. in.c. quemdmodum. ad finem. de iureiuran.Hippo.in.l.vnica.col.penul. C.de rapt. virg.&.in.l.fina.C.ad leg. Cornel.de ſica.col.fina.notat Gereard. ſingu. 65.explicat Alexand.conſi.78.volu.5. Catal.Cota in vltimis memorabilib⁹. verbo actio iniuriarū.Quibus admodum ſuffragatur,text.in.l.conſenſu.C.de repud.

Cęterùm ad regiarum legum tractatū, & verum examen,illud definitum extat pœna regiarum conſtitutionum afficiendum eſſe,qui potum cauſa abortionis, amoris,ſterilitatiſue dederit,&mors ſecuta fuerit.l.ſi quis aliquid.§.quia abortionis. ff.de pœ. tametſi ſecuta mors non fuerit viuus tamen aborſus ſequatur infantis iā animati,eadem coërcēdus eſt pœna.l. penult.& inibi docto.C.de ſica.l.diuus.ff.de 5
ctum.c.3.num.3.accedit. Et conueſtiri poſ
ſet iſthæc ſentẽtia ex eo in materia reue-
rentiali diſpoſitum in patre vel in matre
extenditur vtique ad omnes alios acen-
dentes in infinitũ, eo maxime diſpoſitio
ius naturæ reſpicit.l.4.§.parentes.ff. de in
ius vocan. & inibi gloſſ.communi cõſen
ſu approbata pleniori manu per Bonifa-
cium in rubri.de parricid. Abb.in ca.1.de
patribus qui filios occiderunt.

4 Et huius criminis pœna competit cõ-
tra occidentem fratrem ſororem vel tran
ſuerſalem ad quartum gradum vſque tex.
in præcitata.l.1.ff.ad.l.Pompeiam de par
ricid. Et inibi gloſſ. frequentius recepta,
& omnium diligentiſsimè explicat Ioan.
Faber.& dicto.§.alia deinde lex. Cęterum
huius criminis reus ſit vtique eadem pœ
na afficiendus de marito occidente vxo-
rem vel verſa vice, filiuſque naturalis in-
terficiens patrem ſit eadem pœna coercẽ
dus, quid de ſocro.priuigna, patrono, pa-
tre ſpirituali & aliis pleriſq; ſuo loco ſta-
tum diſcutietur.

Et antea quã vlterius progredi liceat *Parricidiorũ pœna.*
in huius criminis authores ſtatuta eſt pœ
na inſutꝰ culeo in mare præcipitatur cuiꝰ 5
Cice.in eadẽ oratione pro Roc.Ameri.ad
tãti facinoris vltionẽ autores inſui volue
rũt in culeũ viuos atq; ita in flumẽ deiici,
& paulò poſt inquit moriũtur, vt eorũ oſ
ſa terrã nõ tãgat, ita iactãtibꝰ, vt nunq̃ a-
bluãtur: ita poſtremo eiiciũtur vt ne ad ſa
xa quidẽ mortui cõquieſcãt hęc ille: itẽ Va
ler.Ma.li.1.c.1.de hac nephãdi criminis pę
na qui aũt olim parẽtes occiderũt cõme-
morat Ludo.Cæl.li.6.lectio.antiqua.c.39.
&.c.43.refert etiã Diod.Sicu.q̃ paulò ante
meminimus.

Hodie tñ extat de parricidij pœna ce
lebris.Modeſt.lex.pœna.ff.ad.l.Põpeiã.
đ parr.& alia pleraq; iu.in prĩci.cita.quas
ll.libuit breui quodam epilogo tantiſper
explicare cũ quotidie in cõtrouerſiã ve-
niãt & paucis cõprehẽdi nequeat ſatius ꝑ
pe modũ fuerit nõ extricare quã nõ exple
te ſtudioſorũ auiditatẽ. Pœna ſiqdẽ par-
ricidii.eſt.1.virgis ſanguineis verberetur
& in culeo mittatur cũ cane vipera ſimia
& gallo gallice o & ſic ĩtruſſus in mare vel
flumẽ proximũ ꝓiiciatur vti explicat.6.l.
pen.ff.ad.l.Põpeiã de parri.& tex.in.l.vn.
C.de his qui parẽtes vel liberos occide.&
in præci.§.alia deinde lex,& regia.l.12.tit.
8.p.7.meritoq; hac pœna afficiẽdus eſt ſi
quidẽ cõtra ius naturale delictũ perpe-
trauit ita nempe cũ dictis aĩalibus ſibi in
uicẽ cõtrariis mittatur & rõ huiꝰ criminis 6
pœna hoc in loco diſcutienda eſt, & pri-
mum virgis ſanguineis verberatur vti iu-
ris conſultus in dict.l. pœna tradidit. Ac-
curſius eo loco in errorem cæteros atra-
xit in prioti gloſſemate inquit, ſangui-
neas dummodo ſanguis exeat qua ſentẽ-
tia



tia exploſa exiſtimo has virgas ſangui-
neas dictas, nomine proprio fructicis, aut
arboris de quo etiam meminit Plini.lib.
16.cap.18.& iterum libro.24.cap.10.in hæc
verba ſcribit neque virga ſanguinea fœli
cior habetur, deinde huius ſceleris reus
inſuitur culeo vti de hac pœna tradentes
Cicero. Valerius Maximus. Modeſtinus
conſultus locis pręcitatis explicant. Erat
culeus ſaccus ex vtre bubullo vti conſtat
mirum in modum ex Theophil. in præci-
tato.§.alia. de quo etiã meminerat antea
*Culeus quid.* Iuuenalis Satira.8.in hæc verba.
*Iuuenalis* *Cuius ſupplicio non debuit vna parari,*
7 *Simia neque ſerpen ſvi us neque culeus vnus.*
Cæterum culeo inſuitur cũ gallo gal-
linaceo cane vipera & ſimia. Ea ratione ſi
quidem hæ beſtiæ ſimiles parricidæ ha-
*Ratio pœnæ.* bere vidẽtur, nam ex his alię parentes oc
cidunt, aliæ non ſe continent, quin cum
illis pugnẽt, & author eſt locupletiſsimꝰ
Theofilus.in præcitat.§.alia.quorum ani
lium neque vtique Cice.neq; Valer.Ma.
neq; Ludoui.Cælius. neq; Diodor. Sicu.
meminere ſed vtique conſultus Modeſti.
id tribuens moribus ac cõſuetudini maio
rum & poſt eum oẽs.d d. tam ciuilis phi-
loſophiæ quã regis quorum mentio pau-
lò antea facta eſt.
Quo in negocio perpẽdere lubet quæ ſit
ſpecialis ratio horũ animaliũ in huius cri-
minis punitiõe potius quã aliorũ in quo
tametſi plura extẽt doctorũ reſpõſa in hu
ius criminis rõne nos breuitati ſtudẽdo,
quantũ fieri poteſt, ad cõpendium reddu
cemus, & potiſsimũ canis huic pœnæ ad
hibetur, vt ſceleratũ hoĩem oſtẽdat & im
mundũ, qui parentẽ occiderit. Sicuti hac
in re Virgi.1.Georgi. Canes immũdos ap-
pellat. quã rationẽ Stepha.Forc. in necio
mãtia iuris.c.54 adducit. Et Theofi.in.d.§
alia.& ĩmũdos & obſcęnos canes ab Hora
tio nũcupãtur.li.epiſt.1 ad Leliũ, & impu
dẽtiſsimos ab Eſa.c.56 & illud Ecclesi.quę
cõicatio ſancto hoĩe cũ cane itidẽ Plutar.
in proble.Greco.c.3.ſcribit. Canẽ in Athe
nien.arcẽ.admitti fas nõ eſſe nec Delũ in
ſulam attingere eã ob cauſam vt nõnulli
dicũt quod immũdi ſint & in propatulo
& paſsim coeant, qua in re aliorũ aĩalium
diſsimiles ſunt.& illud Auguſ.ſuffragatur
*Plutar.in ꝓblem.Greco.* in.c.nuptia.27.q.1.filiorũ pro creationi o-
perã dandã nõ canino more, ſed honeſto
ordine coniugali. Et quod Dioge.ille Cy-
nicus ita dictus eſt, quod paſsim more ca
nũ publice & nonnunquam in foro ve-
nerẽ perageret & mirũ in modũ ab omni
bus vituperatur, ſicut diffinitum eſt apud
alterũ Diogenẽ Laertiũ in vita illius, & cõ
ſtat ex Chryſo.home.in Matthę.34.& ad
Corin.home.35.& Augu. de vita Dei libr.
14.ca.20.apud quod ſatis iã ſatis diffinitũ *Alia ratio.*
& iſthæc pœna alia adaptari poſſet rõne
Canis ſiquidẽ eſt fideliſsimũ aĩal homini
id circo ad arguendã infidelitatẽ parrici
dij ſtatutũ eſt vt canis cũ eo in culeũ mitta *Vergilius.*
tur, & hinc Vergi.lib.8.Aeneidos.
*Greſumque canes cõmittantur hærilem.*
Quo loco ſeruius adnotat & illud Sa-
luſt.in Roma.hiſtoria Siphax inter duos
canes ſtãt Scipio.appellauit. Itidẽ Vergi.
lib.9.eiuſdẽ operis, & libro.7.& pollux in
Honomaſtico, ad cõmodum ſcribit ſecta
batur aũt Hercu. canis vti erat mos anti-
quitus canes ſimul cũ heroibus in cõcio-
nẽ ingrediebãtur, & Aelius.li.3.de natura
aĩalium. Et deniq; canes oĩm aĩaliũ in ter
ra degentiũ ſiue rõnis expertia ſenſitiua
magis ſunt veſtigia ſequũtur & ſcrutãtur
ex illo Vergi.lib.Aeneidos.
*Et odora canũ vis.*
Quæ rõ colligi poſſet ex Plin.li 8.c.40
& ex Frã.Patri.de reg.li.3.tit.6. & Lactan.
li.1.ſcribũt quoq; hiſto. Iaſ.Licio interfe-
cto eiꝰ canẽ cibũ vnq̃ deinceps capere vo
luiſſe & tandẽ p multos dies per inediã cõ
ſumptũ eſſe. Itidẽ canis cũ dñi mortẽ cer-
neret cibo tãdiu abſtinuit donec morere
tur. Sicuti exiſtimat Frã. Patr. loco præci.
canũ fides admirãda oĩno eſſe cernitur Ly *Liſimachi regis canis.*
ſimachi regis canis cũ cerneret dñm cre-
mãtẽ accẽſo rogo ſe flãmæ iniecit & viuꝰ
cũ mortuo dño cremari voluit idẽ etiã fe-
ciſſe Syracuſa.regis canẽ Plin.teſta. loco
præcita. nulli certe aĩaliũ p̃ter hoĩem ma-
ior eſt memoria ac fides, itinera.n.q̃uis lõ
ga, atq; inuia canes diutius meminere, &
hoĩbus ipſis memorãt, atq; ideo canes no
biliſsimos appellat Quin.Cur.li.9.atq; ge
neroſam indolẽ habere dignoſcuntur ex
Colume.li.7.rei ruſticæ.c.12. Rurſus ea rõ
ne parricidii conuenit pœnæ teſte Plin.
lib.10.c.20.galli gallinacei pugnaces ſunt
cuiꝰ aſpectu leo formidat, ſicut exiſtimat
proculus Platonicus in libro. de Sacri-
ficio. & magia. & Lucretius libro.4. &
Alber

Albertus libr. animalium. 23. Alexan. Aphrodiſeus in principio ſuorum problematum Aelianus. libr. 11. animalium Cælius Rhodiginus. libro. 6. antiquarum lectio. cap. 11. Et hinc erat pergami omnibꝰ annis publicę edi ſpectaculum gallorum ſeu gladiatorũ & authore Aeliano id etiã Athenis fieri ſolitum eſt teſte Ludouico. Cælio. libro. 9. cap. 13. lectio. antiqua. galli ſiquidem aduerſus ſerpentes, & viperam pugnant. & ne ſim alienæ laudis occultator ad huius pœnæ rationem adducit Stephanus Forcatul. loco præcitato. Et vt nihil pœnitus hac in re deſideretur gallus gallinaceus dictus eſt, ex eo quod latinæ linguæ periti, gallum gallinaceum appellant huius nominis auem ſecũdum Quintilia. libro. 7. ob idque plerique dicere ſolent gallinaceum abſque galli adiectione vt Budæus in dicta. l. pœna parricidij admodum diligenter notat ex Plinio & Columella. & gloſſ. in dicta. l. pen. exiſtimat gallum caſtratum eſſe debere qui fortius pugnat cum ſerpente Ang. vero inibi exiſtimat gallum eſſe quoddã animal quod quidem & in terris ſoli Iulij. Et eſt ſecundum eum animal ingentis magnitudinis & ſimilis gallo galiceo habẽſque faciem nimis groſſam. Huic accedit ſentẽtiæ Grego. lupus in præcitata. l. 12. verſi. gallo.

*Speculũ gallorũ apud pgamos.*

Tertio ſimia ea ratione parricidij conuenit pœnæ, quia ſimiarum generi præcipua ſit affectio erga fœtum. Vt teſtatur, Plinius libro. 8. cap. 54. adeo plerumque amplectendo catulos ipſos occidit. Secũda ſanè poſsit aſsignari ratio, vt nulla ſit tanti facinoris imitatio apud hoĩes quos nullus animal perfectius imitatur, quam ſimia, & ex Plinio poteris aliquot ratioes huiusrei coniicere. Tertia denique erit ratio quæ Forcatulo placet loco præcitato quod ſimiæ ſimiles ſint hominibus interim deformes, ſicuti parricidæ qui ſub figura hominum immanitatem belluarum gerunt.

*Ratio. 3.*

*Poſtre. ratio*

Poſtremò neque ſilentio præterire libet, qua de vipera cum parricidio culeo inſuitur. Ea ſiquidem eſt vt ſimili ſit obnoxia delicto. Quorum cum ipſa ſciſo parẽtis vtero perrumpit in lucem, parentẽque ipſum occidit ſicuti enarrat Plinius, naturalis hiſtoriæ libro. 10. cap. 62. fœminam præ dulcedine coeuntis maris caput præ rodere tradditum extat. Edorus Apollo ſcribit, viperam non niſi per parricidã in lucem venire vtero matris prærupto. De qua quidem ratione meminit Ludou. Cælius libro. antiquarum lectionum. 3. c. 27. & nouiſsime Forcatulus in præcitato. c. 34. Quibus accedit Iacobus Baullen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. fol. 11. columna. 1. exiſtimat horum animalium commixtionem ad maiorem perpetrantis ſceleris pœnã fieri. Ex eo ſiquidẽ quia naturaliter ſimia timore perterrita fugatur à cane, & ſimia gallum gallinaceũ fugat, & gallus viperam, & cum vipera ſit omni deſtituta auxilio ingreditur quaſi ſuum vltimum refugium in deliquentis corpus. Et iſthæc ſanè pœna, imponitur parricidę vti viuus omnium vſu elementorum careat, & ſuperſtiti deſit cælum, & terra mortuo, vt hac in re explicat Cinus idem exiſtimans in dicta. l. vnica Iacobus Baullen. loco præcitato his tandem ſociatus animalibus parricida inſutus culeo, ea ratione quã Cice. refert in mare proximum mititur de mari in hac re meminit, Modeſtinus. in dicta. l. pœna & Valerius Maximus vbi ſupra Cicero vero de flumine loquitur, quamobrem in dicta. §. alia & in præcitata. l. vnic. promiſcue maris, & fluminis mentio fit: nec ratio ditat contrarium ex eo quia mare ſignificat quancunque aquarum congregationem vti cõſtat Geneſeos. c. 1. vocauit Deus aridam terrã congregarioneſque aquatum appellauit maria vti hac in re explicat Ioan. Montolo. in prõptuario iuris dictione mari, & dubio procul conſtat ex illo Ioan. c. 6. Tyberiadis mare appellatur. Quaſi ſit peculiare Hebræis quancunq; aquarum congregationẽ mare appellare. Quod ex Plinio libro. 5. capit. 15. Ioſepho. libro. 18. antiquitatum capitu. 4. conſtat & eſt gloſſ. ad id præſtantiſsima in præcitata. l. pœna. Et mirum in modum idem profeſſus adnotat Cæl. lib. 14. lectionum antiquarum. c. 14. & Pomponius Mella. lib. 2. c. 4. & omnium diligentiſsime Exeſiphus explicat de excidio Hieruſalẽ. li. 4. c. 16. & apud noſtros, idẽ exiſtimat Bar. in tra. de Inſu. in princi. Vñ etiã illud Cicer. in oratiõe ꝓ ſexto Roc. loquẽtis ꝺ pœna parricidarũ quos lex Romanorum inſui iubet inculeũ viuos, atq; ita ĩflumẽ deiici noluerũt nudos in flumen

*Viperã nõ niſi ꝑ parricidiũ in lucẽ venire.*

*Cice. pro ſexto Rocio.*



in flumen abiicere, ne cum delati eſſent in mare ipſum polluerent quo cęteravio lata ſunt expiari putantur, & illud quoque Catulli. Ad gelium de profano quodam & iniuſto.

*Catullus ad gelium.*

*Quid facit in patrum, qui non ſinit eſſe maritũ.*
*Et quid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris,*
*Suſcipit ò gelli quantum non vltima thetis.*
*Nec genitor nimpharum abibit occeanus.*

Nouaque conſideratio aſsignare poteſt in huius criminis punitione ob quam cauſam parricida, in mare ſiue fluuiũ eiiciatur, ſiquidem cum aqua omnium rerũ principium eſſe fateãtur. Tales mileſius è ſeptẽ ſapientibus vnꝰ vti exiſtimat Tullius. lib. 1. de natura deorum Vitruuius. li. 2. cap. 2. Iuſtinus in admonitorio gentium Lactantius. libro. 1. cap. 5. & lib. 2. capit. 10. Plutarchus de placitis philoſophorum. libro. 1. cap. 3. Tertulianus. libr. 1. aduerſus marcionem Euſebius de præparatione euangelica libro. 1. cap. 5. hicque accedit, Galenus in. lib. hiſtoria philoſophorum & Auſonius ait carminibus.

*Lactantius.*

*Auſonius.*

*Mileſius thales aquam qui principem*
*Rebus creandis dixit,*

Itidem ex Homero. libro. 4. Illiados conſtat.

*Homero.*

*Occeanumque deorum generationem & matrẽ tethym.*

Et rurſus eodem libro.

*Occeanꝰ qui generatio omnibus factus eſt.*

Ex Virgilio libro. 4. Georgi. occeanumq; patrem rerum, & inibi Seruius explicat ideo vocari quod ex eo omnia gignũtur & originem ducunt. Quo fit parricida in mare iactatur, vt pote ingratus patrem interimendo ad rerum principia redeat, vt pote immemor tanti beneficij eo maxime cum ingratus filius patrem intermẽs cenſeatur. & Menandri eſt ſententia ab Auſonio traddita.

*Ingrato homine peius nihil erat.*

Vt non immerito ingrati apud Perſas ſeueriſsime plectantur vt prodixerit Xenophõ in pedia Cyri. lib. 1. explicat Tiraquel. 9. lege connubi. nu. 20. eſt ſiquidem naturalis quædam obligatio, vt eos diligant, à quibus gubernantur, quod nõ modo in hominibus cernitur qui rationis cõpotes ſunt verũ in brutis animalibus quę nullum cum ratione cõmertium habent, Xenophõ tamẽ Socraticus ingratiſsimũ omnium animalium in rectorem ſuum hominem eſſe ſentit quando nullum aliud animal inſidioſſum eſte eiã quo alitur nec fructus abnegat præter hominem. anſeres nutritores ſuos adeo amãt, vt quaſi ſapere & intelligere videantur. Scribit ſane Suetonius in Auguſto. c. 33. pœnam iſtam culei minime ſolere inferri parricidiis niſi & hi confeſi fuiſſent hoc ipſum crimen, multa pleraqueid genus alia de parricidiis congerit Ludoui. Carreri. in practic. criminali. §, homicidium num. 128.

*Anſeres.*

Cæterum modeſtinus exiſtimat huius criminis reos beſtiis eſſe obiiciendos ſi nõ ſit prope fluuius vel mare in quod iactẽtur dicta. l. pœn. & Paulus in receptis ſententiis. libr. 5. ad. l. Pompeiam refert pro regionis qualitate parricidas vel beſtiis obiici ſolitos vel viuos exuri. Et Tho. Grãmaticus in conſilio. 57. ad fin. & Ludouic. Carrerius loco præcitato nume. 147. quã pœnam intelligẽdam eſſe exiſtimo in iis paulò antea citatis longè quidem aliter in aliis conſanguineis ac affinibus. l. Cornelia. de ſicari. teneri iuxta. l. 3. ff. de ſicar. tametſi hodie nulla adhibita iuris differẽtia quo ad omnes eadem pœna infligitur l. 1. C. de patribus. qui filios occiderunt Bar. & Hippolytus in. l. 1. ff. de parricid. & huius ſententiæ authores habeo Abb. in c. 1. eo tit. Angel in tract. maleficiorũ verſi. ex interuallo Bonifac. in rubr. de parri. tametſi Bal. & Salic. in præcit. l. 1. aſtipulẽtur eam pœnam minime noſtra tempeſtate in vſu eſſe, quinetiam reos huius criminis lacerandos dari in his tamen regnis vſu receptum eſt & praxis obſeruat legem partitæ quod mittatur in culeo cum his animalibus paulò ante citatis in cuius criminis punitiõe reus criminis interficitur à vita diſcedit cadauerq; eiꝰ vt pote legalem ſubſtineat in culeum vtique mittitur

*Parricid. canibus lacerãdos dari.*

Quibus & illud ſubiiciam huius criminis reos eccleſiaſtica ſepultura carere vti hac in re probat tex. in præcitata. l. vnica ad fin. C. de his qui parentes vel liberos. occide. vbi Imperator in hæc verba ait vt omni elemẽtorũ vſu viuus careat & cęlũ ſupſtiti terra mortuo auferatur. Ad quod multum adnotant Baldus & Salice. inibi Barto. Alexan. in. l. 1. ff. de parricid. quibus accedit Ludouicus Carrerius. loco & numero præcitato, & Anto Gom. in tomo.

tom.3.delictorum cap.3.nume.3. ad fin.& praxis id obſeruat. Siquidem in mare vel flumen deiicitur reus vt inde in perpetuum nõ extrahatur.

*Rurſus paretidij non ſucdit parẽtib⁹.*

Rurſus huius criminis reus nec eius filij ſuccedunt occiſo ſed fiſcus vt exiſtimat Bart.in.l.fin.ff.ſiquis aliquem teſtari prohibuerit.Itidem in.l.cum ratio.§.fin.ff.de bonis damnatorum Bal.in.l.hæredem. ff. de his quibus vt indign. & in .l. eam quã 5.colum: C. de fidei. com. quibus accedit Ioann.Andr.in Speculo.titu.de ſucceſſioni. ab inteſtato .2.rubri.Bar. in.l. codicilli §,matri.ff.deleg.2.& in .l. 1.colum. vlti.ff. de hæredi.inſtituend. & huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Bonifacius in tit. de bonis male.4.colum.& omnium diligentiſsimè Bologni.conſi.16.& rurſus.162.Anna. in con. 62 .apud quos longa eſt huius quæſtionis diſceptatio.

10 His ſanè præmiſsis inſignis admodum eſt ratio huius punitionis , parricidæ aſperrimum ſanè crimen committit ſibi naturam ſimilem trucidare ea ſanè ductus ratione filium corporis patris partem eſſe ſicuti conſtat ex Ariſto.libr.5.Ethicorũ.c.5. & iuris conſtitutio annuit in.l. cum ſim⁹. de agrico.& cenſitis.lib.11.l fi.C. de impuberum.§.ei vero inſtitu.de inutilibus ſtipula. argumento optimo deſeruit tex. in l.qui iuraſſe.ff.de iniu.l.iſte quidem ad fi. ff.quod metus cauſa.Bal. in conſi. 234. decretum magnifi.colum.1.volum.1. patriſque & filij vna caro eſt.§. hac authoritate. 35.diſtin.glo.in cap.ſtudeat verſi.ſui.54.diſtinctione.cap.ſuper eo de teſti. cenſet patrem & filium vnam eandemque perſonã eſſe glo.in.cap.tibi domino .in verbo , & iuuare.63.diſtin.glo.in cap.4.de pœniten. diſtin.3.Bal.in.l.2. ad finem. C. delegitim. hæred.& argumẽto optimo deſeruit tex. in.l.fin.ff.de vſu fruct.Fran.Auiles ex nouioribus in cap.1.prætorum nu.1.in verſi. nihilominus. & Paul.Caſtren. in con.264 in pñti cauſa .colum.3.lib.2.vbi exiſtimat carnem filij eſſe veluti carnem patris auctam,ita quidem tametſi nouus homo efficiatur propter nouam hominis animã minime tamen dicitur primus homo omnino extinctus poſt eius mortẽ, idem decantant Carmina .Ouidiana. ad Macarium.

*Ouidius.*

*Cum mea me coram Syluas inimicus in altas.*
*Viſcera montanis ferret edenda lupis.*

Ac deinde Paulo poſt ait.

*Diripiunt auide viſcera noſtra fere*

*Did.ad Eneã*

Et dido ipſa Ouidiana ad Aeneam.

*Forſitam & grauidan Dido ſcelerate reli.quis*
*parſque tui latitat corpore clauſſa meo.*

Quibus concinit Hieronymus aſſeuerans liberos viſcera parentum eſſe, is in quam in epiſto.Pauli ad Philemonem, & apud Saxonem hiſtoriæ damnice . libr.7. inquit Synald⁹,ſuos ipſius liberos à ſe nõ eſſe diuerſos quem ſuæ generationis authorem habuerunt.Quibus veluti vnum corpus à natura tributum videtur & conſtat ex Stobęo,ſermone.77.vbi ex Theogni.ſententia dicentis.

*Theogi ſñia.*

*Nihil inter homines patre &*
*Matre præſtantius.*
*Habetur illis o cyrne qui ſan*
*ctam curant iuſtitiam*

Et ex Euripide.

*Quis quis in vita ſua parentes colit.*
*Hic & viuus: & defunctus alijs charus eſt,*

Et Heraclides ait.

*Euripides.*

*Nihil eſt generatrice ſua prole ſuauius.*
*Amate matrem ò liberi non enim eſt amor*
*Vllus huiuſmodi, & qui ſuauius amatur*
*Parentum gratia mori honeſtum eſt.*
*Tu qui à parentibus enutritus es,*
*Merito ſimilem, eis gratiam retribuis.*

Et Antiphonis ait.

*Antiphonis*

*Nam qui quod fieri in patrem conuenit*
*non facit,*
*Hic omnes deos contemptui habet,*
*patrem enim vincere dedecus eſt.*
*Victo autem gloria paratur victorialis.*

Et Pithagoras ait parentes honora,& qui genere tibi proximi ſunt.Et Plato.libro.2.ait,parẽtes negligere nec Deus nec homo mentis compos alicui vnquam cõſulet & Pitacus filium admonens ne cum patre, in iudicio litigaret, his verbis vſus eſt ſi patre inquiora dixeris damnaberis, ſin ęquiora , vel obiſtud damnari dignus eſt. & Plato cum vidiſſet, quemdam erga patrem ſuũ faſtuoſius agere non deſinens dixit ,adoleſcens vt illum contemnere,cuius gratia altum ſapere & poſt plurimi facere oportet parentes,itidem Plato.4. de legibus ait viuentium cultus parentum, quibus fas prima & maxima de vita omni antiquiſsima de victorum perſoluere: putare enim , quiſque debet omnia quæ poſsi-



poſsidet eorum eſſe,qui genuerunt,& educarunt,ita vt hæc omnia pro viribus miniſtrare debeat . Primũ quidẽ externa bona , deinde etiã corporis.Poſtremo, quæ ad animũ pertinent, Hæc omnia videlicet,mutuo delata per ſoluens,& procuris doloribuſque priſcis,parentum in ſenecta,recentẽs reddens, quando maximè indigent,in verbis quin etiam perto tam vitam parentes venerari maxime decet, & Pythagoras inquit, contemptus parentũ, peccati genus,eiuſmodi eſt,quod in viuis, ſimul atq; defunctis,diuinitus dãnatur ab hominibus odio habetur.& ſub terra in loco impiorum,vna cũ reliquis improbis, perpetuo punitur à iudici,& infernalibus dijs,quib⁹ his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt deos.equidẽ arbitror( inquit ille) ſi contemni parentes viderint,haud quaquam id eſſe toleraturos. Quãobrem,& viuos,& mortuos, colere par eſt,maius enim inter homines peccatũ admitti nequit,quã erga parẽtes,impietas.Hõneſtiſſima enim eſt imò diuina parentũ facies,& aſpectus,cultuſq; eorũ tanti fieri debet quanti nec ſolis fit,nec omniũ ſyderum , quæ gratiſſimas cœli choreas cõſtituunt:aut ſi qua alia res,iſtis maior alio quã æſtimatur.Et ex philemoni ſententia conſtat.

*Parentes, in primis honoribus afficias.*
*Parentes amato, quàm conſtantiſsimè.*

Et Temiſtoclis ait.

*Non audis, quantam gloriam ſibi diuus.*
*Oreſtes peperit.*
*Apud omnes homines, occiſo illo, qui patrem*
*eius interfecerat,*

Et Euripides.

*Amo autem genitorem, mortalium omnium*
*Maximè quod mihi glorianti, non inuideas.*

Et filios exiſtimare debent,ſe in domo patria, veluti fano, quodam æditues, & ſacerdotes,ab ipſa natura creatos, & conſecratos eſſe.vt parentũ cultui,operam darent,Et Xenophon lib.2,de fa & dictis Socra. aſſeuerat, qđ ſentiens,aliquãdo,ſuũ filium,Lamprocleũ qui maior natu erat,matri ſuę iratum ait,con ſidera illos,qui beneficijs acceptis,nõ reddũt gratias,cùm poſſent,ingratos appellant,Hos verò ingratos,cum iniurioſis connumerãdos eſſe puto.Quibus ſanè rationibus dubio procul cõſtat filios interfectores parentũ , hac culei pena merito afficiendos eſſe.

*An paridæ pœna afficia mandans.*

11 Quæ omnia intelligenda eſſe exiſtimo,vſque adeo locum ſibi vendicare, & huius criminis reus culei pœna puniri ĩ extraneo mãdante filio,vt pote patrem interficiat. Si quidem mãdans hac parricidij pœna afficiẽdus eſt ſicuti Cœpola opinatur, in conſil.36. Et Ludo.Carre.loco præcit.nu.129 . Et quid ſit cenſendũ verſa vice,vt pote ſi filius mandat alteri extraneo,vel filio auxilium præſtat quilibet alius an immunis ſit à parricidii pœna, explicat Ang.in tract.maleſi.ver.ædito maleficio.3.co.verſ.quid econtra Ioan. de Arno. in.5.cautella.& Carre.loco paulò ante citato

12 Proximæ queſtioni & illa accedit,quę doctorũ capita torquet,an filius baſtardus hui⁹ criminis reus hac pęna teneatur,& teneri qui patrem naturalem occidit,ſicut ſi patrem naturalem & legitimũ occidiſſet,aſſeuerat Bart. & Alex.in.l.3.§.quia ſemper aliàs eſt.l.quia ſẽper.ff.de inius.vocan.per tex.inibi cùm natura omnibus ſit cõis:Cyn.Bal.in.l.quiſquis.C. ad leg.Iul.mageſt.itidem Bal.in.l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.& in.c.1.ſi de feudo fuerit controuerſia colla.10. Bal.in.l.ex hoc iure ff.de iuſt.& iur.& in.l.hos accuſare.§.omnib⁹ ff.de accuſa.Barto.huic accedit ſententiæ, in l.fin.C.de naturalibus liber . & inibi Bal.itidem in c.per tuas extra de probatio.& in ca. nulli, extra de reſcrip.Imol.in.l.ex facto,§. ſi quis rogatus.ff.ad trebel.Ex quorum docto. catalogo conſtat hanc eſſe cõmuni conſenſu receptã ſententiã,longè quidem aliter exiſtimant doct.in filio inceſtuoſo patrem occidẽte.l.pompeia.minime teneri, ſicuti explicat Imol.in dic.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.Alex poſt Bar.in.l.diuus.ff.de parric. Alex.cõſ.143 volu.2.col.vlti.quibus accedit Paris de puteo in tracta.ſindicatus charta.18.ver.adulterium ad fin.& Ludo.Carre.loco p̃citat.& Iaſ.in. §. penales.inſtit.de actio.nu.61.& hanc ſententiam veram eſſe exiſtimat Bal.in dic.l.ex hoc iure.& Gerard.de petra ſancta in ſingul.2 . & Ludo.Carre.in practica criminali præcita.n. 143.quin etiam legem de parricidijs locum ſibi vendicare,etiam in ſpurijs teſte Bald.in ca. 1.§.naturales ſi de feudo fuerit controuerſia inter domi.& vaſa.cuius meminit idem profeſſus Alex.in dic.l.ex facto.§.ſi quis rogat⁹. ff.ad trebel.nu.43.fortunius garſia in tracta. de vlti.fin.illatio.7.ex nouioribus Dida.à Couar.de ſpõſa.2.par.c.8.§.6.n.2.longè quidẽ aliter ſi pater filium patrię proditorem interfeciſſet vel ciuitatis. Quo fit ceſſare legem Põpeiam de parricidijs.l.1.ff.eo.l.minime.ff. de religio,& ſumptibus funerũ glo.inibi & Bar. paſsimq; docto.glo.in ca.fortitudo.24.quæ- 13

*Cõis opinio.*

*Quid de filio inceſtuoſo..*

n ſtione

ſtione.3.Abb.in.c.peruenit.1.col.de immuni
ta.eccleſia.Gerard.de petra ſancta,loco pau-
lò ante citato tãetſi ab hac ſnĩa diſcedat cœ-
pola cõſi.5.& pleniori trademus manu infra.
nume,26.

14 Quibus & illud ſubijciam hanc parricidij
penã minime locũ ſibi vendicare in patre fi-
lium bannitũ occidente ſicuti hac in ſpecie ꝓ
bat tex.in præcita.l.minimè Salic.in.l.1.C.de
*In parte banito occidẽdo*
hijs qui filios occiderũt,Gerard.de petra ſan
cta.in præcita.ſing.2. Ang.in tracta. malefic.
in ver.ex interuallo.Hippo.in.l.1.§. prȩterea,
ad.l.Cornel.& in.l.diuus eo.titu,& in ſingul.
120.incipien.iure ſanguinis & in cõſi.11. & an
te hos Barto.in dic.l.minime & omniũ diligẽ
tiſsime,Nellus in tracta. bãnito.3.par.2.tẽpo-
ris.q 53.& inibi explicat ſit ne immunis quiſ-
piam fratrem bãnitum occidendo.& à pœna
eſſe immunẽ exiſtimat Bar.in.l. poſtliminiũ.
§.filius.ff.de capti.& inibi Alex.& huic ſnĩæ
accedit Florianꝰ,in.l.ſcientiã.§.qualiter.ff. ad
l.aquil.Ang in authen.de inceſtis.nup.in prĩ-
cip.Ioan.de portona.in.l.qui ſeruũ.ff.de ver.
oblig.& Ange.in cõſ.223.Paul.de Caſtr. in.l.
1.§.ius autẽ.ff.de iuſti.& iur.Abb.in conſ.104
Nellus in.d.tract.2.part. 2.tẽporis.q.10.Ioan.
de arno.ĩ Epithome 62.& rurſus in ſoliloquio
66.quod intelligẽdũ eſſe exiſtimo ſi ſane fra-
ter ſit bãnitus pro leſȩ maieſtatis crimine aut
proditionis patriȩ lõge quidẽ alias ſicuti hac
in ſpecie declarat.Ange.& Ioan.de portona.
& Paulus de Caſtr.locis præcitatis.

15 Cœterum alius eſt caſus in quo filius im-
munis eſt à parricidij pœna vt pote ſi pater
contra fidem chriſti veniret vel verſa vice,rei
facti immunes ſint à punitione huius crimi-
nis ſicuti explicat Alex. poſt Bart.in dicta.l.
minimè,& in.l.ſi quis à liberis.§.parens.ff. de
liber.agnoſcen.& neoterici.doct. in.l. quãuis
cum ſequen.ff.ſoluto,matrimo.Curtius poſt
Paul.de Caſtr.in dic.§.ius gentium,alius ſub-
ijcitur,caſus ĩ quo filius à parricidij pœna im
munis eſt ſi filium expoſuerit ex Gerard.ſin-
gul.2.Alius ſubijcitur caſus in ſocijs criminis
teneri,tametſi filij non ſint: ſi quidem extra-
neo mãdauerit filio vt patrẽ interimat hac pu
nitionis crimine teneri de parricidio vti in ſpe
cie profitetur tex.eſt in dict.l.vtrum. ff. ad.l.
Pompeiã.de parricid.ad fin.quẽ pro ſingula-
ri adnotat ibi Alb. cui ſimil,in.§.alia prȩcita-
to & inibi,Faber.& regia.l.12.titu.8.par.7.Cȩ
pola in conſ.36.quid econuerſo ſi filius præ-
cipiat extraneo vt patrem occidat vel ſi auxi
lium opem vè preſtent filio ad patris occiſ-
ſionẽ.Quo ĩ negotio omnino eſt vidẽdus An
gel.in verb.dic.maleficio col.3.verſ.quid ecõ
tra & ſatis diligenter Ioã.de arno.in.5. cautel.

Et illud obiter adnotandũ eſt nõ ſolum oc 16
ciſores parentum quin etiam cõſcios ac par-
ticipes huius ſceleris hac tenẽtur pœna,vt ar-
gu. optimo deſeruit,tex.in.d.l,vtrũ.ff.de pa-
rici.& Boniſa.loco paulo antè citato.

Quibus & illud adijciam ſi ſane filius, deli
*Quid de conciis huius celeris.*
ctum ſciat cõmittendum contra parẽtes vel
verſa vice parens contra filios vel deſcenden
tes ſi hoc nempe delictũ nõ reuelauerit & nõ
obuiã ierit tenebitur vtiq; hac criminis puni-
tione parricidȩ perinde ac ſi ipſe vere delictũ
perpetraſſet:tex.eſt ad id preſtantiſsimus. in
d.l.vtrum & inibi paſsim.doc.& in.§.alia de
inde lex inſtit.de publ.iud.& huic ſnĩæ nouiſ
ſime accedit Antoni.Gomez.c.3. delictorum
nume.4.

Ex quo iuris apendix deducitur.ſi quiſpiã 17
ſciat delictum cõmittendum contra rem pu-
blicam regem ve minimeq; reuellauerit in
leſe mageſtatis, crimen incidere conſtat .l.
vtrum . ff. de parricidij. ita ſcriptum relin-
quit ſi quis ſciet in perſonã principis cædem
parari,& non reuelauerit perinde teneri, ac ſi
ipſe conſpiraſſet:quia.l.Pompe.talem ceu cõ
ſcium puniri iubet.ſic apud.Quæſt.Curtium
lapidibus obrutus fuit Philotas, qui coniu-
rationem Alexan . magno non reuelauerat,
qui fidem iudici nõ habuerat, atque in crimẽ
mage.incidere cõſtat ꝑinde acſi vere aliter cõ
miſiſſet vti argu.optimo deſeruit:tex.in.l.qſ-
quis.§.id quod.C.ad.l.Iul.mageſt.& in.l.vni
ca.§.cæteros autem.C.de rap.virg.text.ad id
præſtantiſsimus in.l.1.§.occiſſorũ.ff.ad Silla.
& in.l.ſi quis forte.ff.de pœn.Bart.& cõmu-
ni conſenſu docto.in præcita.l.vtrum . quod
ipſe intelligo ſi ſane ſciens delictum cõmittẽ
dum id vtiq; probari poſſet. Longe quidem
aliàs,ſicuti exiſtimat Hippol.in præcitata.l.
vtrum.ff.ad.l.Pompeia.de parrici.apud quẽ
longa eſt huius quæſtio.diſceptatio.nec qui-
dem eſſet os in cœlum ponere vtroq; in caſu
omnino aſtrictum eſſe reuellare,tametſi pro
bari non poſsit delictum:ſiquidẽ qđ in ſe eſt
vtique facit & cum ſit teſtis legitimus vnus
vicem ſemi plene probationis obtinet.ex qua
quidẽ huius criminis reus capi poteſt & ſub-
ijci torturȩ.tãetſi regulariter in omnibus alijs
delictis minime quis ex ſola ſcientia delicti
tenetur reuellare quin etiã ſi delicti tẽpore cõ
miſsi



miſsi præſens ſit minimè tamẽ tenetur obuia
re delictum ſicuti probat glo.paſsim ab om-
nibus recepta in.l.culpa caret.ff.de regulis iu
ris,text.in.l.metum la.3.§.licet.ff. quòd met.
cauſa & inibi Barto.Alber.& doct.Salic. in.l.
quiſquis.§.id quod.C.ad legẽ iuli. mageſtat.
quod ipe intelligo ſi perſona extranea ac pri
uata ſit,longe quidem aliter ſi ſub ſua poteſta
te ſit vt pote filius ſeruus vel perſona ei ſubie
cta in quem delictum cõmittendum erat, ſi ꝗ
dem eo caſu tenetur vtique reuellare ac deli-
*An teneatur qs obiare delicto.*
cto obuiare ſicuti hac in ſpecie ꝓbat tex.in.l.
1.§.ſed in eo & in.§.occiſorum.ff.ad Sillania.
& inibi ad id multum,not.Bart.& paſsim.do
ctor.regia.l.fina.titu.3.part.7.& inibi Grego.
Lupus,in.1.illius.l.gloſſemate. hac vſus diſtĩ-
ctione ſi ſane domini ſint in vltimo vitæ peri
culo conſtituti debent vtique ſubuenire cla-
*Diffinitione difficultas ꝑcio conducto.*
more, armis aliouè quouis modo ad necem
vſque ſicuti conſtat . in .l. cum dominus.ff.
ad Sillania. liberi tamen homines famuli prȩ
cio conducti tametſi poſsint ſe morti pro do
minis exponere minime tamen ad id cogun
tur ſicuti eſt ſentẽtia Bald.in.l.1.colũ. 6.2. le-
ctura.ca.vnde vi explicant doct. paſsim.in.l.
1.§.hoc autem.ff.ad Sillania.aſtricti tamẽ ſũt
defendere eos ſicuti regia.l.precipit inibi, *am
parando los con las armas,o poniendoſe en medio de
aquellos que los quieren matar,* id que conſtat iu
re cõmuni.in.l.1.&.3.ff.ad Sillan.& Azo.in ſũ
ma.C.de his quib.vt indign. col.3. & eſt tex.
in.l.cum dominus &.l.1.§.hoc autem ad finẽ.
ff.ad Sillani.ac proinde liberi homines famu-
li hac defenſione vſi à delicti pœna immunes
ſunt & vtique excuſantur.l.1.§ . excuſantur.
ff,ad Sillani.& prȩcitata.l.fin.partitæ ibi, quã
do otra auida.

Quibus etiam conuenit adnotare ſi quiſ-
piam delictum perpetrauit ad vindictam alte
rius.Si ille nõ prohibuit velutiq; delictum re
uelauerit tenebitur vtiq; ſicuti exiſtimat Ioã.
Faber.in.§.1.inſtitu.de noxa.quod intelligũt
doct.in exteriori foro longe quidem aliter in
interiori:ſiquidem tunc obuiare quidem deli
cta tenetur.probat text.in cap.ſicut dignum
đ homic.& nos alio celebri loco pleniori ma
nu trademus.

Ad id etiam pertinet inſignis admodum &
perplexa.quæſt.ſi ſane frater vel quiuis alius
cõſanguineus collateralis ad quartũ gradum
vſq; ex ſola ſcientia minime teneri pœna or-
dinaria ſed alia mitiori vtpote exilij ex extra
ordinaria iudicantis arbitrio,vt maximo api
ce deſeruire videtur.tex.in.l.2.ff.ad legẽ Põ-
piam de parricid.& inibi glo.& doct.expreſ-
ſim adnotant.

Ad hæc plurimum conducit ſi ſane filius 18
patrem interimat ſpiritualẽ hac parricidij pœ
na afficiendum eſſe conſtat ex Bar.in.l.diuus *Quid de filio*
ff.de parricid.& inibi Alexã ad ambas ( vt a- *patrẽ ſpũalẽ*
iunt )explicat aures. Itidem Alex.conſi. 143. *interimens.*
2,volu.ad fin.Paris de puteo.in tracta. ſyndi-
catus charta.18.ver.adulterium in fine.Hipp.
dilatando chartas cum plurimis remiſsioni-
bus in ſing.215. itidem in precita.l.diuus. An
dre.Tiraquellus in.l.ſi vnquam.in verſ. ſuſce-
perit liberos,num.22.pag.464. C.de reuocã.
Rurſus quod hic menti occurrit adnotãdum
viſum eſt reum huius criminis eſſe filiũ emẽ- 19
tem venenum,vt pote patrem occideret tam
etſi non voti compos euadat nec dare potue
rit in labem huiꝰ criminis parricidæ incidere.
dic.l.1.C.eo.§.alia,inſtit.de publ.iudi. Carre. *medicus propinas venenum*
num.128.paulo ante citato . eademq; pœna
afficiendus eſt medicus qui doloſe ac ſciẽter
filio dederit venenum vt patrem interimeret
l.Pompeia.de parrici.teneri ex.l.2.ff.de parri
cid.ſecundum vnum intellectum doc.inibi.l.
3.§.1.ff. deſiccar.

Cœterum hoc in negotio paſsim contro- 20
uertitur,ſit ne huius criminis reus ac de parri
cidio teneatur creditor mutuans filio fam.pe
cunias ſcienter ad emendum venenum vt pa
trem interficeret, vel ſane cum ære alieno cõ-
modato operam det occiſsioni parentis hac *Quid de progeneta.*
pœna teneri ſicuti exiſtimat tex.ad id præſtã
tiſsimus,in.l.ſcienter.ff.de parricid. & an ſit
id tenẽdum in fideiuſſore progeneta vè ſci-
entes ad id pecunias eſſe cõmodatas, teneri
aſſeuerat Boniſa.in rubr.de parric. quod ſa-
ne intelligo morte ſecuta, longe quidem ali-
ter mitiorique pœna afficiendi ſunt ſi mors
vtique non ſequatur,vt aſſeuerat hac in ſpe-
cie Salic.in dicta.l.1.C. de patribus qui filios
occiderunt. Tametſi Barto.in præcitata.l.1.
ff.de parricid.prorſus contrarium exiſtimet
& accedit Fœlin tracta.de conatu. & Ange.
in glo.ex interuallo.Cœpola conſilio vltim.
aſſeuerantes ad huius criminis punitionem
delicti cõſumationem requiri non tamen ſo-
la delicti attentatio,vt explicat Barto.& Ale
xan. in dicta.l.vtrum & omnium diligentiſsi
me Hippoli.inibi.

Ad id etiam pertinet quòd paſsim quæri 21
ſolet hac eadem pœna afficiendos eſſe,mona
chum minime reuelantem tractatum ac ma-
n 2 china

chinationem in Abb.mortem & vaſallum in domini mortem,itidem in ſciente traƈtatum contra principemrem publicam patriamvè & ciuitatem, contra papam aut eccleſiam ſi quidem omnes teneri conſtat ex Barto. in diƈta.l.vtrum, lõge quidem aliter in cętеris ex ſimplici ſciencia,profitetur Ang.in diƈt.l. frater,Ang.Aretinus in.§.interdum inſtit.de hęreditat.quæ ab inteſta.defer. Hippol.in ſingulari.164.& in præcitata.l,vtrum,quibus accedit Ange.in traƈt. maleficio. in verſ. che ai tradito la tua patria, verſ.quod crimen.& inibi Angel.profitetur Barto.animam in tartaris cruciari ex hac doƈtrina,ſi quidem in talibus criminibus ex ſimplici ſcientia minime teneri pœna capitis.Felin.in capit,de cætero colũ.vltima, de re iudi.itidem in capit. quanto de ſenten.excõmu.& in capit.2.de hæreti. & pleniori manu.in cap.1.de offic.delegat.& inibi.Decius & in regu.culpa caret de regul. iur.ff.Alex.& Hippo.poſt Barto.in diƈt.l. vtrum & ſatis diligenter Decius conſi.11.apud quos ſatis id diffinitum eſt.

22 Cæterum alia in q̃ſtione negotium nobis fuit ſi quiſpiam iudicem ciuitatis officialem vè interemiſſet pœna parricid. puniendum eſſe conſtat ex.l.Cino.in.l.ſi nõ conuicij.C.đ iniuri.Bald.in.l.final. C. de incol. diligẽti ſtilo,explicat Paris de puteo intraƈt. ſyndicat[9] *Eadem re alia pæna.* charta.82.ver.ciuilitas.2. colum. is idem inibi traƈta.de offic.ſyndicandi verbo.officialis, verſi. finito ſtatuto: & rurſus inprin.traƈtat[9]. de offic.ſyndicandi verſ.per ſyndicatores qđ ſane intelligo ſi ciuitatis magiſtratũ occidiſ- *Pæna interficientis Epiſcopu.* ſet propter iniuriam interfeƈtori irrogatam, longe quidem aliter,tunc ſiquidem grauiori pœna afficiendus eſt quia leſe mageſt. crimẽ inſuper committit,vt profitetur Barto.in.l.ſi hoſtes.ff.de captiuis & poſtliminio. reuerb. & iſtius ſnĩa , ea poſſet aſsignari, ratio quia iudex patris loco cenſendus eſt,vt eſt tex.in authen.de mandat.principum.§.talẽ ibi paternum.colla.3.

Alius ſubijcitur caſus huius criminis reũ l.Pompeia.de parricidijs puniri, epiſcopum interficiendo ſicuti hac in ſpecie exiſtimat Ioan.Faber.in.§.alia.inſtitu.de public. iudici.& eccleſiæ omnia bona aplicanda ſunt quæ criminis reus ab ipſa eccleſia habuit text. eſt in c.ad aures.c.in quibuſdam de pœnis & inibi glo.in verbo ad hæredes tex.in clemen. ſi qs ſuadente de pœnis. Quibus in locis id vnum conſtitutiſsimum eſt homicidam epiſcoporum amittere omnia quæ ab eccleſia habuit vſque ad quartum gradum. His omnibus accedit quòd ciuitas, quæ proprium epiſcopum occiderit licet omnes ciues nec peccati, nec criminis rei ſint priuantur honore & dignitate epiſcopali.c.ita nos.25.quæſt.2. cuius meminere Bald.in.l.ſi non dum.C. de furtis. Iaſo.in.l.2.colu.2. C.de inoffic.teſtamẽ.id intelligens quando is epiſcopus erat iam conſecratus:hęc enim pœna temporalis eſt & ideo ex cauſa iuſta poſſunt innocentes eam pati

Alius etiã caſus eſt ſi ſane libertus patronũ occiderit hac parricidij pœna teneri,vt eſt omniũ ad hanc rem præſtantiſsimus iuris con 12 ſulti Benuleuij,tex.in.l.hos accuſare.§. omnibus,in ver.item nec lege Pompeia.de parric. ff.de accuſatio.Et vt obiter agam hinc perpẽdi poterit,appellatione patroni non tantum *Patroni: qui.* ſignificare.qui ſeruũ manumiſerit. qui poſtea libertus eius dicitur, in qua ſignificatione. hic ſumitur,& conſtat ex to.tit.de iure patronatus,de quo,& Plautus in aſinaria. *Plautus in aſinareia.*

*Magis decorum eſt.*

*Libertũ potius,quam patronũ onus in via portare*

L. vlti.verſ.ſi vero quidem.C.de teſtamẽ. manumiſsis. nec me latet in noſtris legibus patronus adnocatus dici.l.quiſquis in princi. *Patronos aduocatos dici* C.de poſtul.l.1.C.de aduocatis fiſci. patron[9] fiſci dicitur, & alibi ſæpe ſumitur,tametſi Aſconius Pedianus in diuinationem Tullij,in ſignem differentiæ rationem tradit,dicens hoc intereſſe inter patronum, & aduocatũ, quod qui alterum defendit in iuditio,aut patronus dicitur,ſi orator eſt aut aduocatus ſi ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam amico commendat & eſſe diſcrimen inter patronum,& aduocatum oſtendit ſummus pontifex in.ca.in quibuſdam extra de pœnis.patroni apud Romanos erant, in quorum fidem,ac tutellam, & clientelam, ſeſe conferebant prouinciales Socij qui populi Romani ſuberant, vnde clien- *Plutarchus in Romulo.* tes dicuntur reſpeƈtu aduocatorum.l propeꝛandam.ad finem.C.de iudi.& id conſtat ex Plutarchi.authorita. in Romulo patroni illi ſuis clientibus litigantibus in obtinendo iure ſuo, & cauſæ authores & patronos ſe ſe præbebant.Cæterum patroni à cano.Qui beneficia & ſacerdotia, fundunt, de quibus titulus eſt in Decretis,de iure patronatus. Poſtremo colonorum reſpeƈtu patroni dicebantur, ſicuti diffinitum eſt. Ex Valent. & Valentiſ. impera.in Codice.Theodoſiano. ſub titul.ne colonus.inſcio domino &c. Vbi ſcribit: non dubiũ



dubium eſt,colonis arua quę ſubigunt,vſque adeo alienandi ius non eſſe,vt ſi qua propria *Ex codice Theodoſiano.* habeant, inconſultis,ac ignorantibus patronis,in alteros transferre non liceat.Ex quibus ſanè ne leƈtor decipiatur,conſtet quando patronum interimẽs parricidij pœna afficiatur idem eſſe exiſtimat in Pylato occidente chriſtum ſaluatorem noſtrum Ludo. Montal. de reprobatio.ſentẽtiæ Pilati verſ. & hæc ſufficiunt in verbo & propter hoc Pilatus.Pleraque id genus alia congerit.Ludo. Carre. loco paulo antea præcitato.filium criminis huius reum hac pœna teneri ſiue & legitimus ſit,ſiue expurius, per tex.in.l.12.titu.8.par.7.& inibi Grego.Lupus huic accedit ſententiæ.ſi q̃dem tex.ille loquitur per nomina naturalia, & non ciuilia,*si el padre matare al hijo,o el hijo al padre*,Et maximo apice deſeruire videntur adnotata per Barto.in.l.tutelas. ff. de capitis diminutione,& frequenter doƈto.in.l. quiſqs C.ad.l.Iulia.mageſ.& in hac ſpecie idem exiſtimat Ioan.ab Annania.in cap.1.colũ.fin. de his qui filios occiderunt, quibus accedit Bar. in.l.quia ſemper.ff.de inius vocando,idem ꝓfitetur Barto.in.l.cum accutiſsimi.C.de fidei cõmiſ.Faber in præcita.§.alia,qui quidem doƈtores in ea ſunt ſententia,exiſtimantes idem eſſe in patrino, vaſallo & domino,in epiſcopo,& ſubdito capit.& parrochiano, quod in praxi minime à iudicibus recipiendum eſt cũ ſit legis pœna,ad alios pleroſq; caſus, extẽdere non poteſt,ſicuti etiam in ea eſt ſententia Grego. Lupus in præcitata.l.12.litera .C.ad finem de filio tamẽ ſpurio huius criminis reo parricidam explicat Bald. in. §. naturales. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominũ & agnatum vaſali,& Bart.in.l.2.in principio ff.de accuſatio.fortun.Garſia.in traƈta.de vltimo fine illatio.7. quibus & illud addam, an exiſtimãdus ſit parricida qui patris incarcerationem procurauerit vel fratris explicat,Bald.in.§.deniq; quæ fuit prima cauſa beneficij admittendi,in vſibus feudorum. & qđ de fratre occidente fratrem, an fratricida ſit cenſendus excludenduſq; ab eius ſucceſsione explicat Barto.in.l.1.& ſi.ff.ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit. & Bald.in diƈto.§.deniq; omnem parricidam priuandum eſſe feudo ac ſucceſsione,& quibus in caſibus vaſallus feudo priuetur,explicat Curtius ſenior.in traƈt. feudorum in.4.part.à nu.4.vſque ad.82. quorum ſeptuaginta & duos caſus congerit omnium diligentiſsime Matthæ[9] de Afflictis. in cap.1.§.item ſi quis feudum.à .22.ad finẽ, vſque de capitu.Corrad.

24 Hinc perpendi poterit quòd in hoc capite perquam maxime deſideratur,omittendũ hac in controuerſia non eſt patres qui filios occiderunt apud egiptios non eadem pœna afficiebantur, ſi quidem eis non erat pœna mortis indiƈta ſed tribus diebus noƈtibuſq; continuis ediƈtum,vt circa defunƈti copus aſſiſterent, publica etiam cuſtodia ſtante : non enim iuſtum putabant eum priuari vita, qui vitæ filijs author fuiſſet, ſed potius continuo dolore,faƈtiq; pœnitẽtia affligi:quo cæteri à ſimili faƈto , auerterentur ſicuti cõmemorat Diodorus ſiculus libr.2.de legibus Aegiptio. fol.44.colũ.2.hodie verò tã quo ad filios quo ad patres huius criminis reos eccleſia differẽtia eadem pœna inſligitur .l.1. C.de patribus qui filios occiderunt.Barto.& Hippo.cæterique ſcribentes.in.l.1.ff.de parricid.Abb.in.c. 1.eo.titu.Ang.de maleficijs in verbo ex interualo.Bonifa.in Rub de parricid.explicãt paſſim doƈt.in.§.alia inſtitu.de publi.Iudicijs omnium diligentiſsimè Ludo.Carteri[9] in praƈtica criminali in.§.homicidium, numer.128. pagina.230. & Nouiſsimè Anto.Gomez. ca. 2.deliƈtorum nu.3.regia .l.12.titul.8. part.7.& vſque ad quem gradũ iſthęc pæna extendatur paulo antea declarauimus.& ratio iſthæc aſignari poſſet quare parricidij pœna afficiãtur filiorum interfeƈtores ꝓpter amorem & affeƈtum parentum in liberos ſcribitur.2. regum.18.cap.filj mi Abſalon, fili mi , quis mihi tribuat vt ego moriar pro te & illud Virgilianũ carmen libro.1.Aeneidos adſtipulatur.

*Omnis in Aſchanio chari ſtat cura parentis*

Nam,& apud Quintil. ſi is eſt,declamatio 25 6.pater ille ita proclamat,ò quã graue eſt mori,quãto grauius quod ego viuo ſuperſtes fili mi traditque Iuſtin.libro.10.in principio. & libr.16.de Tholomeo,egipti rege,explicat & Eutropius.libr.3.Romano.geſta.de Maximiano decantat & Socrates apud chaſadorũ. *Lugere filiũ* Hiſt. triparti.libr.1.ca.4.extantq; pleraq; alia exempla apud valerium maximũ. libro.5.titu.7.& id conſtat de Iacob.magnæ ſanƈtimoniæ patriarcha. Vt Geneſ.37 . vbi ciſsis veſti- *Plutarchus.* bus,indutus eſt ſilicio, lugẽs filium ſuum , cõgregatiſq; liberis eius,vt pote patris lenirent dolorem minime conſolari voluit, ſed vtiq; ait deſcendã ad filium meum lugens in infernũ.in qua ſpecie ex externis ſcriptorib[9] Plutarch.vir ſane in omni doƈtrina genera excelẽtiſsi

lentiſsimus librum peculiarem de hac re ſcripſit,titul.de amore parentum in liberos rabbi Moyſes Aegyptius,libr. perplexorum. 1. capit.Dum ipſe rationem reddit quæ ſit cauſa qua lex Moſayca prohibet parentem & filium vno die decapitari. Quibus accedit Baptiſta Fulgoſius libr.5.memorabilium. titu.7 qui eſt deparẽtum indulgẽtia in liberos.Cui rei accedit quod apud Euripidem Andromache filium ſuum vocat vitæ oculum. & cõſtat ex Euripide in Alcmene vehementem in liberos amoris affectum deus dedit hominibus. & ex menandro, conſtat.

*Lex Moſayca*

*Euripidis*

*Patris minæ non val de terrent.*
*Suauis eſt pater prudentior quã iracundior.*
*Filium beneuolentia patris meliorem facit*
*Emendandi ſunt liberi,non tam duriter tractando, quam verbis ſuadendo.*
*Et ex Euripidis ſententia conſtat*
*Vna quædam eſt communis hominum lex,*
*Et diuinitus inſtitutum,quòd aperte iam dico:*
*Vt videlicet nullum non animal natũ ex ſe fetũ,*

*Ex Menandri ſententia*

(*Amet*)Et Antiphani ſentẽtia conſtat anacharſis Scytha interrogatus,qua de cauſa nõ operã daret proli; reſpõdit.quia nimis amaturus eſſem. Et pleraq; id genus alia conſtat ex Stobęo in ſententijs deductis ex theſauris Grecorum ſermone.81.& hunc parentum amorem à natura inſitum eſſe ac proficiſci eſſeque cõmunem omnibus animalibus Apollonius tyaneius apud philoſtratum lib.2.adnotat. Quib⁹ adſtipulatur illud Euripidis, omnibus profecto hominibus filij ſunt anima idem exiſtimat Philoſtratus.Quibus maximo apice deſeruire videntur à Cicerone tradita libro tertio. de finibus, bonorum. et malorum.in hæc verba, à natura ipſa,vt eos quos genuerimus, amemus, impellimur,& libro quarto itidem de finibus id natura tributum eſt,vt ij qui ꝓcreati eſſent, à procreatoribus amarentur & in.3. actione inverrem ait.nihil nobis natura iocundius,nihil chari⁹, eſſe voluit, nihil dignius, in quo omnis noſtra diligentia indulgentiaque conſumatur. Quare dum habemus paruos liberos, & incertum eſt quam longa noſtrum cuiuſque vita futura ſit:conſulere viui, ac proſpicere debemus, vt illorum ſolitudo, & pueritia, quã firmiſsimo præſidio munita ſit. & ſecundo de oratore ait: non eſt boni, nec liberalis parentis quẽ procreauit,& eduxerit,nõ veſtire, & ornare,ꝑſertim cũ ſe locupletẽ eſſe negare

*Cice.lib.3.de finib. bonorũ*

nõ poteſt,itidẽ pro Cluẽti. exiſtimat is pater eſt amens, qui odit eum ſine cauſa, quem ꝓcreauit. Huic etiam accedit ſententiæ poſt reditum ad quintum & inibi Cicero ait. Nihil dulcius hominum generi à natura datum eſt,quam ſui cuique liberi. & primo officiorum.in hæc ait verba. commune omniũ animantium eſt, coniunctionis appetitus,ꝓcreandi cauſa, & cum quædam eorum, quæ procreata ſunt. idque pleniori manu cõſtat ex Antiphanis ſnĩa,in hæc verba aſſeuerãs.

*Nam cum aliquid in gratiam dilecti filij facio,*
*Hunc ad me pertinere fructum mihi perſuadeo.*

*Antiphonis ſentẽtia.*

Et Temiſtius in libro de moderatione ait non vos latet, o viri amorem in liberos affectum eſſe laudabilem, & longe alium quã pecuniæ & diuitiarum amorem. at liberorum amor cælitus naturæ alligatus eſt, & plane ab aurea illa infactaque cathena pendet, quam natura perpetuo contexens, & obeũtibus naſcentia,coniungens,ne in nihilum relabatur ſibi cauet & pleraque id genus alia conſtat ex Stobæo in ſententijs ex theſauro philoſophorum deductis ſermone.81. & præter hos non deſunt leges, nec rationes quæ hanc coadiuuent ſententiam: ſi quidem eſt text. ad id omnium prꝺſtantiſsimus in lege nam & ſi parentibus. ff. de inoffic.teſtamento. qui veluti baſsis eſt iſtius quæſtionis inibi propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem.textus in lege iſti quidem.§.vltimo.ff.quod metus cauſa, vbi extat nihil intereſſe,an ſi quis veritus ſit, an in liberis ſuis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur quam in ſe ipſis.l.vltima, in principio.C.de curatore furioſi. ibi quis etiam talis affectus inueniatur, extrane⁹ vt vincat paternum gloſſ.in.l.quidam cum filium.ff.de hæredibus inſtituendis.l.nec in ea. ff.de adulte.inibi patris conſilium capit pro filijs.l.1.§.taceat. C.de rei vxori.actione, vbi imperator ita ſcriptum relinquit,naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur,idem explicat Accuſius frequẽtius receptus,in.l.ſi fili⁹.C. đ patria põta. Qua ductus rõne Accurſ. in præcitata. l.vlti. in ea eſt ſnĩa patrẽ efficatiori amore filiũ diligere quã ſeipſum & eſt tex.in.§.vlt.inſtit. de noxa.inibi,qs enim patiatur filiũ ſuũ.l.amiſsimus.§.Luci⁹,ibi cõtra naturales ſtimulos.ff.đ excuſat.tut.l.ꝑpter inſidias. C.qui accuſ.nõ poſſ.l.penu.§.Iulian.ff.quod falſo tutore authore

*Frequentior ſententia.*



thore inibi affectu enim magis propenſiori, quin etiam amor vxorius omnibus maior eſſe dicatur hic tamen cædit amori parentum in liberos ſi fides adhibẽda eſt Accurſio Bar. Angel.& pleriſque alijs doctoribus in.l. Lucius.ff.de vulga.idque pleniori manu cõſtat ex Titi liuij ſententia libro.3.ab vrbe condita virginius conſtãter aſſerit ſibi vitam filiæ ſuę chariorem fuiſſe idque cõſtat apud Quintil. in declamatione.11.cui titulus eſt diues accuſatus proditionis eſt. Iulius capitolinus explicat Gordian.ſenior cuius pleraſq; leges in noſtro codice ſitas eſſe conſtat, audita morte filij ſui laqueo vitam finiuit & Seneca in libro. de conſolatione ad Albinã & Plutarc. in vita Theſæi.& in vita Solonis pleraq; alia extant exempla huius rei. Quibus accedunt q̃ congerit Ariſtote.in lib.11.Ethico.cap.1.&.c. 3.apud quos ſatis id diffinitum extat.

*Ex Titolibio*

*Iuliuscapitolinus.*

Cæterum hic amor adeo à natura inſitus eſt vt etiam beſtiæ pro ſuo partu ita propugnant,vt vulnera excipiant, nullos impetus nullos caſus reformident,ſicuti in hac ſpecie ſcribit Cicero lib.5.Tuſculanarũ quæſtio. itidem lib.3. de oratore ita ſcribit feræ partus ſuos diligunt,& uos in liberos noſtros vti debemus indulgentia,quibus accedit quod Plinius lib.8.ca.18.ſcriptum relinquit & Aelianus.libr.Hiſtor.animalium.5.& Apolonius tyaneius apud Philoſtratum in vita ipſius.li. 2.exiſtimat in fetus proprios eſſe naturalem amorem:ſiquidem Elephantes flumẽ trãſecũtes,ſuos pullos deferunt,deſuper idem de vrſo,Lupo exiſtimans,& de pantera & Tygris pleraq; id genus alia cõmemorant,de amore erga filios ſuos Aelianus libr.1. Hiſtorie animalium & lib.14. de aquila.idem profitetur, nec quid igr arus Bald.in.l.1.col.5.verſ.expedita eſt.C.vnde vi.ſcribit bruta animalia ſalutem filiorũ quadam naturali iuſtitia tueri, ac defendere,idque conſtat ex ſacris ſcripturis. 2.Regum.ca.17.amare inquiunt animo veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſeuiat & prouerb.c.17.& Oſeę.c.13. occurrãt eis quaſi vrſa raptis catulis.quo in loco Hierony. aſſeuerat inter animalia fera nihil eſſe vrſa ſeuiuſcũ catulos amiſerit.Quibus maximo apice deſeruire videtur, quod hoc in negotio ſcriptũ relinquit Homerus,libro.2. de leone inquiẽs.

*De eadem re Plini.libr.5.*

*Vt que Leo in ſylua ſtabat ſua pignora circum*
*Cui manus occurſet catulos nem⁹ inter agẽti*
*Venat vix acint a virum,*

Et iterũ libr.2. Illiados ſcriptum relinquit.

*Crebra gemens nimium tanquã leo viribus ingẽs*
*Faucibus,abſenti venator ſi catulum audax.*
*Arripuit denſo in ſaltu,dolet acre,ſequenſq;*
*Deinde nemus verſat ſcrutans veſtigia, ſi quo*
*Verſa viri inueniat rapit illum bilis amara.*

Nec ſilentio præterire licet,ſi quidem & ꝑter hos aues pullorũ cauſa pleraq; faciunt veluti aquilæ & ciconiæ qui nũquam nidos exeunt, quin lapides illis imponant, quod ſi maritimas etiam belluas conſuleremus minime alicui videri debet Delphinos amare à natura ſuos fætus,rurſus pocha quæ voraciſsima eſt cum vidit filium à vita deceſsiſſe infrà triduũ à cibis abſtinet & Balena faucibus filios aſcondit,ſi quo maiorem beluam fugere eos contingerit.Quibus rationibus nec immerito parricidij pœna afficiendus eſt pater qui proprios interemit filios qa vt pote hic amor à natura ſit inſitus. quod adeo intelligendũ eſſe exiſtimo tametſi parentes conſanguinei vè conuictum & cõfeſſum in carcere exiſtentem & ad mortem condemnandum veneno criminis reum interfecerit ſicuti profitetur.Bar.in.l.1.ff.de ſtatu.homi.Fœlin. in ca. cum iuramento de homici.ad finem. & huic accedit ſententiæ Ludo.Carre.in pract. criminal.§.homicidium,nume.146.quod tamen intelligendum eſſe exiſtimo ni filius eſſet banitus,tametſi eum interimat,pater minimè parricidij pœna teneri immunisq; ſit ab hac pœna cum iure & lege poſſet eum interimere impune tex.eſt in.l.minime.ff.de religio.& ſumptibus fun.Salic.in.l.1.C.de his qui filios occiderunt Barto.in hac ſpecie idem aſſeuerat in dicta.l.minime cœpol.in conſi.criminali.5.& Neleus in tracta.bannitorũ.3.part. 2. temporis quæſtio.53.Angel.in tracta.malefi. in ver. ex interualo ad finem.Gerard.de petra ſancta.in.2.ſingul.Hippol.in conſil.11. & in.l.diuus de ſiccarijs,itidem in ſingul.120.iura ſanguinis & an liceat fratrem bannitum occidere explicat Alexan.poſt Barto.in l.poſt liminium.§.filius de capti. & poſtliminio reue. Quibus nec admodum inuitus accedit Florianus in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l. aquil.Pal.de Caſtr.in.l.1.§.ius autem.ff.de iuſtitia & iure Abb. in conſil.104.quibus accedit Angel.in conſi.223.itidem in auhen.de inceſtis nuptijs in princ. quo in negotio idem exiſtimat Ioan.de portona.in.l.qui ſeruũ.ff. de verbo.obliga.& nouiſsime Ioan.de Arno. in Epitome.62.itidem in ſoliloquio.66. 26

*Pocha amor in filios.*

*Pater interimens filium bãnitum immunis eſt.*

Secundo hunc criminis reum pœna parri

cidij eſſe afficiendum niſi parẽs patriæ aut regis proditorẽ filiũ interemiſſet, vti magno apice deſeruire videntur Ciceronis verba libr. 3. de finibus. bonor. non eſt magis vituperãdus proditor patriæ, quàm cõmunis vtilitatis aut ſalutis deſertor propter ſuam vtilitatẽ aut ſalutem, itidem pro lege manilia. ſi quidẽ per proditionem & rebellionem, ius agnationis amittere conſtat tex. eſt qui frequentius ad id ſolet adnotari in. l. poſtliminij. §. filius. ff. de capti. & poſtliminio reuerſis Barto. idem profeſſus in. l. fin. ff. de receptatoribus. Andr. de Iſernia. huic ſententiæ accedit in ca. 1. §. de receptatoribus. de pace iuramento firmanda. in vſibus feud. Matth. de Afflictis, in conſtitutione Neapolita, incipiente paterno. Id que conſtat ex Cicer. 1. officio. vbi in hæc verba inquit nõ nobis ſolum nati ſumus ſed partim patriæ, parẽtibꝰ & amicis, itidem eodem libr. ait non ſolum nobis diuites eſſe volumus, ſed liberis propinquis amicis, maximeq; reipublicę. itidem in Lelio ꝓfitetur, bono viro non minori cura eſt, qualis reſpublica poſt mortem ſuam futura ſit, quam qualis hodie ſit, & Plato idem ſcribit ad archytã nõ ſibi ſoli ſe natum homo meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis, vt perexigua pars illi relinquatur. idem Cicero libr. 2. de finibus bonorum & malorũ & profitetur Euripides.

*Quid enim paterna charius eſſet viro tellure?*

Itidem Euripidis in Philoctete ait.

*Conuenit omne ratione, & arte*
*Amantes patriam ſalutem eius molliri* — *Euripidis ſẽtentia*
*Ne fatigueris, dum patriam recuperare ſtudes.*
*Natales ſolũ, vt conuenit, gratiſsimũ eſt hoĩbus*
*Nec verbis eius dulcedinem exprimere poßim.*
*Multo enim auro, & oĩbus antecedit patria*

Et ex Stobeo conſtat ſermone. 37.

*Beatus ille, qui fortunatus domi manet.*
*Domi manebit vix vere, fortunatus*

Ex Homeri ſententia conſtat,

*Ex Homero,*
*Vnum auguriũ optimũ, pugnandũ eſſe pro patria*
*Vos age ad naues conferti pugnate, donec veſtrũ.*
*Ictus aut vulneratus, mortem & factum quilibet ſequatur,*
*Moriatur, non enim indecorum eſt ei defendenti patriam mori*

Idem Odiſſea. 1. loquens de Vlyſſe.

*Ex Platone.*
*Cupidus vel ſumum exeuntem videre, patriæ ſuæ Sic mori optat.*
*Quã nihil eſt patria ſuauius, atq; parentibus.*
*o mater ego prudens ſimul ac imprudẽs perueni*
*Ad viros inimicos, verum neceße eſt*

*Cunctos amare patriam: quod ſi quis ſecus ait,*
*Verba funditare gaudet, animum tamen in patriam conuertit.*

Et ex Platonis ſententia in Critone diffinitũ eſt patri, & matri, & progenitoribꝰ oĩbus patriã eſſe anteponendã, atq; eſſe venerabiliꝰ Sanctiusq;, tũ apud deos, tũ apud hoĩes mentis cõpotes eſſe patriã collocãdã, colereq; eã oportere magis eiq; obedire, ac rigidius ſegerẽt mitiꝰ aſſentiri, quã patriæ. vi aũt vti nefas eſt ac ꝓditione, vel cõtra matrẽ, vel cõtra patrẽ, maximè verò omniũ cõtra patriã. Cæterũ cõmunis hæc petitio iuſtiſsima eſt & ſummo omnium ſtudio ſuſcipi digna, vt patria, quę ſemper ſuſcipit & alit omnes, & quę nobis maiores noſtros exibuit, tum ipſa, tũ deorum indigentium honores, magis ac magis ſẽper augeatur. Pithag. interrogatus hac in ſpecie quomodo oporteat ſe regere erga patriã: ingratam: reſpõdit vt erga matrem. Ariſtidis interrogatus qua de re in exilio maxime triſtatus fuiſſet: rñdit ꝓpter dedecus patriæ male audiẽtis ſui cauſa exilij. Quibus cõuenit qđ vulgo circumferri ſolet de Lacone qui quidẽ ad regem Perſarum venerat vt pœnas daret propter legatos, demiſsi ſunt: & inſuper virtutis ſuæ gratia à rege rogati, vt pote ſecũ manerent. At quomodo dixerunt, huiuſcemodi patriam relinquere poſſemus, pleraq; id genus alia conſtant ex pręcitatis authoribus & omnium diligentiſsime congeſsit Stobeꝰ ſermo. 37. đ patria. Deniq; patria velut alter quidã deus, & primus maximuſq; parens. Quo fit qui nomen ei impoſuit à re ipſa, non temere patriã noĩauit, vocabulo ſi quidem à patre deducto, pronũtiato, tamẽ fœminina terminatione, vt ex vtroq; parente mixtum eſſet. Atq; hæc ratio inſinuat patriã vnam optimo quidẽ iure duobus parentibus colendam eſſe. Præferẽda igitur oĩno eſt patria, vtriuis parentũ ſeorſum, & nõ ſolũ ipſis eã ꝑfert ſed etiã vxori & liberis, & amicis, & abſoluto ſermone rebus alijs oĩbus poſt deos, atq; iõ immunis erit criminis reus à pricide crimi. punitiõe interimẽdo filiũ patriæ ꝓditorẽ regis vè ita ſcriptũ relinqt cõſultus ĩ. l. 1. ff. ad. l. Põpe. de prrici. & maximo apice deſeruire videtur. tex. in. l. minime. ff. đ relig. & ſũpt. fun. & ĩ ibi gl. frequẽtiori doc. cõſẽſu recepta. cui ſimilis ĩ. c. fortitudo. 24. q. 3. Ab. ĩ. c. ꝑuenit. co. 1. đ immuni. eccleſ. Petr. gerar. in ſing. 2. qđ ĩpe intelligẽdũ eſſe exiſtĩo ſi pater filiũ occidiſſet patriã defẽdẽdo lõge qdẽ aliter, Bal. ĩ. l. ſi adulterium cũ

*Pythago. celebris ſentẽt.*

*Patria vnde dicta.* 27



riũ cũ inceſtu. §. libertꝰ. ff. đ adul. & ĩibi Ale. poſt Bar. qbus accedũt Imol. Angel. & plerig; alij. in. l. triticũ. ff. đ verb. obliga. & huiꝰ ſententię authores habeo. Abb. in conſ. 104. cepol in cõſi. criminali. 5. ad finẽ Hipolitũ. in. l. 1. §. præterea col. 9. verſiculo alius eſt etiam effectus. ff. de quæſtio. Eſt iuris gentium præceptum vt patriæ pareamus. l. vt vim. l. veluti. ff. iuſti. & iur. Barb. cõſi. 34. vol. 2. col. 18. itidem in, 6. Reinaldus. col. 4. & rurſus. 88. de teſtam. & cõſil. 10. vol. 2. col. 3. Curti. ſenior. conſi. 45. col. 4. verſi. quia quilibet & cępola. de imperatore militum deligendo verſi. propter nationem, & in libro de ſimulatio. contractu. 21. prę ſumptiõe. Itidem in ſuo libello de vita & modo viuendi in ſtudio & Petrus Iacob. in arbore ſucceſsionum. col. 9. verſi. item rex.

Alius ſubijcitur caſus huius criminis reum minime parricidij pœna afficiendum eſſe ſi filius interemiſſet patrem deductus in hoſpitaliã patre. ſola ratione ſi quidem ius patriæ poteſtatis amittit conſtat ex. l, 2. de infantibꝰ expoſitis, ex quo ſumens rationem Bald. in ea eſt ſententia. ciuem in conflictu belli deſerentem ciuitatem ipſius ciuitatis priuilegiũ prorſus amittere idẽ Bald. in. c. 1. de languidis expoſitis. C. explicat Gerardus in præcitato ſingulari. 2.

28 Hinc perpendi poterit ex eadem reſolutione quòd frequẽter ſolet controuerti ex eiſdẽ cauſis quibus filius & filia à patre exhæredari poſſunt ex eiſdem ius parricidij amittere conſtat ex Bart. & Hipoli in dicta. l. diuus. ff. de parricid. aliaſq; iudicantis arbitrio pœna afficiendus erit ex tex. in. d. l. diuus. omnium diligentiſsimè Iaſſon in. l. ius autem ciuile penul. col. ff. de iuſtitia & iure. Quibus nec admodum inuitus accedit Hippolitus in. l. 1. in principio. 20. limitatio itidem. in. l. circuncidere. §, ſeruo. ff. de ſicar. & in. l. ſi quis viduam. 5. col. verſiculo item faciat. ff. de quęſtio. Ange. in. l. gracchus. C. de adulterio. & in. l. merito. 2. reſponſo itidem in. l. ſi adulter. & ſatis diligenter Hippolitus. in dicta. l. diuus. Quibus quidem caſibus immunem eſſe à parricidij pœna ſicuti explicat glo. & Bald. in. c. 1. 5. col. quibus mod. feudum amittatur, Gerardus loco præcitato. Quibus ſuffragatur. adnotata per bar. in. l. item apud Labeonem. §. item ff. de iniurijs. & inibi Alexan. poſt. Bar. Angel. his accedit in tracta male. in verbo ſciẽter & doloſe apud quos ſatis id diffinitũ extat.

*Quibus ex cauſis filius exhæredari poterit ex eadem parricidiorum ius amittitur.*

29 Si ad amuſſim quæ in hoc capite deſiderãtur declarẽtur illud adnotatione meretur matrem patrem ve huiꝰ criminis reos infantem in lecto iacentẽ interficientes ſi dolo fecerint parricidi pœna tenerii, vti conſtat ex. capi. 1. de his qui filios occid. Sin minꝰ iudicantis arbitrio mitiori pœna afficiẽdi ſunt. tex. eſt cebris in. c. finali. de his qui filios occid. Bonifacius in titulo de parricidis ad finẽ. Quod ſi in culpa fuerint extra ordinaria pœna coercendi ſunt. l. 1. §. Sed et ſi. l. 3. §. ex ſenatus conſulto ff. de ſicar. Quibus addendus eſt Ioannes de arno in problema. 43. & nouiſsimè Antoniꝰ Gomezius tomo. 3. delictorum. c. 3. nu. 19. in dubio tamen minime dolus præſumitur ſed vtiq; caſu vel aliqua nutricis culpa matris ve. Quo fit iudicantis arbitrio pœna afficiẽdam eſſe: expenſa ſatis diligenter culpæ qualitate, ſicuti doctores exiſtimant præcitati. Quibus admodum ſuffragatur tex. in. c. finali de his qui filios occiderunt, & tex. in. c. conſumiſti. 2. quæſtione quarta.

Perplexa valde & admodum inſignis quæſtio eſt quæ à iuris vtriuſq; profeſſoribus non infrequenter diſcutitur, ſit ne parricidij pœna maritus afficiendus, qui quidem vxorem interfecerit & grauius puniendum eſſe quàm qui marricidium cõmiſerit, ſicuti hac in ſpecie ex profeſſo exiſtimat. glo. in. c. ſcito turpem in verbo & quis. 1. quæſtio. & glo. in verbo iuxta modũ in. c. finali de ſtatu monacho. extra. & gloſa in. c. admonere. 33. quæſtio. 2. in verbo exiſtimes. Pro quibus eſt tex. ad id præſtantiſsimus. in. l. 1. ff. ad. l. pompe. de parricidiis. ſi quidem interficere vxorem plus eſt, ꝙ patrẽ occidere vel matrẽ. & his ſuffragatur illud geneſeos propter hanc relinquet patrẽ & matrẽ, idq; cõſtat ex ratione dictę. l. 12. par. pleraq; id genus alia quę congerit & Ludouicus Carre. in. §. homicidium, nu. 149. & iterum. 151. pagina. 237. Et Antonius Gomez c. 3. delictorum. n. 3. & huius ſentẽtię inſignis differentię ratio aſsignari poſſet vt habetur geneſeos. 2. erunt duo in carne vna. & cõſtat ex Mattheo, 19. & Marco. 10. & ad Epheſios 5. quibus ſane ſatis ſuperq; cõſtat amorẽ vxoriũ cæteros oẽs anteire. Et teſte philoſopho. 8. Ethico. aſſeuerat quod inter virũ & vxorẽ debet eſſe amicitia excellens & naturalis. Et Bal. in. l. cum multæ. col. 1. C. de dot. ante nupti. eaq; ratione ductus Apoſtolus inquit viri diligite vxores veſtras. propter quod relinquet homo patrem & matrem. Vti cõſtat ad Epheſios. c. 5. & in. c. gaudemus. de diuor. 30

quocirca. l.repredenda.C.de inſtitutio.ſeu re
ſtitutio ſub conditio.factis concordiã coniu-
galem cuicunq; lucro:pręferendam eſſe is au
tem amor eo maxime inter eos iniri debet
quia teſte philoſophia amor eſt cauſa & prin
cipium generationis,vt in authẽ.quibus mo-
dis na.effician.legi.§. illud colatio. 6. idemq;
exiſtimat Ioan Berbetus in titu. de ſoci. 8.
verſi nam liberorum,In quo quidẽ fauor pu-
blicus auerſatur.Si quidem nuptijs conſerua-
tur genus humanum vt in authen.de nuptijs
in principio collato.4.Ex quo illud Properti
libro quarto.

*Omnis amor magnus,ſed apertè in coniu-*
*ge maior.*

Quæ omnia conueſtri poſſent: ex gloſa
vltima in.l.præcibus,& inibi Bartol. cæteriq;
doctores.C.de impub.Bartol.in. l.partem ſe
ueri.nam.§. ſocrus. ff. de cond. & demõſtra-
tio. vbi exiſtimat coniuges ſe inuicem effi-
caciori amore diligere quam proprios filios,
tex.eſt.in.l.lexq; tutores verſiculo , lex enim
non ſolum.C.de adminiſtratio.tuto. & illud
Homeri,libro.14. Illiados ait virum & vxo-
rem parentum charitatem præconiugali o-
bliuiſci idq; cõſtat libro Eſdræ.3.c.4.& cõſtat
1.Regum.19.vbi Michol viriliter ſaluauit vi-
rum ſuum cum ad mortẽ quæreretur à Saul
patre eius . Iudith fortiter pro ſe & populo
ſuo egit,cum Holofernem capite trũcauit Iu
dic.12.& conſtat.2.Machabeorum. 7. & Ioa-
nis.19.& heſter.5.& Matthæi.28.& Marci.15.
& Lucæ.23. & pleraq; id genis alia de mulie
rum fortitudine circa vires explicat Valerius
Maximus.li.4.titu.7. c. 4. Et Epiſcopus Pa-
lentinus in hiſtoria Hiſpaniæ, parte prima.c.
4.& de vxore regis Ferdinandi primi ſatis no
tatu dignum explicat hiſtoria ſcholaſtica li
bro.4.titu.7.c. 5. &. 6. Et Plutarchus in libro
de virtutibus mulierum.Et apud noſtros Ioã
nes Lobius in.c. per veſtras , ſuper rubrica.§.
50.n.24,& Paris de Puteo in tractatu ſyndica
tus verſiculo carcel. c. 3. Et pleraſq; mulieres
liberaſſe patriam commemorat Biblia Au-
rea.c.17.de ſapientia mulierum.&.c.52.de for
titudine mulierum.Plures etiam numerat. Bi
bal.in opere regali charta.53. ſub rubrica vir-
ginis nobiliſsimę Antonius peregri. li.2.c.24.
& Florentię ante fores palacij adeſt ſtatua cu
pri Iudith obtruncantis Holofernem in exẽ
plum de fendentis patriam.Gilbertus in quæ
ſtionibus poſt philoſophum.2.œconomico-
rum.char.3. Floria de ſancto Petro in ſua ele-
ganti quæſtione. cuius initium eſt. Varia &
diuerſa,de qua meminit,in. l. liber homo. ff.
ad.l.aquil.la. 2. Paris à Pute. de ſyndica. ver.
ſi.carcel.c.3.qui referunt,aliquas mulieres vi-
ros liberaſſe à carceribus. Valerius ante hos
libro.4.c.6.ad fi.vbi de Lacedemoniorũ vxo
ribus meminit,quę capitibus velatis maritos
liberauit à carceribus.Idem refert de vxore
comitis Ferdinandi Gundiſalui , vti conſtat
in chronicis.& in Valerio Eccleſiaſtico hiſto
riæ libro.4.titu.7.c.4. Simile facinꝰ notatu di
gnum fecit Domina Sancia filia Regis Al-
phonſi.vxor regis Ferdinandi primi. de qua
in Valerio hiſtoriæ ſcholaſticæ. lib. 4. titu.7.
c.5.&.c.6.meminit De caida vxore regis Al-
phonſi. Plutarchus de virtutibus mulierum.
Et Ioan.Bocatius libro de illuſtribus mulieri
bus pleraq; ſcripſere.Et pleraq; id genus alia
de mulierũ fortitudine reperies apud Vergi
lium libro.11.Aeneidos de Pentaſilea furẽte.
Et ex Homero libro.6.Illiados. Ex Horatio,
lib. carmi. 3. ode. 7. Et de fortitudine mulie-
rum adnauſeam vſq; congerit Nichola.Boe-
ri deciſio.121.n.3. Andre. Tyraquel.de vtroq;
retracta.de tracta.lignagier. glo. vnica. §.20.
n.5.pagin.parua.567.itidem.l. 9. con vbi.nu.
100.Boeri.in tracta. de ſeditio.hic char.39.Io.
aneuiza. in ſilua nupti.li.1.fol.69.col.4.in ma
gnis.Ceterùm reum huius criminis hac par-
racidij pœna afficiendum eſſe ſi vxorem in-
terfecerit,quim etiam ſi ſpõſam ex quo dedu
citur interpretatio vera.l.ſciendũ.ff.ad.l. Põ-
peiam de parricid,vbi iuris conſultus aſſerit.

*Noua interp tatio.l.ſciendum.*

l.Pompeiam in ſponſis.locum habere , vt in- 31
telligamꝰ ſponſos illos qui promiſerunt prę
ſtare coniugalem conſenſum , quos de futu-
ro appellamus.Si quidem in ſponſis de præ-
ſenti apertè id cautum & expoſitum erat in.
l.1.ff.ad.l.pom.de parricid. notat.glo. Accur
ſiana in. §. alia inſtituta de publi. iudicijs,vbi
probat in interficiente vxorem locum habe-
re.l. pompeiam atq; eadem ratione in vxore
occidente virũ,idem ſeruabitur ſicuti proba
tur,in.d.l.1.et eleganter expreſsit ille doctiſsi
mꝰ vir qui Alphõſi regis imperio leges quas
partitas Hiſpani vocamus concinnauit in. l.
12.titu.8.par.7.

Quibus & illud adnotandum eſt, reum hu
ius criminis eſſe maritum qui vxori venenũ 32
dederit vti ſanè vxorẽ occideret,tamen ſi non
voti compos euadat , in labem huius crimi-
nis par



nis parricidij incidere . In ea fuit ſententia
Bar.in.l.1.ad finẽ.ff. de parricid. Cui accedit
Salice.in.l.1.C. de veneſi. & mathema. Ang.
de maleficijs in glo.ex interualo , tametſi ab
hac ſententia diſcedat Bal.in conſilio incipiẽ
ti Stepha.

Ad id etiam pertinet quid cenſendum eſt
33 de viro occidẽte vxorẽ perdat ne dotem ex
pacto aut ſtatuto lucrandam explicant do-
ctores paſsim in.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir ſolu-
to matrimo.itidem docto.in.l.hæreditas in fi
ne.C.de his quibus vt indignis.Paul. de Caſ.

*An & vir amittat dotem.*

in.l.rei iudicata.§.hæredi.ſol.matri.ff. Bar.in
l.eius mortẽ.ff.de his quibus vt indignis do-
ctores oẽs.in.l.1.C. vnde vir & vxor. Et om-
nium diligentiſsimè. Bal. Nouellus in tracta.
de dote.8. parte. 31. priuilegio. Et quid verſa
vice,ſi vxor in mortem viri machinata fue-
rit amittat , ne dotem, explicat Bar. in. l. pe-
nul.§.ſeia.ff.de alimentis.leg.

Illud etiã ſubijciam tametſi donatio mor-
34 te confirmetur ſi ſane donatarius mortẽ vio-
lentam affectaſſet morte donãtis minime cõ
firmat,explicat Bal.in.l.ſi tibi.C.de donatio.
ante nuptias.itidem in.l.hæreditas ad finẽ.C.
de his quibus vt indignis.Cui accedit.Fel. in.
c.fina.de homici.Quę omnia eo tendunt ſi ſa
nè conſtat dolo,& ex profeſſo occidiſſe aliàs
longè quidẽ aliter.Si quidẽ in coniunctis mi
nimè dolus præſumẽdus eſt.glo.quę expreſ-
ſim hoc ipſum vult.in.l.1.de ſiccar. Cui acce-
dit Bal.in.l.final.20.oppoſiti. C.de hæred in-
ſti.Et huius ſententiæ authores habeo. Saly.
& Hippoli. in præcita. l. 1. Roma.in.l.1.ff.de
inius.vocando.Cępol.in conſi.33.Hippoli.in
l.1.§.diuus.ff.de ſiccar.Quibus in locis iſthęc
ſententia crebrior inualuit.

Ab eadem radice poteris diſſolui q nõ in
35 frequenter diſcutitur,iudicẽ atq; magiſtratũ
abſq; labe criminis ſubditũ ſuæ iuriſdictionis
hominẽ interficientẽ,hac legis pœna de par-
ricid.plectendũ eſſe , vti eſt glo. quæ ex pro-
feſſo hoc ipſum vult in authẽ. vt iudices ſine

*Patricidij pęna afficitur ſuæ iuriſdictionis ſubditũ interficiẽdo.*

quoquo ſuffragio.§.illud amariſsimus colla-
tio.2.ea ratione ductus,quia iudex patris lo-
co cenſendus eſt , vt in authen. de mandatis
principum.§.talem ibi paternũ collatio.3.&
ex tex.in.l.penul.§.militi.ff.ad.l.iuliam.repe.
tund.Annania in.c.accuſaſti de accuſatio. &
nouiſsimè huic accedit ſentẽtiæ Ludoui. Car
re. in practica criminali.§.homicidium.n.132.
pagina.232. & Ludoui. Montal. in tracta. de
reproba.ſenten. Pilati.verſi. & hęc ſufficiũt.

Multiplex tractatus exponitur, ab omni- 36
bus doctoribus,an frater interimẽdo fratrem
ſit ne legis Põpeiæ pæna de parricidijs puniẽ
dus.Quo in negotio vt paucis diluãtur erro-
rũ cauſę circa hãc cõcluſionẽ,ea eſt cõſtitutiſ
ſima oĩum aſſertio. Fratricidiũ cõmittẽs hac
eadẽ pęna parricidij afficiẽdũ eſſe ſicuti expli
cãt oẽs doctores.in.l.1.ff.de parricid. & in.l.1.
C.de his qui filios occiderũt. Ludoui. Carre.
in practi.crimi. §. homici.n.128.inſuper huiꝰ

*Fratricidiũ cõmittentis pœna.*

criminis reus à ſucceſsiõe eius prorſus exclu
ditur,& vtiq; fiſcꝰ admititur Bar. & pleriſq;
alij in.l.1.& in.l.fina.ff.ſi quis aliquẽ teſtari p
hibuerit.Et Gãdi.in tit.de varijs quæſt.in ma
leſi.penul.col.& Ludo.Carre.loco pręcita.n.
152.Quorũ ratio eo aſsignari. poſſet quid cau
ſæ ſit,vt huius criminis reus hac pęna afficiẽ-
dus ſit ſi qdẽ ex ſentẽtia Pluthar. in Eucli.exi
ſtimat.fratres quo nã modo corporis partes
ſint queadmodũ oculi tui,pedes,manus.reli-
qua mẽbra. Nã & fratres aliquo modo ita ſe 37
habent,ſi cõmunẽ generis originẽ ſpectes. Si
cut igitur oculi manuſq; , ſi animę & mẽtis p
ſe corporis fierent:quoniã nec ipſę quidẽ fun
ctionẽ ſuã recte adminiſtrare poſſunt, circa p
ſentiã aliarũ partiũ:ita nobis etiã , q homines
ſumꝰ,& animã habere nos fatemur. oĩbꝰ viri
bus enitendũ eſt,vt fratribꝰ decẽter vtamur.
Si quidẽ magis , q̃ partes corporis ad auxiliũ
mutuũ fratres cõpoſitæ eſſe videãtur.Si ocu
lis ſimul aliqd intuẽtur , vterq; alteri pręſens,
& manus pręſenti manui ſubuenit:fratrũ ve
ro opera mutua multo latiús patet, quamuis
magno loci interualo diſiũcti ſint quibus ad
modum Menandri conueniunt verba.

*Ex menãdri ſententia.*

*Quàm ſuauis eſt inter fratres concordes amor.*
*Quem natura alicui coniungit.*
*Ille nullo tempore alienus fieri poteſt:*

Et ex ſententia Euripidis id etiam conſtat.

*Indignares eſt fratrũ cõtentiones fieri ſeu verbis.*
*Seu pugnis,vbi in mutuam inciderunt diſcordiã.*

Et Plutarchus de amore fratrũ inquit, nec
diuitiarũ , nec regni,quod apud homines im
periũ eſt diuiniſsimũ,ſine fratribus , vlla põt,
aut gratia,aut fructus eſſe. ſi quidẽ qui fratrẽ
ſuũ nõ amat,is nec parẽtes quidẽ,qui ambo-
rũ generationis cõmunes authores fuerũt a-
mat.Muſas nomĩatas aiũt ſimul degere pter
ſororiã animorũ cõiunctionẽ.Ceterũ Pollux
quẽdã,q fratrẽ apud ipſum clã deferebat pu-
gno pcuſsũ occidit: ac ne Deꝰ quidẽ ſolꝰ eſſe
voluit , ſed potius cũ fratre ſemi deus agere
Euclides Socraticus cum fratrem dicentem
audiuiſſet

audiuiſſet, diſpeream niſi te vltus fuero re-
ſpondit, & ego, niſi vt nos ames tibi perſua
ſerim. Et Ariſtippus ad fratrem dixit. memi
neris te diſſentionis, me reconciliationis au-
thorem fuiſſe, & pleraquè alia de fratrum a-
more explicat Quintilianus de clamati. 321.
Quis enim, vt apud Salluſtium dicit My-
cipſa amicior, quam frater fratri? Et multis
ante ſeculis ſcripſerat Heſiodus, ex Græco
latine conuerſo.

*Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.*

Cuius rei exemplum nobis reliquit Hæ-
rodotus in Thalia de muliere (ea intapher-
nis vxor fuit) quę optione ſibi facta à Dario
ſibi fratrẽ aut maritũ, aut filios morti adiudi
catos eximẽdi, fratrẽ elegit, maritoq; ac libe
ris antepoſuit. Et ex eodẽ Plutarcho Eucli-
di Socratico tribuens ait. Cum ergo om-
nes homines diligendi ſunt, tum fratres mul
to maximè in quo Socratis animum imita-
ri ac referre debemꝰ. Hic enim ad illũ qui ſe
moriturũ exclamauerat, niſi ipſum vlciſcere
tur, at ego, dixit niſi te mihi effecerim amicũ
moriar. Et Socrates ait fratres ita habendos
eſſe ac ſi manus, quas Deus vt vna alteram
iuuet creauit dimiſſo hoc conarentur impe-
dimento inuicem fore: aut ſi pedes diuina
prouidentia ad coadiuuandum inuicem fa-
cti relicto hoc, vnus alterum impediat; fra-
tres verò dum amici ſunt quamuis multum
vnum ab altero diſtet; agunt tamen ea quæ
profutura inuicem ſunt. Quocirca nemò
ſolus eſt, nec ex quercu ſaxoue natus, ſed ex
parẽtibus, & cum fratribus, & agnatis, alijſq;
familiaribus agit. Verùm enim verò extre-
mæ inſaniæ argumentum eſt, cum illis con-
iungi velle, quorum amorem nulla vis natu-
ra cõmendat nobis, vti hac in re ex Socioni
ſententia conſtat.

*Ariſtipꝰ ad fratrẽ quid dicit.*

*Ex Socioni ſẽtentia.*

*Qui relicti fratribus alios amicos quærunt, ſimi-
lis illis ſunt, qui ſuum rus incultum ſinũt &
alienum excellunt.*

Et Socrates ait quemadmodum æque dã-
num fit ei qui neſciens tentaret vti eo: ſic etiã
frater damno fit, cum quiſq; vti eo tenetur
neſciens. Quibus ſane rationibus cõſtat pro
pter multum amorem inter fratres huius cri
minis rei. l. Pompeiæ de parricid. pœna affi-
ciendi ſunt, ſicuti conſtat ex iuris profeſſori
bus paulò antea præcitatis, & de fratrũ amo
re atq; cognatorum pleraq; id genus alia cõ
gerit Stobæus ſermone. 82. in ſentẽtijs dedu
ctis ex theſauris Græcorum.

Cæterum ad hanc rem conducit plurimũ 38
ſcire an ſtatutũ loquens de homicidio locũ
ſibi vendicet in parricidio explicat Gandi-
nus in titulo de varijs quæſtio. in maleficijs
penultima col. & Ludouicus. Carre. in pra-
ctica criminali. §. homicidium. nu. 148. pagi-
na. 236. Hæc tandẽ ad huius capitis apertiorẽ
cognitionem ac eius delicti pœnam perno-
tare libuit, multa tamen omiſimus, quę faci-
lè obuia erunt, & diligens lector pro ſui inge
nij captu poterit inquirere, ac mente repone
re, & adhuc verbo non amplius addam qua
pœna afficiendus ſit huius criminis reus iu-
re pontificio.

Poſtremò, & illud adijciã an & frater, ſi oc
cidit fratrẽ ſuũ filijq; eius occiſſo ſuccedant
cum alijs fratribus ab inteſtato, vel ex teſta-
mento, & Bart. in ea quæſtione in. l. cõdicillis
§. matre. ff. de le. 2. indeciſamq; relinquit. Et 39
prima fronte videtur, fratrem admittendum
fore, ex glo. in. l. cum ratio. §. ſi & ibi Bart. ff.
de bon. damna. Paul. Caſtren. in præcita. §.
matrem. Alberi. in. 3. ſtatuto par. quæſtione
58. & id quidem, niſi ſit alius, in eodem gradu
cũ homicida. l. 2. §. fratris. ff. ſi quis aliquẽ te-
ſtari prohibuerit. Bar. idem profeſſus, in prę-
citata. l. cum ratio. §. finali. Et factum ipſius
fratris, alijs quidẽ fratribus nocere nõ poteſt
l. ſancimꝰ. C. de pœn. Bal. in. l. data opera. C.
qui accuſare non poſ. q. penul. ſic etiã homi-
cidiũ, eius tantũ qui eſt proximior, & eorũ fi
lijs nocet, nõ tamẽ alijs in eodẽ conſanguini-
tatis gradu exiſtẽtibus. l. Lutius Titius & ini-
bi glo. & Bar. 2. notabile. ff. de iur. fiſci. Bal. in
l. eam quam. col. 4. C. de fidei commiſ. verſi.
hęc faciũt ad quæſtio. itidẽ. in. l. 1. verſi. extra
quæro. C. vnde vir, & vxor. difiniẽs maritum
vxorem occidentem, non poſſe ei ſuccedere
etiã coniunctis deficiẽtibus ex tex. ad id prę
ſtãtiſſimo in. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. & inibi
Caſtrẽ. & neotrici. ff. ſol. ma. Quo in loco An
gel. expreſſim aſſeuerat proximũ agnatum
qui & agnatũ occidit inuitari, ad eius hæredi
tatẽ, nihilominus ei, tanquã ab indigno hære
ditas aufertur. l. ſi quis cũ falſo, & l. cũ falſi. ff.
de falſis. docto. paſſim. in. l. vnica. C. ſi ex de-
lictis. defunct. Bar. in. l. ei qui. & in. l. fina. &
inibi. Alex. ad. Bar. in vlti. additione. ff. de his
quibus vt indignis. Florian. poſt tex. & glo.
inibi. l. his conſequenter. §. 1. ff. famili. herci-
ſcũd. Angel. in. l. adoptiuum. §. patronum. ff.
de inius. vocan. Lucas à pẽna ſignanter. in. l.
cum hæc ſola. C. de primi pila. digna. Quibus
nec ad-



nec admodum inuitus accedit Cæpol. cuiꝰ
initium eſt propter delictum patris. tametſi
Bal. in. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupti. ad
fi. ex illo tex. ſumẽs rationẽ aſſeuerat, quod
ſi ſtatuto ſancitũ fuerit, filium patrem inter
ficientem, non ſuccedere, nihiloſetius ſuc-
cedere poterit nepos ex tali occiſſo, potiſsi-
mum, ſi abſq; culpæ labe mortis aui immu-
nis fuerit, longe quidem aliter. Alex. ad Bar.
in. d. cum ratio. §. finali. idem profitetur. In
quo dubio an exigatur, quod pater vſu fru-
ctui renuntiauerit, explicat ſignanter Ang.
in præcitato. §. Patronum, & Cæpol. eo in lo
co, cuius & antea meminimus. Tametſi gra
uatus videatur. quod ſic. Si quidem patre de-
linquente, & eius bonis publicatis, & vſus
fructus quem habet pater in bonis filijs pu-
blicatur. Bart. in. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff.
de adulte. itidem in. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mi-
no. Angel. in. l. eorum. ff. de damno infec.
Bart. in. l. ſi quis in tãtam. col. 4. verſicu. quæ-
ro an habeat, locum in iuribus incorporali-
bus. C. vnde vi. Iaſ. in. §. actiones. nu. 65. inſti-
tu. de actioni. Maſuerius in ſua praxi. titu. de
pœnis, fol. 97. colu. 4. verſiculo. item ſi bona
patris. Et maximum robur huic ſententiæ af
fert tex. in dicto. §. iubet. verſi. ſed ſi vſus fru-
ctus. Et Baldus in. l. 1. C. de bonis quę libe. &
Cornelius conſilio. 208. ad fi. vol. 3. exiſtimãt,
vſum fructum non publicari. & nos in ea ſpe
cie pleniori adnotauimus manu de hęretico.
pœnis tractantes. Sed pro concilianda docto
rum ſententia. Sali. in. l. poſt hac. §. Si quid e-
tiam. in vltima quæſtione. C. de bon. dam-
natorum hac diſtinctione vſus reſpondit, aut
bonorum publicatio fit ex cauſa, propter
quam patria poteſtas amittitur, & in ea ſpe-
cie vſus fructus ad proprietatem redit, cùm
cauſa ceſſet, propterquã patri cõceditur, pa
tria poteſtas & legitima bonorũ adminiſtra
tio Atq; ita Bal. ſententiam intelligendam fo
re opinatur, ſin minus patria poteſtas duret,
vſus fructus quidem publicatur, ita Alexã.
reſpondit poſt Romanum. in. l. ſi finita. §. ſi
de vectigalibus. col. 20. verſi item circa hæc.
ff. de damno. infect. Quorum diſtinctio, ori-
ginem duxit, â Cino. quem, & Bald. idem pro
feſſus ſequitur, in. l. Diximus. §. ſi pater. ff.
de excuſatio. tuto. Et ſic Bart. & ſequentium
ſententiam imitari videntur. in quo dubio, &
illud inſigne cenſeri ſolet, ſi & pater, nihil ha-
beat quam vſum fructum, patria poteſtate
durante quis filium interim nutriat, cum &

*Doctorũ concordia.*

fiſcus, & creditores ſuccedant in locum pa-
tris. ex. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus mo
dis, pign. vel hippo. ſoluitur, & in. l. ſi vt pro-
ponis. C. de bonis damnatorum, & patrem
teneri, filio alimenta præſtare, dubio procul
conſtat ex. l. ſi quis à liberis. de liberis agno-
ſcẽdis, & ex principio inſtitutorũ đ iure natu
ra. genti. & ciuili. Et in ſpecie per areſtum cu-
riæ latum aſſeuerat Nicholaus Boerius deci-
ſio. 7. nu. 9 in prima parte ſuarum deciſsionũ.
illa tamẽ erit adhibenda cautela praticis paſ-
ſim obuia quod ſi pater vſu fructui renuntia
uerit, ſic filius habebit totam adminiſtratio
nem, ſi patris publicentur bona, filius nõ pri-
uabitur, poſſeſsiõe vſus fructus, ex Angel. in
l. adoptiuum. §. patronum verſicu. dicam er
go. ff. de in ius vo. aſſeuerãs, hoc remediũ eſ-
ſe ſingulare ad ſucceſsionem ſaluandum, &
ne fiſco applicetur, quãdo pater calore iracũ
diæ filium occiderat habentem maternam
ſucceſsionem, vnde ei non poterat ſuccedere.
Similiter huius filij videntur, ſecluſi à ſucceſ
ſione, ne patri acquirant. Vnde alij ex latere
materno petentes hæreditatem ad ſe ſpectare
conſuluit Cæpol. cautel. 80. cuius initium
eſt propter delictum patris, quod pater re-
nuntiet vſu fructui vt alij fratres obtinerent,
& Boerius ſatis diligenter. n. 17. eo in loco cu 40
ius & antea meminimus extricat.

*Cautela prãticis admodũ obia.*

Cæterum cum & homicida ſit incapax,
etiam hæredes ſui talium turpiter quæſitorũ,
quæ ab eis tanquam ab indignis auferũtur,
ex dicta. l. cum ratio. & l. lutius præcitatis, a-
lias anſa delinquendi daretur, ex Baldo in. l.
reditio. columna penultima, verſiculo, extra
quæro, & inibi Salicetus. C. de his quibus vt
indignis. Socinus, conſilio. 124. volumine. 3.
Barba. conſilio. 8. in. 1. quæſtione, volu. 3. Sali-
cetus in præcitata. l. hæreditas, exiſtimat Bar.
in errorem lapſum eſſe, in eo, quòd ipſe cen-
ſet portionem dicti interficientis, alteri fratri
non tamen fiſco applicari. Quod eſt contra
tex. in. l. is cõſequenter. §. 1. ff. familiæ erciſcun
dę. & vt Bartolus, ab hac impugnatione im-
munis ſit penſata animi deliberatione intelli-
gendus eſt non craſſa vt ita dicam minerua.
Bartolus inibi in pluribus fratribus loquitur,
quorum aliter immunis eſt, & inculpabilis,
& ideo nimirum ſi pro parte ſua ſuccedat, &
ita conſuluit Romanus ſingula. 463. Alexan-
der in præcitata. l. hæreditas Bartolus intelle-
xit, quod fratris homicidium alteri fratri non
præiudicet, ſed ſibi ipſi ſolummodo, quo ad
ſuam

ſuam portionem et in ea ſpecie ita reſpondit
Bal.conſi.223.pūctus infra ſcripti cōſi. verſi.
quo ad ſecundū vol.1.verba agens in marito
qui vxorem interfecerat.Bart.in.l.fi.ff:ſi quis
aliquem teſta.prohibue.1.cui hæreditas,aufe
renda eſt,& matris filię dari.Bal.in conſil.50.
verſi item inquiritur,vol.4.exiſtimat; fratrē
ſubſtitutum in caſu mortis non ſuccedere in
vim inſtitutionis fratrem interficiendo, cui
ei ſubſtitutus eſt,ne dolus eidem patrocine-
tur,ex præcitata.l.abhoſtibus.§. ſi vir aliiſq;
fratribus accreſcit.Felip.Corne.conſi.222.vi
detur,in hac conſultatione vol.4.Barb.in cō
ſilio.8.q.2.Alberi.de roſa.in.l.ſi ſequēs.ad ſil-
la.ff.& in.l.cū ratio.§. ſi plu. ff. de bo.dāna.
Quibus ſic perpenſis exiſtimo filiū hære-
dē minimè teneri vindicare cōtra patrē pro-
41 prium necem defuncti, ex Alberti.in.l.1. C.
de his qbus, vt indig.& inibi Iaſ.1. limitatio.
ex tex ad id præſtantiſsimo, in.l.ſi adulteriū
cum inceſtu.§.liberto.ff.de adul. Bal. in. l.a-
thlete.§.dat remiſsionē. verſi. extra nota.ff.
de excuſatio tuto. idēq; exiſtimat Iaſon in
filio teſtatorem occidente quiquidē patrem
ſuum inſtituerat, verſa vice teneri patrem
vlciſci. necē defūncti cōtra filiū.ex.d.§.liber
Ex quibus ſanè diffinitū extat, tametſi ho-
micida,& filius ei⁹,& nepos occiſsi poſsint
optimo quidē iure occiſo ſuccedere ratiōe
incapacitatis, eorū portio, fiſco applicabi-
tur,aliis nō exiſtentibus fratribus non culpa
*Per arreſtū* bilibus.Et ita per areſtū curiæ parlamēti Pa
*lata ſētētia.* riſienſis ſententia lata iudicatū eſt.Sicuti cō
memorat Auferri⁹.in.4.par. de areſtis.q.130.
Et in feudo idem quod frater interimens fra
trē,vel fratris filium feudo priuatur. ex.c.1.
§.ſimiliter quibus mo.feud.amitta.Et inibi
Bal. & Cardi.Alexā.Quibus nec admodū in
uitus accedit. Fran. Curt. Iuni.in tracta. feu
do.fol.35.col.1.verſi.11.cauſa priuationis.
42 His omnibus accedit,quod et ſollicitā fa
cit dubitationē antea quā inter fiſcū,& indi
gnū ſentētia feratur profiſco, minimè pōt
ex fratribus aliis ve proximiorib⁹ excepto
filio obiici,quod heres ſuccedēs, ſit indign⁹
glo.miris laudibus cōmendata.in. l. is conſe
quenter.§.1.in verb.nō pertinere. cuius me-
minit Bal. in.d.l.1.C. ſi qs aliquē teſtari pro-
hibue.aſſeuerans ꝙ contra eum qui incidit
in titulū prædictū,minime poteſt ſuper hæ-
reditate eſſe letigium ciuile,niſi & id ad fiſci
petitionem fieret.Cui ſententiæ ſe ſubſcrip

ſit.Corne.conſi.150.litera.o.vol.2.
His igitur ex receptiſsima omnium tra-
ditione præmiſsis ſupereſt ad huius capitis
perſpicuā apertiorēq; cognitionē prænota-
re in calce iſtius capitis,qua pœna Iure pō-
tificio afficiendus ſit huius criminis reus, &
ſi ſacris initiatus ſit ordinibus huius crimi-
nis reum pœna depoſitionis punitur ac de-
truſionis in carcerē perpetuū argumēto co- 43
rum quæ notat Abb.in. c.tuę de pœnis & in
c.atſi clerici in prīcipio et in.c.cūnō ab homi
ne de iudiciis.Ceterū parricida priuatur vti
q; ipſo iure beneficio ſiue fratricida.c.Inqui
ſitio.vbi Feli.col.1.de accuſa.Io·de Annania
conſi. 6. pręſupoſipta Rebufus huic accedit
ſentētiæ in praxi beneficiorū.3.parte de mo
dis amittendi beneficia.n. 42. in quo dubio
an poſt degradationem curiæ ſeculari ſit tra
dendus magna pars authorum multum ef-
fuderunt tractatum et in varias ciſsi ſunt
ſententias,tam legiſte quàm canoniſtæ pro-
feſſores: ſed tandem crebrior ſententia in-
ualuit clericum huius parricidii criminis re-
um ſeculari curiæ minime eſſe tradendum.
quidquid immurmuret contrarium aſſeue-
rans.Abb.in.c.1.de his qui filios occiderunt.
exiſtimās clericum parricidam eſſe poſt de
gradationem tradendum iudici ſeculari. cō
tra eum tamen frequentiori calculo recepta
eſt ſentētia ſicuti exiſtimat Aretinus in præ
citato.c.cum non ab homine col. 9. ad finen
qui vltro citroq; dilatādo cartas, quàm plu-
rimis remiſsionibus fundamenta Abbatis
refert:eiſdemq; mirum in modum reſpōdit. *Abb.in erro*
Et exiſtimat hanc contra Abbatem ſen- *rē labitur.*
tentiam veritati magis fauere Decius in. c.
atſi clerici.colu. 23.et inibi Andreas Siculus
Quo in loco Decius triplici in loco adnotat
tex.in dicto. c. cùm non ab homine contra
Abbatis ſententiam.Et hanc profitetur com
muni conſenſu gloſſarum et doctorum eſſe
receptam Arnaldum Albe. in. c. quoniam
de hereticis libro.6.col.124.verſiculo nihilo-
minus tamen.Quo fit clericum parricidā vel
quantuncumq; graue commiſerit delictum
minime debet degradari actualiter tradiquè
curię ſeculari niſi ſequuta incorrigibilitate.
Quo in loco pleraquè id genus alia congerit
Arnaldus Albertinus, tametſi perperam ab
hac ſententia communi diſcedat Abb.in prę
citato.c.atſi cleri.in principio de iudiciis col.
ante penul.& Ancharra in conſilio. 158. col.
a. Itidē



2.Itidem in repetitione regula eaquę.19. quæ
ſtio de regul.iuris.in.6.qui quidem doctores
in contraria ſunt ſententia deponendum eſſe
tradendumq; curiæ ſeculari adhuc non ſpe-
ctata incorrigibilitate. Idem Abb in. c. cum
non ab homine,& inibi Bal.de iud.idē.Abb.
in.c.1.ad finem de homicidio. Et in. c. noui-
mus de verb ſignifi· Quibus accedit Felinus
in.c.Inquiſitiōis.col.2.de accuſatio.Et omniū
diligentiſsimè Barbatius in conſilio.63.col.3.
vol. 1.Et hanc ſententiam æquitati conſonā
*Opinio æqui-* eſſe firmat Decius loco præcitato. quam in
*tati conſona.* praxi Florentię ſeruatam eſſe profitetur &
pleraquè id genus alia congerit Archiepiſco
p⁹ Floren. in.3.parte.titu.27.c.4.ad finē. Quo
rum ſententia hac noſtra tempeſtate in qua
clerici procliues ſunt ad malum non eſſet à
ratione deuium amplectere vt pacifico ſtatu
reipublicæ conſuleretur, multiquè ęfrenati
clerici à malis retraherentur. Si quidem ſacer
dotes bellorum miniſtri fiunt, vt non ſacer-
dotes rectè dici iudicariquè poſsint. accincti
ſunt gladiis amicti thoracibus, criſtati capiti
bus, tonſi crinibus, admodum Theſſæi. Se-
ditioſi ſunt, & ad malum proni. Quam ob
cauſam nō eſſet mirum in praxi ſeruare pro
ut alias Hiſpali, anno. M. D. XXXVI.
in menſe Iulii in praxi ſeruata fuit iſthæc
ſententia, ſicuti author eſt Ioannes Bernar-
dus diaz.c.90.in practica ſua crimina. vt po-
te timore pænæ aliquorum clericorum inſo
lentia temperaretur, tametſi in hac quæſtio-
ne alii alia adiecerunt, quæ nobis proſequi
non lubet cum â ſingulis prope ſcriptoribus
fuſè explicatur, nec citra tedium ſæpius re-
peti poſsint à frequentiori calculo recepta
ſententia minimè, nec latum quidem vnguē
*Abbatis ſen* diſcedere licet, Abbatis tamen ſententia ſi in
*tētia deffēſi,* aliquo caſu intelligenda eſſet, in cauſis pri-
mæ tonſuræ tantum, ſi ſanè enormia delicta
perpetraſſent,quorum numerus citra eccle-
ſiæ mentem adeo excreuit, & illorum auda-
cia in perpetrandis hiſce delictis tanta eſt, vt
ſanè multo grauiora ab his, quàm ab aliis p-
petrentur. Et iſthæc intellectus cōueſtiri poſ
ſet ex pluribus congeſtis à Ioanne Loſio in
tracta.de libertate eccleſiaſtica. 2. parte quæ
ſtione quinta, quæ inde petere ſtudioſi de-
bent.Item & illud,quod premiſſa diſputatio
ne indefinitum atq;indeciſſum dimiſsit Al-
berti in dicto.c.1.quæſtione.11.nu.87.&.q.15.
nu.12. ſiue clericus poſt degradationem tra-
dendus iudici ſæculari ob crimen leſę mage-

ſtatis,aduerſus principem laicum commiſſæ.
Nam iuxta regulam iuris, & communē ſen-
tentiam,niſi natura rei, & alia quæ negotio
& crimini acceſſerunt contrarium ſuadeat,
traditio non eſt aliquo pacto facienda quod
ſentiunt in hac ſpecie Matthæus afflictus in
conſtitutione Neapolitana.lib.1.rubrica. 43.
& Ioa Bernar.Diaz.in praxi.c.110.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Nomenclatura illorū qui ſibi mortē cōſciuere.*
2 *Quam ſit à ratione deuium mortē ſibi ipſi con*
*ſcicere multorum exemplis cōſtat & rur-*
*ſus.n,8,*
3 *Crimen de ſe falſum fateri mortale crimen*
*eſt & à ratione legis diuinæ alienum.*
4 *Damnatus vt famæ ac inedia moriatur, ſi ſibi*
*oblatos cibos nū ſumat, peccare mortaliter.*
5 *Nunquam licuiſſe ſecluſa diuina iuſsione etiā*
*religionis cauſa cuiquam ſeipſum iugulare*
*aut veneno occidere.*
6 *Iniuſtam damnationem timens, fugam à car*
*ribus corripere poſſe.*
7 *Damnatum ad mortem poſſe abſq; peccati la*
*be aſcendere furcam.*
8 *Omnia eſſe anteponenda quo vitæ conſulamus*
*& inibi expenditur, quàm ſit a ratione alie*
*num manus ſibi iniicere violentas.*
9 *Legibus Romanorum qui manibus violentas*
*ad necem vſq; ſibi intulerit eius bona confi-*
*ſcanda ſunt, & hac noſtra tem peſtate niſi*
*& liberos habuerit hæredes.*
10 *[illegible]roris morbo laborans manus violentas ſibi*
*ipſi imponens pœna non eſſe afficiendus.*
11 *Vt publicationis pœna locum habeat regia.l.ex*
*tante exegit quod crimen ſit capitale.*
12 *Condemnationes vaſſalorū in hoc crimine ad*
*regē nō tamē ad dominos vaſalorū pertinere.*
13 *Cadauer ſeipſum occidentis perinde pænaſſe*
*afficiēdum ac ſi quempiā aliū interemiſſet.*
14 *Occidentis ſeipſum caninæ ſepulturæ traden-*
*dum eſſe non tamen eccleſiaſticæ.*
15 *Mortuus repertus in puteo, cum nō præſuma-*
*tur ſeipſum in præcipitem dediſſe non eſſe*
*priuandum eccleſiaſtica ſepultura.*
16 *huius criminis authorem non poſſe teſtamen*
*tum condere.*
17 *Quid de his qui in carcere ſe trucidauere.*
*Diſcuti-*

18 *Diſcutitur, volens ſeipſum occidere. & curſu hominum ſe nõ interemit, an pœna criminis ordinaria afficiatur.*

19 *Quid etiam ſi ſeipſum vulnerauerit. itidẽ. n. 20*

21 *Qui volentem occiderit criminis pœna ordinaria afficitur.*

22 *Rempublicam, ciues in bello obijcere poſſe tametſi periculo mortis agatur.*

23 *Quid etiam de his qui manus violentas in ſeipſos intu'ere.*

24 *Nemo poteſt, etiam volens ſpontanea voluntate ſummittere ſe torturæ abſq; inditijs.*

25 *Quid quod ad excommunicationis labem percutiens clericum etiam volentem.*

26 *Inferens regis officiali iniuriam tametſi volenti ipſi regi iniuria facta cenſetur.*

## De his qui mortem ſibi cõſciuere deq; eorũ bonis quædam ex hiſtorijs adnotata ſcitu non indigna, aliter ellucidata quam vulgo fieri ſolet. Caput, XXIII.

de materia Suij. c. V. Jom Gutierrez in quest. canonicis lib. 2. c. 3.

TRactaturi de illis q morte ſi-
bi cõſciuerũt nõ erit iniocun
dũ quædã infra dicẽdorũ præ
mittere argumẽta, neceſſaria
quædãq; breuiter prælibare
ſi quidẽ olim error fuit multorũ execrãdus
ſed eorũ qui verũ Deũ ignorauerũt ꝙ ſpe
vitę melioris aut pro gloria adipiſcẽda vel
vitæ tedio præſentis vel ꝓ ꝺ ꝺcore doloreq;
fugiẽdo ſibi ipſis liceret manus inferre vio-
lẽtas vſq; adeo vt Plini. ſcriptũ relinquerit
li. 25. c. 3. itidẽ lib. 14. c. 19. Et lib. 2. c. 25. optim⁹
portus mori eſt. Et hoc eſſe optimũ ꝙ natu
ra dedit in tãtis vitę pœnis ęrũnisq;. Vnde
pleraq; huius rei extãt exẽpla. ſi quidẽ Ca-
to vticẽſis. Bru. Mar. Anto. Empedocles cri
ſipp⁹, zeno cleãtes. Lucrecia omniũ hõeſtiſ
ſima & pleriq; alij mox citandi maxima ꝓ-
diti ſapientia, ac fortitudine; impias ſibi
manus intulerũt quo ſe huius vitæ miſeriis
eximerẽt & veluti à tẽpeſtate in portũ ſe re
ciperẽt. Nã mortẽ erunarũ requiẽ non cru
ciatũ eſſe grauiter pronũciauit Cęſar apud
Saluſt. in Catelina, ſcribitq; Plinius præci.
lib. 25. c. 3. Et qdẽ Lycurg⁹ Lacædemoniorũ
legis lator fecit, vt tradit Plutarch⁹. Cato il
le vticẽſis qui ſe ignẽ coniecit, huiuſq; me-
minit glo. Acurſia. in. l. ſi quis filio exhere-
dato. §. eius qui. in verbo iactatiõis. ff. de in
iuſto. teſtã. Cleõbro. Ambrachio. qui lecto
libro Platonis de immortalitate animæ, ſe
in marẽ præcipitẽ dedit vti ſcribit Cicero,
lib. 1. tuſculã. queſtionũ. Lactantius Firmia-
nus. li. 3. c. 18. Et hui⁹ rei plura extãt teſtimo-
nia apud Aug. li. 1. de ciuitate Dei. c. 22. Et il
lud Ouidij inibim ad id aluſiſſe videtur. *Illud Ouidij inimibum.*

*Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo.*
*Vt qui Socraticum de nece legit opus.*

Et accurſius de Empedocle philoſopho
in. l. ſi quis filio. §. ꝙ ſi qs tedio de iniuſto ru
pto. aſſeuerat ſe ipſum in crateras ætnę præ
cipitem dediſſe vt pro Deo coleretur: quod
ex quorũdã ſentẽ. li. 8. Diogenes laertius ſcri
pſit. cuius rei florẽs ſeptimus meminit. lib.
qui ad martyres inſcribitur. & Horatius.

*Deus immortalis haberi.*
*Dum cupit empedocles, ardentẽ frigidus ætnam.*
*Inſiluit.*

Et marc⁹ Cicero de diuinatiõe. 1. & ita in
vita Alexãdri Plutarch⁹ meminere id acol-
lano indo factitatũ eſſe, qui cũ in rogum ar
dẽtẽ cõſcẽdiſſet, ô preclarũ diſceſsũ, inquit
è vita mortali corpore cõcremato in lucẽ a
nim⁹ exceſſerit, Idẽq; feciſſe indũ zamarũ
author eſt Diõ hiſtorię libro. 54. vt q Augu
ſto ſe oſtentaret ſiue iactãtia ſiue ſenectutis
incõmodis actus in ignẽ ſe cõiecit. Clarius
exẽplũ proximis Vlpiani tẽporib⁹ Peregri
pariani è põto philoſophi Cynici q celebri
die olĩpiorũ in pyrã hac cauſa fabrefactã,
totius gręcię cõuẽtu ſtãte, ſe cõdidit & ex
Ouidiano carmine cõſtat inibi.

*Quodq; ferum Proteum feciſſe cupidine mortis.*
*Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyre.*

Et præter hos mortem ſibi conciuerunt.
Zenos Stocius, qui ſeipſum ſtrangulauit. At
q; ex ipſius ſchola Cleãtes inedia, à vita de-
ceſsit. Vtriuſq; teſtes fideliſsimi ſint Lactãti⁹
Et Laertius locis pręcitatis. Et pleraq; id ge
nus alia congeſſit qui iſtis noſtris nõ eſt ſa-
ſaciatus. Strabo. 15. is. itidẽ Plutar in vita Ale
xãdri, & illud Plauti in bachidibus vixiſſe
minimo ſatius, eſt ꝗ viuere, & illud Iob. c. 13.
homo natus de muliere breui viuẽs tẽpore,
repletur multis miſerijs. Et Ionæ prophetæ.
c. 4. Domine tolle quæſo animam meã à me
quia melior mihi eſt mors quã vita. Et illud
Pauli, ad Philip. c. 1. deſiderãtis diſſolui, & idẽ
ad Ro



Ad Roman. c. 7. infœlix ego homo quis
me liberat de corpore mortis huius. Et il
lud Plini. lib. 7. cap. 1. natura nihil homini *Plinius.*
bus breuitate vitæ pręſtitit melius. & Tul
lius lib. 1. tuſculanarum queſtionum. Stra
bo. libr. 15. exiſtimat mortem eſſe natiuita *Tullius.*
tem ad veram illam & fœlicem vitam. Pla
to. in Gorgia. illud Euripides citat. quis
nouit vtrum viuere mori ſit, mori autem
viuere ſiquidẽ, quod mortis homines vo-
cant, id ipſum eſt immortalitati initium
& futuræ vitæ procreatio, pereũtibus ſci
licet ſua lege, ſuoque tempore corporib⁹
animis vero ad proprium locum propriã
que vitam aſcendẽtibus Ex eo quod cor-
pus carcerem animæ ſignificat, vti cõſtat
ex Vergilio lib. 6. Aeneidos.

*Hinc metuũt cupiuntq; gaudentque; nec auras*
*Reſpiciunt cauſæ tenebris & carcere cœco.*

Idẽ profeſſus Tullius in ſomno Scipio
nis Macrobius libro. 1. cap. 11. quibus ple-
raque id genus alia congeſſit Xenocrates
in libro. de morte. Plutarchus in oratione *Tullius.*
conſolatoria ad Apolonium Seneca de 2
conſolatione ad Martiã. Itidem plura ex
plicat Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 21.
ca. 14. & denique optimũ vitæ bonũ mors
mortem eſſe natiuitatem ad veram illam
& fœlicem vitam vti exiſtimat Strabo. li-
bro. 15. prædictis rationib⁹ præmoti ſunt
viri non mediocris notæ, imò in albo pri-
mariæ doctrinæ poſiti aſſeuerantes poſ-
ſe ſibi ipſis manus iniicere violentas ad oc
ciſionem. In quo dubio ingenia maiorum
noſtrum egregie defecerunt. Quorum ra
tiones ſeries aliquantulum coloris nihil
tamen ſaporis habent, quibus ſane nõ ob
ſtantib⁹ quam ſit à ratione deuium apud
nos qui verũ Dei cultum ac religionẽ pro-
fitemur nemo ſane mentis defitebitur, v-
ti conſtat ex Tito liuio. libr. 2. decadis. 5. lo
quens de morte Quinti. Fulu. flammi. hic
(inquit) feda morte periit, ſerui mane cu
biculum ingreſſi laqueo dependentem in
uenere. Et Plinius idem profeſſus libr. 14. *Plinius.*
c. 19. ſcriptum relinquit in veteri Romano
rum religione nefandum fuiſſe, libare diis
vino victis iuxta quam homines mors la
queo perpenderat. Itidem libro. 2. c. 25. ex-
tat huic rei pulchra Plato. ſnĩa lib. 9. de le
gib. qui ſe ipſum vita vi celerata probaue
rit nec iudicio ciuitatis nec triſti caſu co-
actus, nec extremo aliquo pudore com-
pulſus ſed informidoloſi animi inbecili-
tate iniuſte ſibi mortem conſciuerit gra-
uiter puniatur.

Ex quo & id mortis genus informe decre *Se ipſum trucidare mortis genus informe decreta appellant canonica.*
ta appellarũt canonica à paucis noſtræ tẽ
peſtatis hominibus in hoc animaduerſa.
in ca. ſceleratior. de pœniten. diſtinctio. 3.
rem exemplo ſubiiciens de Iuda qui ſe ſe
laqueo ſuſpenderat. Quibus adſtipulatur
Ioſephus apud Aegeſiphum libro. 3. infor
mis (ait) lethi laqueum homines inuene-
runt, cuius ante hos meminit Vergi.

*Et nedum informes lecti trabe nectit ab alta.*

Contra quos philoſophantium veriſ-
ſima illa eſt ſententia nemini vnquam li
cuiſſe mortem ſibi conciſcere: nec vtique
id eſſe viri ſapientis, aut fortis vti hac in
ſpecie extat elegans & mirum in modum
perſpicua repetitio fratris Franciſci à Vi
ctoria inter primarios ſacræ Theolog. ma
ximè cenſendus. Vtrum ſit fortis viri in-
terficere ſe ipſum. Et nouiſsimè Domini-
cu à Sotore, & fama vbique inſignis de
Iuſt. & iu. lib. 5. q. 1. ar. 5. vtrum alicui liceat
ſeipſum occidere. Et Cice. in. 4. ꝺ finib. bo
norum, ait omne aĩal ſimul atque eſt ortũ
applicatur à ſe diligendũ eſtque in ſe con
ſeruãdo occupatũ. Et deniq; oĩs natura
eſt diligens ſui & lib. 3. de finib. ait ſeipſos
omnes natura diligunt & lib. 5. eod. oĩs na
tura eſt conſeruatrix ſui. Alcia. lib. parer-
gem iuris. 4. c. 4. Auguſ. lib. 1. de ciuita. dei.
c. 18. Ioſephus lib. excidij. Hieroſolimita.
ni. 3. c. 21. dilucidè id demoſtrat ꝑ viuas pũ
ctualeſq; rationes per quam maximè exe
cratur. Et ante eum idẽ profeſſus Tullius
libro. 1. Tuſculanarum Quæſtionum. Itidẽ
in Scipio. ſomnio. Cui accedit Ioſep. li. bel
li Iudaici. 3. c. 21. ſcribit nõ eſſe fortiſsimi vi
ri ſe ipſum trucidare quinimò formidolo
ſi ac ignauiſsimi hoĩs ſicuti hac in ſpecie
exiſtimat Quintus Cur. lib. 5. mortẽ contẽ
nere magis quã odiſſe vitam fortiũ virorũ
eſt. Idemq; profeſſus Ariſt. lib. Ethi. 5. c. 11.
Itẽ aſſeuerat D. Plato. in Phedone. Et rur-
ſus lib. 9. de legibus. Aegeſippus. lib. 3. c. 17
ingrati eſſe hoĩs citius diſcedere quã velit
qui vitam donauerit. Nec vtiq; licet aĩam
ſoluere niſi ei qui ligauit. Lucianus in vi-
ta peregrinari philoſophi ipſum deridet
qui gloriæ cauſa in ignem ſe pręcitauerit
Is idem in tyrãnicida ſcriptum relinquit,
mortem ſibi conciſcere genus ſane mor-

tis præ cæteris miſerrimum:multoq; atro
cius quam quę ſi per alium inferatur,& iis
accedit Eliodorus.lib.2.hiſtoriæ Aethio-
picæ Vergilius.lib.6.Aeneidos. Hos ſiqui
dem in inferno torqueri, qui ſibi mortem
conſciuerunt tradit.Et Seneca crimen re-
linquit vitæ,qui mortem appetit. Et Au
guſtinus.lib.1.de ciuitate Dei.c.22. atque
catholici omnes exiſtimant &philoſophi
tradunt Chriſtianaque religio id exigit
impium eſſe ac deteſtabile facinus ſe ip-
ſum trucidare.Siquidē locus ſalubris pœ
nitentiæ minimè relinquitur, vt profite-
tur,Origenes in Iob.c.2.& docet Lactan-
tius Firmianus libro . diuinarum inſtitu-
tionum.3.Hieronymus idem profeſſus in
epiſtola.ad Paulam.Itidem Auguſtinus.
libro.1.de ciuitate Dei.c.17.&.20.& Chry-
ſoſtomus ſerioſe id explicat in epiſt.Pau.
ad Galat.Et præter hos Diu us Thom.2.2.
quæſt.69.artic.5. Et vti conſtat ex Augu-
ſtino de ciuitate. Dei & tranſūptiue in.c.
ſi non licet.23.q.5.ſi non licet priuata po-
teſtate hominemoccidere profecto etiam
qui ſe ipſum occidit homicida eſt.Pleriq;
alii ſacræ theologiæ Magiſtri in ea ſunt
ſententia,quorum in hanc rem argumen
ta vt veriſsima ita & fortiſsima ſunt & ꝑ
pleraq; id genusalia confirmari poſſet iſt
hæc ſententia.Licitum eſt cuicunque pe
riculo minore maius euitare, ſicuti mem
brum ſibi mutillum ac infeſtum reſecare,
vt vitam ſeruet.Contingere autem poſſet
vt quis ſe ipſum occidendo à maioribus
ſe malis eripiat, videlicet ignominia, aut
periculo,aut turpitudine alicuius flagitii
ergo tunc id erit licitum.Poſtremò his ac
cedat Sanſon vt legitur Iudicum.16 ſe ip-
ſum ruina templi contriuit & Razias vt
2.Machabeorū.14.refertur ſeipſum inter-
fecit eligens potius nobiliter mori,quam
iniquorum fieri ſubditum quod & de Ca
tone memoriæ proditum eſt. Et philoſo-
phus.3.Ethic.vltimum ſit temporaliū ma
lorum mors qui illa ſe orbaret, vt malis a
liis careret.

Et primo huic innititur ſententię non
eſt vitæ dominus,ſed ſolus Deus vitæ lar-
gitor,vti conſtat Deuteronomio capitu.
22.ait ego occidam ,& ego viuere faciam
& adſtipulatur.illud [Aegippi paulò an-
tea citati minime licere animam ſoluere
niſi ei qui ligauit.& alibi,inquit, Sapien.
capitu.16.tu es domine qui vitæ &mortis
habes poteſtatē. Quo fit Deum offende-
re qui quod illius eſt vſurpat.Et Plato. in
Phædone nefas eſſe dicit hominem ſibi-
met manus iniicere violentas. capit. ſi nō
licet.23.quæſtione.5.Et Plutarchus de cla
ris mulieribus.capitu.11.& Seneca epiſto
la.24.Aulus Gellius libro.15.capitu.10.A-
bulenſis.1.regum.31.quæſtione.9.idem li-
bro 2.capitu.14.quæſtione.14.& apud No
ſtrates Corneus conſilio.195.Lopius in ru
brica.capitu.per veſtras de donationib⁹
inter .§.70.nu.6.

His adſtipulatur,præceptum illud de
calogi,nō occidas,quod habetur Exo. 20.
& Deuteronomio.5. hoc eſt argumentū
Beati Auguſtini.1.de trinitate.ad proban
dum quod occidere ſe ipſum ſit illicitum
in quoconſtat neminem ſe ipſum occide-
re poſſe,nam ſi non alterum,nec vtiq; ſe-
ipſum occidere poteſt.Cęterum non licet
militi præſidiū, cui impoſitus eſt, iniuſ-
ſu Imperatoris ſui deſerere.l.3. §. qui ſta-
tioni.ff. de remi.

Tertio fortiſsimum huic rei argumen
tum præſtat qui ſeipſum trucidauit reipu
blice iniuriam facit cuius vnuſquiſq; mē-
brū eſt.Aufert enim ab ea quod ſuū eſt ꝑ-
ter leges & ipſius conſenſū, dedit ipſa na-
tura vt inquit Cicero,virtutum omnium
initia eademque rebus omnibus eam vim
inſeruit,vt appetant ſui conſeruationem
& reſiſtant corruptioni,vti experiētia do
cet & Ariſtoteles adſtipulatur libro .2 .de
generatione.& ethicorum .c.1.Poſtremo,
ait qui ſeipſum enecat iniuriam irrogat
reipublice.Et Dominicus à Soto hanc ra
tionem adnotat loco præcitata co.2.quia
quicquid homo eſt, eſt ipſius reipublicæ
ſicut pars ſui eſt totius:ergo q occidit au-
fert,à republica qnod ſuum eſt.

Quarto ſuffragatur homicida ſui per
qnam maximè contra charitatē operatur
nec minus nos ipſos diligere debemus, q̄
proximos.Siquidem præceptum inquit,
omnium diliges proximū ſicut te ipſum.
Quo fit charitatis ordinē à ſe ipſo in cho-
andum eſſe.l.præſens.C.de ſerui.& aqua
capitulo.ſi noluit.decimotertai. quæſtio-
ne quinta capitu. niſi ſpālis de authori-
tate & vſu Pali. Lopius loco præcitato
numero.6.

Quinto huic rei ſuffragatur militię de
ſertor.



ſertor,capite puniendus eſt.l.non omnes .§.
deſertor. ff.de remilitari.à fortiore vitæ de
ſertor.Siquidem deſerēs Dei opus diſſoluit
ergo maiori ſupplicio dignus eſt,& Cicero
in Scipionis ſomnio inquit, pijs omnibus,
retinendus eſt animus in cuſtodiam corpo-
ris nec iniuſſu eius à quo ille eſt nobis datus
ex hominum vita migrandum eſt.vnde re-
cte Pithagoras dixit, iniuſu Dei de præſi-
dio,& ſtatione vitæ diſcedere non licere, &
Ioſephus libro.tertio.de bello Iudaico. ca-
pit.14.aſſeuerat qui Dei depoſitum ex cor-
pore proprio obiecerit maximè peccat,
nec habet animam ſoluere niſi ei qui ligaue
rit,quique vt eum ſeruemus nobis conceſ-
ſit vt vim omnem atque iniuriā propulſa-
re poſsimus vt in.l.vt vim .ff.de Iuſtitia ,&
iure & alibi plura noſtra didimus ſupra ca
pitu.& qui ad neceſſariam vitæ defenſionē
aliquem occiderit.& hanc rationem Domi
nicus à Soto adnotat loco præcitato.

Sexto peccat qui falſum crimen alteri
imponit ita, & qui ſibi ipſi ex dicto.ca-
pitulo.ſi non licet notat Archidiaconus in
capitu.non eſt 23.quæſtione.5.Abb. in.cap.
ex parte de ſepultur. Abba. & Felinus .in
capitu.1.de teſtibus cogend.columna.ſecū
da.Ioann.Lopius in tracta. de regno Nauar
ræ.3.parte.§.2.columna. 4. Syluеſter verbo
detractio. quæſtione.3.Gaietanus in ſum-
ma eod.verbo.& .2.3.quæſtione.73. articul.
2.Ioan.Maior,inibi quæſtione.22.column.
5.quib⁹ ſuffragatur quod infamare ſeipſum
eſt mortale peccatū ſicuti & infamare pro-
ximum quemadmodum & occidere ſeip-
ſum & ita graue crimen ſicut occidere pro-
ximum d.c.ſi non licet.

Sunt & hi omni execratione digni, &
qui proprie peccant in ſpiritum Sanctum
quorum peccatum non remittitur, vnquā
neque in hoc ſeculo neque in futuro vti
ſuadet & angelica veritas Matthę.capitu.
12.& denique nulli vnquam ſeipſum occi-
dere licuit aut licebit niſi ipſe fons iuſtitiæ
Deus ſpecialiter hoc, aut præcipit aut cer
tiſsima inſpiratione ſuaſit.Quibus defendi
tur,Sanſon & laudantur ea in re martires
quidam ab Euſebio.libr.8.hiſtorię eccleſia
ſtice cap.12.itidem.c.14.& Hiero.ſentit in.c.
non eſt noſtrum.23.q. 5. multa ſiquidem li-
cent ex quibus mors vel ſequitur,vel acele
ratur,ſed tunc præter intentionem inferen
di ſibi mortem, vt pote licet damnato ad
mortem non fugere & tempore peſtis li-
cet viſitare infirmos licet vtique abſtinen-
tia vitam breuiorem reddere & in bello iu
ſto pugnare & in tempore periculoſo naui
gare aliaque multa id genus licent in qui-
bus & ſi mors interdum ſequatur minimè
tamen ex morientis intentione, vti conſtat
ex.cap.diſplicet.23.q.4.ca.ſi non licet con-
ſequenti ea cauſa.q.5,& omnium diligen-
tiſsime Abulenſis locis præcitatis.

Et hanc ſententiam probat occidere ſe
ipſum eſt contra naturalē hoīs inclinationē
ſed facere aliquid cōtra inclinationē natu-
ralē eſt peccatū ergo trucidare ſe eſt pec-
catum.Minor eſt manifeſta nō ſolum ho-
mo ſed vtique omnia animantia & res om
nes reſiſtunt ſuæ corruptioni & pro vi-
ribus adnititur rerum naturaſe conſeruare
vt diffinitur ex philoſopho.2.de generati.
& experientia ipſa apertius docet quā, vt
probatione indigeat,eſt ergo contra natu-
ralem inclinationem hominis vt ſe interi-
mat.

*Nemo iudex ſui ipſius.*

Cæterum & illud coadiuuat nemo eſt,
iudex ſui ipſius ,nec habet authoritatē in
ſe ipſum,vnde & illud ſequitur,quod non
licebit ſe ipſum interficere etiam ſi dignus
eſſet morte & perniciofus reipublice,

Non eſt immunis ab iniuria, qui aliū
interficit,etiam ipſo petente cum & ille nō
ſit dominus vitæ ſuæ,ita quidem qui ſe ip-
ſum interficit iniuriæ reus eſt,&apud Cice
ronem Pithagoras (ait) prohibentur mor
tales ſine iuſſu Imperatoris vel domini de
præſidio & ſtatione vitæ diſcedere.

*Illud Prober. 24.*

Et fortiſsimum huic rei argumentū prę
ſtat illud Prouer.24. erue eos, qui dicūtur
ad mortem & eos qui trahuntur ad interi-
tum liberare non ceſſas vnde ſiquis poſſet
innocentem eripere de manū inuaſoris &
non faceret,reus homicidii eſſet,& hoc ſic
arguitur, plus tenetur homo ſeruare vitā
quam vitam proximi ſi ergo tenetur ho-
mo defendere vitam proximi ab iniuſto.
inuaſore,ergo etiam propriam vitam. Ne
mo poteſt,ſe ipſum trucidare ſaltem de in
duſtria ergo,&c.antecedens probatur qa

*Antecedens*

voluntas nō poteſt velle niſi bonum ſicu-
ti diffinitum eſt ex Ariſtote.ſed non eſſe,
aut deſinere eſſe non eſt bonum, imò po-
tius malum,ergo nullus ſeipſum poteſt in
terficere.

Et illud coadiuuat, quod Auguſtinus

de ciuitate dei.17.diſerte diſſerit, quia im-
poſsibile eſt, quod aliquis nolit eſſe Bea-
*Aug. de ciuitate dei.*
tus, ſed qui vult eſſe, vult eſſe Beatus cum
non poſsit eſſe Beatus ſi non ſit ergo non
poteſt aliquis nole eſſe & per conſequens
ſe interficere.

Et ſtabiliri poſſet, qui ſine alio titulo
propter gloriam humanam vitam ponũt
in periculo magno grauiter quidẽ delin-
quũt ſicuti ſatis diffinitum, eſt ex Ariſto-
te.3. Ethicor. dum ait. vltimum malorum
mors ergo ſe trucidare eſſet iniquum ſu-
per eſt, & quod pro contraria parte à tam
grandi multitudine aducta fuere reſpon-
dere, & primo quod de bruto, Platone De
cio, & aliis pleriſque qui ſe occiderunt nõ
poterat eis latere inculpabiliter, eũ mor-
tis genus eſſe illicitum, & quod in lumine
naturali, cognoſci poſsit, illicitum eſſe ſe-
ipſum interficere patet: ſiquidem philoſo
phi virtutis ſtudioſsi, id docuerunt, ſicuti
conſtat ex Ariſto.3. Ethico. dicente, quòd
eſt non magnanimi mortem ſibi conciſce
re, ſed puſillanimi & non potẽtis ferre vi
tæ labores, & id ex Cicer. conſtitutiſsimũ
eſt, dum inquit, mortem cur mihi conſci-
cerem cum cauſam vllam habeam? cur op
tarem multas? quanquam hoo ipſum ſa-
pientis enim eſt neq; optare mortẽ Nec
aliquo iuris apice obſtat, illud quod de Sã
ſone, Raſia, Saule, & pleriſque aliis, qui
vltro mortem ſibi concuierunt cum non
ſimiliter, de omnibus dicendum videatur
Sanſonem enim neceſſarium eſt immunẽ
reddere quem etiam Paulus retulit inter
*Sanſon immunis eſt.*
iuſtos, vnde Auguſtin. loco paulò antea
citato exiſtimat Sanſonem immunem eſ-
ſeà mortis crimine ſiqdẽ Dei ſpũ mot⁹ fuit
nec hoc quidem eſt à ratione deuiare, cum
id expreſſe habeatur, in hiſtoria iudicũ.
Ex quo diffinitum extat dominum oraſ-
ſe vt redderet ei priſtinam fortitudinem
vt vindictam ſumeret de inimicis ſuis, a-
lia non inconcina poſsit dare reſponſio.
Siquidem non ſe interemit, ex intentio-
ne ſed voluit vtique hoſtes opprimere &
interficere, ob quod quidem mors ſecuta
eſt ipſius, ipſe ſiquidem credendum eſt,
hoſtes irruere & ſe in columen eſſe vt ligi
*De eadẽ re.*
tur etiam de Eleazaro. primo. Machabe.
6. qui ingreſſus ſub ventre Elephantis cui
regem Antiochum reſidere credebat Ele
phantem quidem gladio interemit ipſe ve
ro beſtiæ ruina opreſſus mortem inue-
nit præclaram, quia ſe libẽter (vt dicit ſcri
ptura) pro populo ſuo poſuit, quod faci-
nus, non adeo vituperatur ſicuti conſtitu
*Ambroſ.*
tiſsimum eſt ex Ambroſio. libro de offici.
capitu. de fortitudine cum & ipſe Eleaza
rum miris laudibus efferat, eodem modo
Sanſon immunis redditur, cum & ipſe ſi-
cuti Eleazarus ſe interimit. Cæterũ de Sau
le non eſt idem iudicium, cum & ipſe non
eſſet dimiſſurus, imò à Dei gratia repul-
ſus, atque ideo non eſt neceſſe quærere il-
lius excuſatiões, in qua ſpecie Sabellicus
ſcriptum relinquit. Saulem non ſe interfe
ciſſe, ſed vtique de morte ſibi conciſcenda
cogitaſſe, & primi regum vltimo legitur,
vitam ſuam finiſſe incumbendo ſuper gla
dium ſuum, Raſias vero hac in re probabi
lius poſſet, ab hoc crimine immunem red
*Sanct. Thom.*
di, tametſi Diuus Thom. 2. 2. quæſtione. 64
articul. 5. non illum excuſet in quo du-
bio gladiis ſecutis dimicatum eſt inter
Thom. & Brugen, & quia candido lectori,
obuia erunt per eos adducta hinc inde ne
charte diſpẽdiũ ferant miſſa facio. Ex qui
bus ſatis iam ſatis conſtat ſe ipſum truci
dare eſſe maxime impium, & multorum eſ
ſe errorem execrandum & maxime illorũ
qui Deum verum cognouerunt, parique
ratione reſpondere poteris illud quod le
gitur de Catone Vticenſi. Bruto marco,
Antonio Empedocle, Cryſipo, Zenone,
*De eadem re*
Cleante, Lucretia, & pleriſque aliis prædi
tis maxima ſapientia, ac fortitudine, qui
quidẽ impias ſibi manus intulerunt, quo
ſe huius vitæ miſeriis eximerent & velu-
ti à tempeſtate in portum ſe reciperent,

Hinc & illud ſepiſsimè dubium exori
tur liceat ne alicui metu tormentorum crĩ
men de ſe falſum fateri. Item an is qui te-
ſtibus conuincitur hæreſeos reus, poſsit
abſque mortali culpa. ipſam hæreſis culpã
fateri tametſi vere huius criminis autor nõ
fuerit, vt ad pœnitentiam ab eccleſia reci-
piatur, vt effugiat traditionem, quæ ſolet
fieri iudice ſeculari ob id quod negauerit
crimen: quod legitime probatum eſt: nec
pœnitere eius voluerit mortiſque pœnã ei
inferendam iuxta per Hoſtienſem tradita
in ſumma de hæreticis. §. qualiter depre-
hendatur. Directorium inquiſitorum ſecũ
da parte quæſtione. 34. & rurſus tertia.
parte in duodecimo modo procedendi.
Reper



Repertorium inquiſitorũ verbo negans.
Et omnium diligentiſsimè Felinus in ca-
*Directorũ inquiſitorum.*
pitulo. ad abolendam. columna. prima. de
hereticis. Quibus accedit Beltrandus con
ſilio. 112. volu. 2. Et dubio procul mortale
crimen committere eum qui falſum ſibi
crimen imponit, qui vel metu mortis vel
tormentor. idem profeſſus Ioann. Lupin⁹
ſuper rubrica. §. 70. numero. tertio. docto-
res in capitu. primo de teſtibus cogendis
Siquidem peccat qui falſum crimen alte-
ri impingit: ita & qui ſibi ipſi ex dicto. ca-
pitu. ſi non licet Archidiaco. in capitu. nõ
eſt, 23. quæſtione. quinta Abba. in capitu.
ex parte de ſepulchris, itidem Abba. & Fe
linus in capitu. primo. de teſtibus cogen.
columna. ſecunda. Ioann. Lopius in tracta
tu. de regno Nauarræ. 3. parte. §. 2. Quibus
accedit Sylueſter verbo detractio. quæſt.
3. Gaietanus in ſumma eodem verbo ple-
nioríque manu explicat Gaietanus. 2. 2.
quæſtione. 73. articulo. 2. Ioann. Maior in
4. Sententiarum diſtinctio. 15. quæſtione.
22. columna. ſecunda. Nec itidem obſtat,
quod à noſtræ tempeſtatis hominibus ad
duci ſolet parem rationem eſſe vitæ & fa-
*Reſpon. ad cõtraria.*
mæ. Atque ideo Adrianus in. 4. tractatu.
reſtitutione famæ quæſtione vltim. & ini
bi communi conſenſu doctores conſen-
tiunt, famam poſſe pecunia compenſari.
Atque ideo famam & honorem, vt res ex
teriores hominum arbitrio ſubiici. Quorũ
doctorum ſententia quominus in hac ſpe
cie militet nemo ſanę mentis defitebitur.
Siquidem nec par ratio eſt vitæ, & famæ:
nam propriæ vitæ nemo dominus eſt, vt
vitam præcio vendat vel membrorum a-
miſsionem pecunia commutet, vti ex iu-
riſconſulto conſtat in. l. liber homo. ff. ad
l. Aquiliam. cap. contingit in primo de ſen
tentia excommunicatio. Quo fit ſe ipſum
occidere non poſſe aut membris mutilare
vt probat in dicto. capitul. ſi non licet. &
apud Auguſtinum libro. primo. de ciuita
te Dei. capitul. 20. Thom. 2. 2. quæſtione. 64
articulo. quinto. & hinc illud eſt grauiter
peccare ſi immunis à crimine exceptioni
bus non vtitur, quæ eidem deſeruire vide
bantur ex gloſſ. in. l. pactum. §. inter hære
dem. ff. de pactis, & inibi neoteri. Anchar
ran. in clementina. vnica. de exceptioni-
bus doctores in capitul. contingit de ſen-
tentia excommunication. Faber. & Pla-
tea. in. §. iuris præcepta inſtitu de iure.
natur. Lopius loco præcitato. Ex quo is
qui ſeipſum occidit, contra iuſtitiam fa-
cit reſpectu reipublicæ, cuius eſt vita ho-
minis. Quam ob rem hiſce ac aliis rationi
bus eleganter probat Dominicus à Soto,
in relectione, de ratione tegendi & dete-
gendi ſecretum membro. primo. quæſtio
ne. tertia. non eſſe mortale crimen aliquẽ
metu tormentorum vel ob effugiendam
mortem propriam prodere famam. Vnde
huic opinioni libenter accedo aduerſus
Archidiaconum Panormitanum & ſequa
ces. Quorum reſponſio vera eſt in ea ſpe-
cie, quam ipſi proponunt vbi facta crimi
nis proditio operatur confitentis occiſio
nem, quod nec Dominicus à Soto negat.
Explicatque doctiſsime Martinus ab Az
pilcueta in capitulo. inter verba. 11. quę-
ſtione. tertia. concluſione ſexta. corolario
44. Quod ſi hæc infamatio fiat cum men-
dacio erit peccatum veniale, ſiquidem eſt
mandacium officioſum vti omnes faten-
tur.

Ex quo damnatum etiam iuſte vt fa-
me moriatur: peccare mortaliter, & ſeip- 4
ſum occidere, ſi oblatos ſibi cibos nolue
re ſumere, Siquidem, is vtitur actu ad mor
tem immediato. Hanc illationem ex Di-
uo Thom. deduxit Gaietanus. 2. 2. quæſtio
*Ex Th. Gait.*
ne. 69. articulo. quarto. verſiculo ad octa-
uam dubitationem. Tametſi contrarium
exiſtimet. Ioannes Maior. dicta quæſtio-
ne. 22. columna. tertia. dubio procul mor-
tale crimen erit nullis vti cibis inediaque
opprimi etiam ſi id pietatis gratia fiat i-
dem profeſſus Ioã. Lopius ſuper rubrica.
§. 70. numero. quinto. Abba. in capitulo.
primo. cum infirmitas de pœnitenti. &
remiſsion. capitulo non mediocriter. de
conſecratione diſtinctione, quinta. Qui-
bus & illud addiiciam nõ teneri quem vti
cibis delicatioribus aut ſelectis ſalubrio-
ribus, ad effectum prolongandi vitam li-
cet teneatur vti cibis ad vitæ conſeruatio
nem naturaliter productis ſicuti exiſti-
mat Maior in. quarto diſtinction. 38. quæ-
ſtione. duodecimaquarta. poſt Sanctum
Tho. inibi. Quibus accedit Adrianus co
libeto primo. articulo. tertio. ad nonum.
& Gerſon in tractatu de abſtinentia Car-
tuſienſium à carnibus & e noſtris Abba.
ſentit in capitulo. ſi vero de iure iuran.

 Illud

Illud etiam conſtat ſecluſa diuina iuſ-
ſione nunquam licuiſſe etiam cauſa reli-
5 gionis cuiquam ſeipſum iugulare ſeipſum
venæno occidere aut actum morti imme-
diatum exercere ſicuti Sanctus Thomas
2.2.quæſtione.64.articulo.quinto, & Au-
guſtinus libro.primo de ciuitate Dei. ca-
pitulo.duodecimo.& decimoprimo. cum
enim actus hi directe in malum tendant
ex propria eorum natura nec vllum poſ-
ſint habere finem vtilem bonum aut lici-
tum, ſequitur eos nullo caſu poſſe reddili-
citos ſicuti Diuus Thom.& alii frequentiſ
ſime probant paulò ante citatis, niſi diuina
iuſſione hoc nempe fieret ſicuti de Marty
ribus conſtat etiam ſi mors eis imminens
fuerit ſicuti pleniori manu explicat Diuus
Thom.2.2.quæſtione.124.articulo. primo.
& ſecundo.& Actuum Apoſtolorum ca-
pitu.16.

*Secluſa diuina viſione nō licuiſe ſeipſū truccidare.*

Id etiã cõſtat minime licere ſibi mortẽ con
ciſcere etiam ob effugiendum ſtuprum,
ob euitandum ve aliud quodcunque pec-
catum ſicuti apparet ab eodem Auguſtino
præcitato capitulo. duodecimo cui con-
uenit gloſſa quæ expræſsim hoc ipſum
vult in capitul.non eſt noſtrum duodeci-
materti a. quæſtione. quinta . pati etenim
omnia mala debet quis potius quam pec-
cato conſentire pro quo optimus text. in
capitulo.diſplicet.duodecima. quæſtione
quarta. tametſi Hieronymi verba in dicto.
capitulo .non eſt noſtrum . plurimum reſ-
fragetur itidem ſuper Ionam prophetam
capitu.1.

*Mortẽ conciſcere ob euitãdum ſtuprũ non liceat.*

Cæterum illud conſtitutiſsimum eſt in
carceribus captus iuſte pro crimine mor-
tis pœna digno & ad eam pœnam dam-
natus facta fugiendi opportunitate vti-
que in carcere manere nec fugere tenetur
ſicuti hac in ſpecie notat Gaietanus dicta
quæſtione . 69. articulo . quarto . in Diui
Thomæ interpretatione. & ratione con-
ſtat actus ſiquidem hic non eſt ordinatus
ex ſua natura ad mortem nec itidem im-
mediatus. Atque ideo tametſi periculoſus
ſit ex eoque mors expectetur poterit du-
bio procul fieri vt delicti reipublice fiat ſa-
tis factio eiuſque punitio ſit in aliorum e-
xemplum. Cui ſententiæ ante Gaietanum
ſe ſubſcripſerat Ioannes Maior in præcita-
ta quæſtione duodecima ſecunda. columna
quinta.

Ex quo itidem iuris apendix deduci-
tur inique ad mortem damnatum , omni-
no teneri ſi ſane poſsit fugere alioqui pec- 6
cabit profecto maxima vſus temeritate,
ſiquidem cum probabilibus coniecturis
iniuſtam damnationem timet fugam arri-
pere poterit aſſerit gloſſa in clementina.
paſtoralis verbo per violentiam frequen-
tiori doctorum calculo inibi approba a.
de re iudicata. Cuius meminit Baldus in ru
brica de vita & honeſtate clericorum co-
lumna ſecunda. Abba. in capitulo. ſicut in
tertio. numero. quarto.& in capitulo ſi ve-
ro numero. octauo. de iure iurando . Ioan-
nes Andreas in Speculo, Rubric. de iure iu-
rando. Abba. in capitulo. inter alia de im-
munitate eccleſiarum ad finem Hippoly-
tus ſingul.177, Curtius Senior in repetitio
ne legis admonendi columna.69 .ff. de iure
iurando. Ancharranus in regula. peccatum
tertia quæſtione de regulis iuris in ſexto.
Ioannes Maior. in quarto ſententiarum, di
ſtinctione decima quinta. quæſtione. vi-
geſima ſecunda column. ſecunda. id vnum
doctores communiter addentes reum ſi in
iuſtè vero ſimiliter damnandus eſt teneri
fugam arripere à carcere nec vtique redi-
re tametſi iureiurando ac ſacramento pol-
licitus ſit, non enim tenetur quis ſeruare iu
ramentũ vbi ex hoc ſine iuſta cauſa ſe op-
ponit probabile mortis periculo textus.
ad id celebris in capitulo. ſi non liceat vi-
geſima tertia, quæſtione quinta . gloſſa
quæ expreſsim hoc ipſum vult in præcita
to capitulo. ſi vero de iureiurando, quam
Ioannes Andreas Abb.& plerique alii ini-
bi ſequuntur quibus accedit Ripa , in tra-
ctatu de peſte.§. ſecundo columna. prima.
ad id textus . in .§. vlltimo . vigeſimaſe-
cunda quæſtione quarta.& in capitulo ne
gociatorem clericum.88. diſtinctio.& Hie
ronymus in epiſtola ad Nepotiatum, quæ
ſecunda eſt primo epiſtolarum tomo . Si-
quidem propriam vitam conſeruare te-
neamur alioqui ſit ſui ipſius homicida.
Quamobrẽ minime teneri redire ad carce-
res verum ſi redierit peccare, & grauiter
quidem ſicuti exiſtimat Maior dict. quæ-
ſtione. vigeſimaſecunda. columna. prima.
& Diuus Thom.2.2 .quæſtione .69. articu
lo. quarto. ad ſecundum argumentum, &
nos alio celebri loco id in hoc codice ad-
notabimus pleniori manu.

*De eadem re*

*Quid ſi iureiurando ꝓmiſſerit.*

Quibus



Quibus & illud adiiciam quæ ex eodẽ
fonte ſiue ſtipite videtur emanare iuſte,
7 vel inique damnatum ad mortem, poſſe
optimo quidem iure, & abſque peccati
labe aſcendere furcã tametſi ex hoc mors
ſequatur non tamen immediate & directe
atq; ideo minime exiſtimabitur ſe ipſum
occidere. Poterit hunc actum facere ſpon
te vt iudici pareat, & illatam mortem pa-
ti, & inferenti non reſiſtere textus inſi-
gnis in.l . prima . ff. de bonis eorum qui
ſibi mortem conciuerunt vbi Bartolus ex
preſsim id adnotat. Cui ſimilis eſt in capi
tulo. innocens, vigeſimaſecunda. quæſtio
ne quarta. Idemque exiſtimat Ioann. Ma
ior dicta quæſtione vigeſimaſecunda. co
lumna prima. iudicique tenetur parere ſi
quidem cogeretur nihilominus facere ſi-
cut & martyres potuerunt cola percutiẽ-
tibus ſummittere vtiq; in ſpecie Hierony
mus inquit in capitulo nõ eſt noſtrum.23.
quæſtione.5.

*Ex iudicis ꝑcepto.*

Ex eadem fere ratione ſubinfertur nõ
ſtatim mortalis criminis damnoſos eſſe
duces belli milites ve, qui quidem maxi-
mo committunt ſe prælii periculo qui vt
victoria potiantur huic periculo ſe com-
mittunt ex quo certior eſt mors quam e-
ius euaſio, nam & hi nequaquam exercẽt
actum ad propriam eorum occiſionem
ordinatum , ſed eo directum vt hoſtes vin
cantur . Quo fit Eleazarum virum alio-
quin fortiſsimum à peccato, vtique defen
dendus eſt: nam & is cum ſuper eminen-
tem cæteris Elephantem lorica veſtitum
regia aduerteret, id vnum meditatus curſu
concitato grandiorique impetu in con-
fertiſsimos hoſtes in medium legionis
ſe proripuit, & vltro citroque vtraq; ma-
nu abiecto Clipeo beſtiam interficiebat,
atque ſub ea intrauit, & ſubiecto gladio
capulo tenus beſtiam illam interemit, ita
que cadẽs beſtia Eleazarum opreſit & eũ-
dẽque interemit vt ſcribitur Machab. pri
mo. capitulo. ſexto. & apud Ioſephum li-
bro antiquitatum.12. capitul. decimoquar
to.& libro primo. de bello Iudaico. capi-
tulo. primo ſicque Eleazarum miris laudi
bus effert Ambroſi. libro primo. de offic.
capitulo.40. imò & ſiquis vt ab aliqua op
preſſione liberetur, fugiens ſe ipſum peri-
culo mortis imminenti commiſerit & tan

*Eleazaro.*

dem perierit non eſt peccati mortalis reꝰ
Quippe qui præter intentionem mortem
obierit potius cogitans de fuga ab ſtupro
alia ve oppreſione tyranni quam de pro
pria vi & natura minime ordinato contin
gerit & id probatur ex eleganti text. in ca
pitulo. ex parte in ſecundo. de ſepulturis.
atque ideo licet tempore peſtis viſitare a
micos tametſi ſit cum manifeſto periculo
mortis itidem licitum eſt nauigare in gruẽ
te tẽpeſtate licet mortis periculũ appareat
nec exiſtimandus eſt ſui ipſius homicida
vt pleniori manu explicat frater Franciſ
cus à Victoria in peculiari ſua repetitione
huius quæſtionis nondum tipis excuſa.

Sibi ipſi quem quam manus iniicere
8 violentas ad occiſionem, aut membri mu
tillationẽ non licet. Siquidẽ mors eſt oĩm
maxime terribile, vti ex Ariſtotele cõſtat
libro Ethicorum tertio. capitulo ſexto aſ-
ſeuerat Achilles apud Euripidem in Ephi
genia in Aulide, & eccleſiaſtes. capitulo.
quarto inquit, mors quam amara eſt me-
moria tua. Et Dominus noſter Ieſus Chri
ſtus (inquit) pater ſi fieri poteſt tranſeat
à me calix iſte. Omnia ſiquidem ſunt an-
teponenda , quo vitæ conſulamus cum
nullum præcium ſit cum vita comparan-
dum teſte Homero . Iliados libro nono &
nos pleniori manu tradidimus ſupra cap.
nono numero . quinto . Iura ſane Cæſa-
rea Pontificia ve ſeipſos interficientes vl
tore gladio punit. l. qui rei.§. ſic autem di-
ſtinguendum . ff . de bonis eorum qui ſibi
mortem conſci. vbi ſcriptum reliquit. Si ſa
ne cauſa manus ſibi intulerit puniendus
eſt. Qui cum ſibi non pepercit multo mi
nus alii parceret .text. ad id ſingularis in
l. ſiquis filio.§. eius qui. ff. de iniuſto teſta.
iura Pontificia hos omnino damnat in
capitulo. diſplicet in verſiculo noli ergo iã
dicere vigeſimatertia. quæſtione quarta.
pleniori manu in capitulo. ſi non licet &
capitulo tu dixiſti.& capitu. non eſt no-
ſtrum. capitu. placuit. vigeſimatertia. quę
ſtione quinta . Nec deſunt Theologi qui
hanc profiteantur ſententiã Diuus Chry
ſoſtomus in Epiſtolam Pauli ad Galatas.
Hieronymus in epiſtola ad Paulum ſuper
obitu Bleſillæ, eiuſdem Pauli filius Augu-
ſtinus libro primo. de ciuitate Dei capitu
lo decimoſeptimo, & Diuus Thomas.2.2.

*Mors oĩm terribile.*

*Chriſoſtomus*

quæſtione.64.articulo quinto. Origenes
ante hos in ſecundo tractatu Commenta
*August. Lactan.* riorum in Iob.capitulo.ſecundo. Lactan-
tius libro tertio qui eſt de falſa Sapientia.
capitu.decimooctauo.Inquo dubio illud
non eſt prætermittendum, quod ſeipſum
occidens legibus ſane Romanorum non
patitur,bonorum publicationem, nec ea
fiſco addicuntur niſi ſeipſum occiderit cō
ſciētia criminis ea publicatione digni:nē
pe accuſatus de crimine ex quo bona erāt
publicanda. Ex eo etenim quod ſe ipſum
occidit crimē illud fateri cenſetur,& ideo
locus eſt pœnæ legali.l.tertia.§. primo.ff.
de bonis eorum qui ante ſententiam ſibi
mortem conſciuerunt. Tradit Albericus.
in eiuſdem tituli.Rubrica. Corneus conſi
lio.195.volumine.ſecundo Decius conſilio
438.Paulus Pariſien.conſilio.155.volumi.
quarto.Guillermus Benedictus in capitu
lo.Reinuncius in verbo mortuo itaque te
ſtatore in primo numero.40.cum aliis ex
tra de teſtamen.doctores frequentiori cal
culo.l.ſecunda.qui teſtamenta facere poſ
ſunt regia lege.vigeſimaquarta titulo. pri
mi. parte ſeptima,Ioannes Igneus omniū
diligentiſsimè in.l.prima.§.ſi ſibi manus.
ff.ad Sillanianum text ad id præſtantiſsi-
mus in.l.omne delictum.§ ſi ſe vulnerauit
ff.de re militari .& Alciatus in parergon.
iuris lib.4.ca.4.& nouiſsime Iacobus Sep
timacenſis in inſtitutionibus Catholicis.
capitulo ſeptimo.numero.17.& Didacus
à Couarrubias inter primarios canonicæ
philoſophiæ maxime cenſendus libro pri
mo.variarum reſolutionū capitulo ſecun
do numero.octauo. Itidem in libro.ſecun
do.variarum capitu.1.numer.11.& Ludoui
cus Carrerius in practica crimina.§.homi-
cidium numero.123.pagina.229.& Doctor.
*Gomezi.* Gomezius. capitulo. tertio . delictorum
numero.decimotertio.& legibus ſane Ro
manorum ſi tedio vitæ quæ oritur ex triſ
ticia vti conſtat ſecundæ ad Corinthios.c.
ſecundo. ne maiori triſtitia aſſorbeatur,
qui eiuſmodi eſt explicat SanctusThom.
2.2.quæſtione.vigeſima .articulo quarto.
& Gregorius Lopez in præcitata.l.ſecun
do. in verbo qui itaque ſi tedio vitæ ali-
qua ve alia ira ductus ſeipſum pcipitaue
rit,vel doloris impacientia vt propter filii
obitum quiſpiam,manus violentas ſibi in
tulerit ad necem vſque illius bona con-
fiſcanda non ſunt,vti conſtat ex.l.tertia.
§.ſiquis autem.ff.de bonis eorū qui mor-
tem ſibi cōſciuerunt.l.in fraudem.§.quod
ſi his .ff.de iure fiſc.Et inibi ſi pudore æris
alieni hoc facinus perpetratum ſit vel glo
riæ iactationis cauſa,(vt pote quidem phi
loſophi fecerunt,vt paulò antea adnota-
uimus , & explicat text.in.l. ſiquis.§. eius
qui deportatur.ff.de iniuſto rupto.In du- *Nemo eſt immemor ſuæ ſalutis.*
bio tamen cum nemo preſumatur, im-
memor ſuæ ſalutis hoc nempe crimen pro
bari debet,vt aſſeuerat Azo in ſumma.C.
de bonis eorum qui mortem ſibi conciue
runt textus in. l. finali .§ .finali.ff. eodem
titulo. Decius loco præcitato nume. quar
to. in qua ſpecie clariores probationes e-
xiguntur vt explicat Abba . per text. ibi
in capitulo.quia veriſimile de præſump-
tioni.in.l.finali.ff.quod metus cauſa.& in
capitulo.ſuper hoc de renunciatione.
Quibus accedit Speculator in titulo . de
probatione . § .final . Alexander . & Bal-
dus.in.l.tranſactionem. C . de tranſactio-
nibus.Itidem Alexand.in conſilio.99.vo-
lumine tertio.ad finem & nouiſsimè Gre
gorius Lopez in præcitata. l.24. in verbo
de la pœna vt pote ſi reus criminis deprē
ſus nō erat,vel accuſatus minime eſſe præ
ſumendum ſe interfeciſſe ob conſcientiā
criminis,tametſi probetur,eius bona fiſco
publicantur,& hæredem non habeat inte
ſtabiles ſunt,vti conſtat ex.l.vltima.de bo
nis eorum.l.ſiquis filio.§.eius de iniuſto ru
pto.l.parricidii.ad.l.Pompeiam de parrici
diis idque legibus regis cauetur,in præci-
tata.l.vigeſimaquarta &.l.nona.titulo de
cimotertio.&.l.decimanona.titul. vltimo
libro octauo ordina . licet reus accuſatus
non fuerit ſiquidem illud inſpicitur,quod
ſe occidat poſt accuſationem litiſque con
teſtationem procedit quando dubium eſt
an manus violentas intulerit,propter cri
minis metum,vel alium dolorem vt exiſti
mat Alexand.in dicta.l ſecunda.columna
ſecunda in quo dubio Paul. Caſtrenſis.in
præcitata.l.ſecunda.exiſtimat per gloſſā.
inibi minime delitis conteſtatione curan
dum eſſe ſed vtique accuſatio ſit propoſi
ta vel inquiſitio,& criminis reus fuerit ci-
tatus,ipſo non comparente metu crimi-
nis feciſſe exiſtimatur,vt in.l. ſecunda , &
inibi



inibi explicant doctores. C. de cuſtodia
reorum,& in leg.prima.& ibi gloſ.C. vbi
*Qui metu criminis non coparent.* ſenatores,vel clariſsimi. Hodie verò ex-
tante præcitata regia leg.24.inibi. *Seyendo
ya el pleyto començado por demanda,o por reſpue-
ſta ſe mato.* Id exigitur occiſionem ſui fa-
ctam eſſe poſt litis conteſtationem, niſi
fuiſſet infraganti crimine reus huius cri-
minis. Tunc ſi quidem litis conteſtatio
minimè exigitur,vti conſtat ex dicta leg.
final.in principio inibi, qui rei poſtulati
vel qui in ſcelere deprehenſi. Idem exi-
ſtimat Alexand. de Imol. in præcita, leg.
ſecunda columna ſecunda, & Gregorius
Lopez loco præcitato in verbo reſpue-
ſta tametſi ab hac ſententia prorſus diſ-
cedat Paul. Caſtrē. in prӕcita.lege ſecun
*De eadem re* da columna ſecunda.Hodie verô iure no
uiori regio , ſi quis vel conſcientia crimi-
nis , aut tedio vitę aliaue ex cauſa , ſei-
pſum occiderit , eius bona vendicantur
niſi & is liberos habuerit hæredes regia
l.9.tit.13.li.8.ordin.quę forſan intelligēda
eſt iuxta diſtinctionē iuris cōmunis, & le
gis partitarū,vti quidā opinātur. Loqui-
tur,enim īdiſtinctè & generaliter ſtatuēs
q occidēs ſeipſum amittat propria bona,
& ea in liberos hęredes habuerit fiſco ad
iudicātur. Qua in repēſitādū eſt, ſi quidē
pœna cōfiſcationis bonorū de qua. C.&
ff.de bon.eor. qui mortē ſibi conſciuerūt
prorſus ſublata eſt per authē.bona dāna.
C.de bon.dāna.Et ex profeſſo idē exiſti-
mat gl.fina.ad finē in.l fin.prӕcitata,& in
ibi ad id multū adnotat Lucas de Pœna &
Ioannes de Platea.C.de iur.fiſ.li.10.& fre-
quētiori docto. calculo in præcitata. l.2.
& in.l.1.C.de bon.eor.qui mortē ſibi con-
ſciuerūt.Si quidē in ea ſpecie bona publi
cāturperinde ac ſi ſētētiā pateretur:bona
eſſent adnotāda, vt in.d.l.fin. §.1. Quo fit
in omnibus caſibus,inquibus minimè pu
blicātur,ſi paſſus eſſet ſentētiā per auth.
bona dāna.in illis quidē publicātur, ſi ſe-
ipſum occidit,tamet ſi ſtāte regia.l. præci
tata.24.quæ quidē cōdita fuit poſt auth.
bona dāna.minimè eſſe correpta. Et pba
tur in.l.5.tit.31.par.7.Et inibi ad literā diſ
poſitio illius auth.recitatur.Et in ſup hęc
adiecit verba. *Fueras ende al que fueſſe juzgado
por traydor o en otras coſas ſeñaladas, q ſon ſcriptas
enlas leyes deſte nueſtro libro, en que ſeñaladamen-
te los deuen tomar.* Quo fit opinionē Iacobi
de Rauena iure partitarū approbatā fuiſ
ſe,qui quidē tit.de bon.eor.qui mortē ſibi
cōciuerūt minimè eſſe correctū profiteba
tur,per tex.in auth.bona dāna.idq; ex diſ
poſitione legis regię cōſtat. 9.titul.13.li.8.
ord,&.l.fin.tit.fin.eodē li.in reg.ordi. Ex
quibus cōſtat ſeipſum occidēs bona per-
dere,& ſi deſcēdētes non habeat regię ca-
merę applicātur:quæ regię leges vel ex-
plicātur,frigide vel male cōfundūtur,eo-
q; nomine nō parū multi errores paſsim
docētur.Qua ppter regię leges pōdus for
taſſe nō habebūt tātę difficultatis. Si qui
dē intelligēdę ſunt de eo qui criminis me
tu mortē ſibi cōſciuit iuxta.l.par.diſpoſi-
tionē vti cōſtat ex prӕcitata.l.24.At ſi æ-
ris alieni pudore vel vitę tedio vel ex qua
alia cauſa ſimili violētas man⁹ ſibi intule
rit:lōge aliter argumēto tex.in.l. ſed & ſi
poſteriores.ff.de legib.Atq; ideo in hiis re
gnis ex regiarū cōſtitutionū diſpoſitione
nec dū vbi publicāda bona de pſe veniūt
abſq; naturalis mortis pœna quin etiā qñ
in cōſequētia pœne veniunt publicanda,
vt pote.dd.intelligūt dictū titu. de bonis
eorum bonorum vtiq; fiet confiſcatio , ſi
ille qui ſe interemit filios non relinquit
vti conſtat ex.l.ordina.

Quibus & illud ſubijciā, qui maximo
apice deſeruire videtur,ad regias conſti-
tutiones, tametſi quēquā manus inijcere
violentas ſibi ipſi ad occiſionē,aut mēbri
mutilationē nō liceat:tn ſi furore laboret
minimè eſſe afficiēdū his pœnis vti nos ſe
rioſè explicabim⁹ latius infra. Et eſt text.
celebris ad id in.l.fin.verſ.ſi quis aūt.ff.de
bon. eorū.& in leg.1.eiuſdem tit.& tex.in
leg.ſecunda.C.qui teſtamenta facere poſ
ſunt regia lex.24.præcitata inibi *Eſſo meſ-
mo deue ſer guardado ſi alguno ſe mataſſe por locu-
ra.* &.l.prima,titulo.27.part prima. & tex.
in lege ſi quis filio exheredato.§.eius qui
ff. de iniuſto rupto. Cui ſententiæ nec
admodum inuitus accedit Decius con-
ſilio. 438. In quo dubio ſi pro furoris
morbo laborante aliquid allegetur : tūc
ſiquidem iudex pronunciabit an morbo
furoris laboret nec ne,vt explicat Sal. in
dicta.l.prima.C.de bonis eorum.

Hinc & illud eſt, ſi nempe delictū erat
eius naturæ: quo perpetrato bona mini-

 mè

mè erant cõfiſcãda,ſe ipſum occidens minimè habetur,pro cõfeſſo . Nec vtiq; eius bona publicantur. Vbi ita ſcriptũ relinquit Cõſultus in.l.3.§.ſi quis autem. ff. de bo.eor qui ante ſentẽtiã mortem ſibi conciuerunt,text.in.§. præcitato, eius legis,ſi quis filio exhæredato.l.eius militis. ff. de milita.teſta.& in.l.omne delictũ.§. qui ſe vulnerauerit.paulò anteà citato.& in.d.l. 2.C.qui teſta.face.poſ.l.in fraudem.§.eius bona.de iure fiſci.ff.l.1.&.2.C.de bon.eor. qui mort.ſibi.& in.l.1.C.ſi reus, vel accuſ. mort.fue.In quo plura extant doctorum reſponſa & inibi id frequentius recipit. Quibus admodum leges regię conueniũt præcitate.24.tit.1.par.7. &.l.ſecunda,titulo.27.eadem par.

*De eadem re*

Ex quibus & illud ſubijciã ſeipſum trucidans & de huius criminis reo accuſatione ꝓpoſita,vel incrimine fragãti deprenſa pro confeſſo exiſtimatur,& regio fiſco eius bona publicantur , vt paulò antea, quaſi per tranſenam explicuimus intelligẽda eſſe exiſtimo ni hęredes velint prorſus contrarium probare , vti hac in re eſt tex.pręſtantiſsimus in.l.3.§.fin. ff.de bon. eorũ.Ex quo illud ſubijciam hac in re notatu dignũ tametſi facta cõfeſsio defuncti ad hęredes minimè tranſeat,nec eis vtiq; noceat vt exiſtimat tex.in.l.eius qui delatorẽ.ff.de iur.ſiſ.& inibiBar.& frequẽtius dd.id adnotant itidem Bar.in.l.2. §. quid ſi actu.C.de iuramento calũnię, & Bal. in l.2 C.de ędendo.penultima columna.numero.23.itidẽ in leg.generaliter.§.1. C. de reb.credic.Idẽ in.l.vnica.C.ne ex delicto defunctorũ.3.col.Paul.de Caſt.in.l.trãsfigere.C.de trãſac.3.col.cui⁹ meminit imol. in.l.qui à latronib⁹.§.1.de teſtamẽ.ff. quæ omnia intelligẽda eſſe exiſtimo, qñ iſtec cõfeſsio inducta fuit ex cõtumacia vel actu inter viuos:lõge quidẽ aliter ſi ex defuncti morte cauſetur,vt in hac ſpecie. Si quidẽ eo caſu ad hæredes trãſire cõſtat,ni probetur cõtrariũ,vti hac in re exiſtimat Bar.in.d.l.3.§.fin.Bal.Paul. Roma. Ale.& pleriq; alij neoterici in ea ſunt ſentẽtia in lege ſecunda.C.qui teſtamẽta facere poſſunt.Hodie verò iure regio quouis modo quiſpiã ſi ſeipſum trucidauerit,vt pote vitę tedio vel graui dolore ſuccẽſsu5 modo metu pœnę delicti comiſsi illius bona regio fiſco publicanda ſunt , ni filios habuerit,vel vtiq; alios decendentes regia lex nona,titulo.13.libro octauo ordinam.& lege decima nona.titulo finali eodem libro.

*De eadem re iure regio.*

II

Cæterum ad latiorem intellectum regiarum conſtitutionem,& illud adnotandum eſt publicanda eſſe bona occidentis ſeipſum:intelligo ſanè duo ex regia lege exigi in dicta lege vigeſima quarta, titul. primo,part.ſeptima.quod crimen ſit capitale ac rurſus perpetrato crimine ex eo bona confiſcentur,vt maximo aſpice dęſeruire videtur text.in. l.finali verſiculo vt autem diuus. ff.de bon.eorum. qui ſibi mortem conſciuerunt,& id conſtat ex præcitata lege regia inibi. *Si el yerro era tal que ſi le fueſſe prouado deue morir por ende , y perder ſus bienes.* Leges autem ciuiles ſuſpẽdioſos lugeri vetat lege liberorum.§.non ſolent.ff.de his qui notantur infamia.

Quibus & illud ſubijciam ad regiæ cõſtitutionis examen intelligendas eſſe de morte naturali , vel ciuili , vt conſtat ex tex.in præcitato.§.vt autem diuus. Qui quidem intellectus tametſi à plerisq; noſtrę tempeſtatis hominibus recipiatur, ex regia.l.ab eo diſcedo adnotando verba legis vigeſimę quartę , inibi *Se mato. Entonecs deuen tomar todo lo ſuyo para el rey.* De morte ciuili minimè intelligitur,ſed vtiq; de naturali. Quibus ſententia imolę conuenit in rubrica de teſtament. extra aſſeuerantis mortem ciuilem minimè naturali æquiparari niſi in caſibus à iure expreſsis.gloſ.celebris, in capit.ſuſceptum de reſcriptis libro ſexto. itidem in capit. placuit in ſecundo decima ſexta,quæſtione prima. & inibi Archi. text. adid præſtantiſsimus in.l.ex ea parte.§.inſulam.ff. de verb.oblig.& in lege Statius Florus. §. CornelioFelic.ff.de iure fiſci.ex eo quod deportationis pœna de qua in præcitato verſiculo.,vt autem diuus.hodie in vſu non eſt.idemq; exiſtimat Gregorius Lopez in illius legis interpretatione in verbo, Sus bienes , quo fit ſi ſeipſum trucidans mortem tantum ciuilem afficiendum eſſe conſtaret, eius bona minimè confiſcari , ſed vtiq; ad hæredes eius pertinere ſtante hodie leg. regia quarta , in Taurino conuentu lata.A qua quidẽ ſententia



tentia ipſe libenter diſcedo,ſiquidem deciſio authen.bona damnatorũm minimè locũ ſibi vendicare in eo, qui ad mortẽ ciuilem damnatur,ac pro inde ipſe viuus remanet.Nec itidem obſtat regia.l.4.ſiquidem intelligenda eſt teſtamenti reſpectu, vt pote de bonis eius diſponere poſsit ꝓ libito voluntatis,minimè tamen bonorũ confiſcationẽ affert à legẽ inductã in eo, qui ſe interficit,vt cõſtat ex Paulo de Caſtro in.d.l.2.in fine.C.qui teſtamẽta facere poſſunt.Secũdo eidem obiectioni præcitate legis.4.extat reſponſio,quod limitetur,in eoqui ſe interficit priusq̃;ad mortem ciuilem,vel naturalem damnaretur, tametſi ipſe non ſe occidiſſet, nihilomin⁹ per ſententiã illius bona erãt publicãda.

*Intellectus nonvulgaris.*

Illud etiã adnotatione meretur,ad pręcitatam regiam cõſtitutionem.24. minimè ſententiam neceſſariam eſſe ad bona adnotanda, ſed vtiq; fiſcus vendicat ipſo iure ex eo,quod ꝓ confeſſo & dãnato habetur,vt in.d.l.fin.in principio. ff. de bonis eorũ,qui mortẽ.& in.§.1.inibi fiſco vẽdicanda ſunt. Pro quo adnotanda ſunt verba regię conſtitutionis.24.inibi. *Eſtonces deuen tomar todo lo ſuyo para el rey.* Quibus accedit tex.in.l.2.C. qui teſtamenta facere poſſunt,vbi teſtamentũ annullatur occidentis ſeipſum,minimè tamen fierit ſi ꝓ condemnato minimè haberetur.In quo dubio tametſi idẽ ſentiat Gregorius Lopez in præcitato loco in verbo. *Tomar todo lo ſuyo.* Aliis tamen cogitando relinquo.Et nos pleniori manũ adnotauimus in crimine hereſeos.Hinc & illud cõgrue examinari poterit,an vxor rea criminis facta ob delictũ,quod pœnã cõfiſcationis bonorũ irrogat cõfiſcationi locum faciat abſq; viri cõſenſu delictũ cõmittẽs. Quæ quidẽ quęſtio maximo apice de ſeruire videtur hac noſtra tẽpeſtate quo ad examẽ regis cõſtitu.55.Tauri.qua cautũ eſt,nec contractũ,nec diſtractũ,nec obligationẽ aliquã vxorẽ abſq; viri cõſenſu cõtrahere poſſe. Si quidẽ quia alienare nõ poteſt,nec itidẽ cõfiſcari,vti argumento optimo deſeruit tex.in.l.miles ita in principio.ff.de teſta. ex illo tex.ſumẽs rationẽ,& argumẽtũ de rebus ad perſonas,bona quæ alienabilia ſunt,nec ea fiſco abdicari poſſunt.Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. col.2. Alex. cc l.9.ff.dè damn.infec. itidẽ Alex. cõſi.23. opportune col.2.li.1.Carol.Ruinus conſi, 24.quia copioſe.columna.4.n.10.vol.1.

*Ad intellectum.55. legis Tauri.*

*Qui alienare non poſsit an propter delictũ bona eius cõfiſcentur.*

Secũdò conueſtiri poſſet ex eo,cùm ꝓhibita ſit fauore alterius alienatio , tunc quiſpiã delinquẽdo nõ alienat,in illi⁹ pręiudiciũ,ſicuti cõſtat expręciato.§.ſi de vectigalibus,& inibi Bar.ad fi.& in.l.ſtatius florus.§.vlti.ff.de iure fiſci,& in.l. quæcũq;.ff.de bon.damna.& in pręcita.l.ſi quis in tãtam.vbi profitetur, in facti cõtingentia,ſic cõſuluiſſe.Quibus in locis nos pleniori manu ad Bar.ad notauim⁹ Bal.cõſi. 215.ad fi.li.2.Areti.conſi.14.columna.14.

*De eadem re.*

Tertio,hãc coadiuuat ſentẽtiã,nemo priuatur,ſuo iure ſine ſuo factu,aut culpa.c. quæ in eccleſiarũ de conſti.l.id quod noſtrũ.ff.de regu.iu.& quia pœna ſuos autores tenet.l.ſancimus.C.de pen.& nos alibi tradidimus latiori cõmẽtario. Quo fit negare nõ poſſe quin mulierẽ cõtrahere neq; obligare poſſe abſq; viri conſenſu. Ipſe tamẽ explosa iſthęc ſentẽtia,cõtrarię me ſubſcribo,& veritati magis fauere exiſtimo,& in hac ſpecie cõfiſcationi locũ eſſe ſicuti coſtat ꝓhibitiones legis vetãtis,minorẽ & prodigum ſe obligationi abſtringi,minimè ad obligationẽ ex delicto vel quaſi,trahi ex glo.in.d.l.ſi quis in tãtã in.3.q.& inibi Bart.col.3.in. d. l.is cui bonis.Quo in loco Paul.Alex.& Iaſ.locis pręcitatis idẽ exiſtimãt Stepha. Beltran. cõſ.248.n.8.li.1.Et nos tradidim⁹.C.de delitis puerorũ.li.2. ver.extatq; hodie regia. l.Cæterũ ex delicto,obligatio nata eſt, vt per totũ inſti.de oblig.quę ex deli.naſcũ. regia lex præcitata in obligationibus ex cõtractu,vel quaſi contractu intelligitur, minimè tamen,ex his quæ ex delicto, vel quaſi:ne impunita remaneãt delicta alex. in hac ſpecie,ad Bart.in.l.more.colũ. 5. de aq.hęredi.Itidẽ ad Bart.in.d.l.apud Iulianũ.§.vl.Iaſ.in.§.omniũ.colũ.8.de.actio. Et omniũ diligẽtiſsimè Matheſala.nota.148. nota quod eſt differentia. Quo in loco admonet perpetuo mẽti eſſe tenendum.

*Nemo priuatur ſuo iure abſq; ſuo facto.*

Idq; poſtremò coadiuuat,ſi ſanè alienãdi poteſtas alicui facta ſit,eò tedit, vt porè alienatio fiat cõtrahẽdo. Cui⁹ ſentẽtiæ autor fuit Bal.in.c.1.§.feudum.1.oppo.tit. ſi de feudo fuerit cõtro.inter domi.& agnatũ per tex.inibi adid pręſtãtiſsimũ , in quo feudũ ita datũ fuerat, vt pote ipſe, & hęredes,& qb⁹ dederit habeãt:exquo libe

rè

rè poterat illũ in quemcũq; alienare: nihilominus ijſdem culpis amittit, quibus, & aliud quodcũq; feudum, ſicuti aſſeuerat Bald. & Matth. de Afflict. ibi col. vlti. verſicu. 9. & vlti. Quo fit hanc eſſe cõmuni cõſenſu ſtabilitam ſentẽtiã exiſtimo. Quod deſeruire magis videtur, ad regiam conſtitutionem. 55. Tauri. Et nos alibi in eius intellectu pleniori commentario adnotabimus.

*Frequẽtia recedta ſententia.*

Qua in re penſitãdum eſt, nec illud prętermittẽdum ad leges regias, illarum pœnã minimè procedere, tametſi volẽs ſeipſum occidere occurſu hominum ſe nõ occidit. Siquidem ſi actualiter manus violẽtas in ſeipſum ad necem vſque intulerit, tunc pœnam locum ſibi vendicat: Longè quidem alias idq; conſtat ex. l. regia. 24. ibi *ſe mato*. Cui ſententię ſe ſubſcripſit, inibi Grego. Lopez, & nos adnotabimus in peculiari. c. volẽs ſeipſum occidere, & hominum occurſu ſe non occidit.

Quibus & illud libenter ſubijciã dãnatione mereri abuſum quorundã dñorum huius regni, qui quidem ſi in ſuo territorio ſuave iuriſdictione vaſſallus ſeipſum trucidauerit ſibi ipſis bona omnia confiſcantur, ex. l. 18. titu. Delas penas. lib. 8. ordi. quæ ditat, *Todo ome, o muger que ſe matare pierde todos ſus bienes para nueſtra camara.* Si quidem homicidij aliorumq; delictorum cõdemnationes, quibus quidem vaſſalli condemnantur, terrarum dominis eſſe applicanda vti cõſtat ex. l. 5. titu. 4. libr. 1. in regijs ordinationibus inibi. *Segun que los nos auemos en los lugares de nueſtra corona real.* l. fi. tit. 5. libr. 4. fori. Idque iure cõmuni terrarum domini teſte Angelo exigere poſſunt in authent. vt nulli iudicum. §. fina. collat. 9. ſibiq; applicare. A qua quidẽ ſentẽtia hac in ſpecie diſcedo. Siquidẽ regia. l. 18. intelligenda eſt in fiſco regio ni ſeipſũ trucidãs hæredes deſcẽdẽtes habeat. vt conſtat ex præci. l. 9. tit. 13. lib. 8. ordi. ſecũdo intelligo qñ tædio vitæ & nõ criminis metu in ſeipſum violatas manus iniungat bona oĩa fiſco regio applicãtur, vti cõſtat ex. l. 24. tit. 1. par. 7. atq; ideo præcit. l. 18. ſecũdũ aliarũ legũ diſtinctionẽ intelligenda eſt. Cui ſententiæ accedit Mõtal. in. l. 1. tit. 27. p. 7. ſicq; nouiſsimè Auẽda. intellexit in regiarũ cõſtitutionũ dictionario fo. 13. quẽ admiſcuit tractatui, de exequẽdis mãdatis regijs. Explicat Dec. conſ. 438. vol. 3. & dd. in. l. fi. C. de iu. fiſc. lib. 10.

*Intellectus regiæ conſtitutionis.*

Quibus & illud adijciam an feudũ vaſſallus amittat q ſeipſũ occidit explicat Bal. in. c. 1. an illi qui interficit fratrẽ dñi, col. 2. verſ. extra quæro, vbi vaſſallus minimè feudũ perdere, tãetſi ſeipm interficiat, itidẽ Bal. in. c. 1. qui mo. feud. amit. Iacobi. in trac. feud. in par. dicti vaſſalli. col. 4. verſi. vlterius põne. & Io. Lop. ſup rubr. §. 89. num. 2.

Hinc & illud eſt hæreticorũ cõdẽnationes vaſſallorũ minimè ad loci dominũ pertinere, ſed vtiq; ad regẽ, vt mirũ in modũ explicat Guid. Pa. in deciſ. 76. & eſt text. ad id præſtantiſsimus in. c. cũ ſecundũ leges. in. §. fi. de hæret. lib. 6. Et huic ſentẽtiæ ſe ſubſcripſit nouiſsimè Auenda. de exequẽdis mãdatis regijs. c. 2. de ſalua guardia conceſſa vaſſallis cõtra dños. nu. 9. fol. 69. itidẽ in. c. 18. de exact. pœna. n. 2. f. 90. col. 3.

Ex quibus & illud ſubijcitur, cõdẽnationes minimè ad dños vaſſallorũ pertinere factas à iudicibꝰ de legatis, quos vulgo appellat Peſquiſidores. Siquidẽ has pœnas regio fiſco applicatur: nec dños terrarũ potuiſſe præſcribere pœnarũ exactionẽ, vti ſerioſè explicat Chaſſa. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 5. verſ. & quoniã. num. 395. & praxis id in his regnis, obſeruat, & vſu receptũ eſt, tãetſi ægrè ferãt dñi inferiores. Nec itidẽ obſtat. d. l. 5. ſi quidẽ intelligẽda eſt in calũnijs, & iniuria homicidiorũ, vti cõſtat ex. d. l. 5. tit. 1. lib. 1. ord. & in alijs pœnis à. l. fi. tit. 5. lib. 4. for. expreſsis.

*Condẽnationes ad dños vaſſallo, pertinere.* 12

Cæterũ tãetſi aliquibꝰ in caſibus dñis terrarũ bona vaſſallorũ eſſent publicãda, locũ ſibi vẽdicat ni à iudicibus dñorũ ad auditores regios non appelletur. Siquidẽ pœnarũ exactio fiſco regio applicatur. Explicat Ioan. Fab. in. d. auth. bona dãnatorũ. C. de bo. damna. & Auend. in præci. c. 18. nu. 2. qui pleraq; id genꝰ alia in his regnis maximè neceſſaria cõgerit. Corporalis pœnę executio ad locũ delicti remittitur, vt in auth. ſi qs litigãtiũ. C. de epiſcopa. audi. interim huius criminis reus carceribꝰ, ac vinculis detinetur, à iudice, a quo vti conſtat ex. l. eo. §. 1. C. de appellat.

*Pœnarũ exactio fiſco regio applicatur.*

Poſtremò vt colophonẽ addã intelligo cũ regiæ cõſtitutiones ſimpliciter loquũtur, nec vtiq; exprimẽdo delicta, obq̃ cõfiſcãda ſunt bona: etenim ſi quiſpiã ex alijs cauſis, q̃ criminis metu ſe trucidauerit, iꝰ

bona



bona minimè cõfiſcatione merentur, vti cõſtat ex. l. 2. tit. 21. par. 7. inibi, *no deuen auer pena ninguna*. Ac ꝓinde regias ordinamẽti cõſtitutiones per precitã. l. 2. par. eſſe intelligẽdas per. l. nõ eſt nouũ, & l. ſed & ſi poſteriores. ff. de legi. ſiquidẽ legũ correptio vitãda eſt, vti exiſtimat Abb. & Hoſt. in. c. ſup queſtionũ in prin. col. 2. de offi. deleg. c. cũ expediat. de elect. libr. 6. nec admodũ inuitus nouiſsimè huic ſententiæ accedit Grego. Lopez. in interpretatione præcit. l. 2. verb. habet pœna. hoc vnũ addẽs ex vetuſtiſsimis exẽplaribus prorſus regiã conſtitutionẽ ordinamẽti inſpiciendã eſſe, an eadem lex partitarum leges antiquas corrigat aliquidve eis addat.

Illud profectò prętermittẽdũ nõ eſt qđ in hoc tractatu ꝑplexa valde exiſtimatur. q. in qua ſanè omnes ingenij neruos. dd. intẽdũt. Siquidẽ ſi quiſpiã ſeipſum occidat eius cadauer perinde ea ſanè pœna plectẽdũ eſt, ac ſi quẽpiã extraneũ occidiſſet, vt potè capite puniatur furcave ſuſpẽdatur. Pro qua extat elegãs Imperatoris reſponſio in. l. 2. C. qui teſtam. face. poſ. aſſeuerantẽ eandẽ pœnã eſſe plectẽdũ. Quo in negocio idẽ ꝓfitetur, Rom & Iaſ. in præci. l. 2. & nouiſsimè Ludo. Carr. in practi. crim. §. homicidiũ. pag. 24. nu. 223. tametſi prorſus ab hac ſentẽtia diſcedat Cinus, & Bald. inibi exiſtimãtes iudicis arbitrio puniẽdũ eſſe. Itidẽ, Bal. in. l. 1. C. ne ex delict. defun. quibus accedit Imol. in. l. defuncto. ff. de publi. iudi. & explicat Feli. in. c ſignicaſti. de ſentẽt. excõ. & Iaſ. idẽ profeſſus. in. l. 1. circa princi. C. de ſeru. fugi. & pleniori manu per Ludo. Car. vbi ſupra, & nouiſsimè Anto. Gom. de delictis. c. 1. nu. 78. Alias iudex in ſindicatu teneretur. argum. tex. in. l. 1. §. quotiẽs. ff. de iniur. regia. l. pe. tit. 13. par. 1. Petr. & Cin. in. d. l. 2. C. qui teſta. face. poſ. Ange. Rom. Corn. Alex. & Iaſ. inibi Bald. in. l. vna. C. ne ex delict. defun. 2. col. nu. 2. Ange. in. l. fi. C. ſi reus, vel accuſa. mor. fue. quibus adſtipulatur rõ ſiquidẽ pœnę afflicti corporis aĩati ſunt pœnę ſenſus quæquidẽ minimè in hominẽ mortuũ cadunt explicat Ange. in. l. qui à latronibꝰ. §. ſi qs ff. de teſta. Ange. de Aret. in. §. interdũ. Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. deſer. col. 1. n. 2. Ange. de Maleſi. in verb. præſente, & appellãte. col. antepe. verſ. qd ſi reus. Iſthęc ſñia ex eo ſtabiliri poſſet, quia pœnę deriuationis ſtatus minimè in mortuũ cadere poſſunt text. eſt ad id celebris in. l. qui libertinos. §. poſthumus. ff. de oper. liber. & inibi paſsim doct.

Illud tñ pretermittendũ non eſt in hoc negocio, q de iure canonico ſe ipſum occidens in eccleſia ſepeliendus nõ eſt, & ante ius canonicum in huius criminis reos eadem pœna ſancita erat vt ex pulchra Platonis ſententia conſtat libro nono de legibus, qui ſibi mortem conciuerit, ei ſepultura fiat ſolitaria, vbi alius nemo condatur: deinde in his locis ſepeliatur quę de duodecim partibus vltima, deſerta, vt nec ſtatua, nec inſcriptione ſepulchrũ notetur. Et Tullius in Catone maiore, & Aeſchines in Cteſiphontẽ. Si quis ait ſeipſum necauerit manuſq; hoc præterit aſcindetur, & ſeparatim à corpore ſepellitur: ac deinde põtificia iura, idẽ cõcinũt q ſeipſũ occidẽs in eccleſia ſepeliẽdus non eſt tex. eſt ad id præſtantiſsimus in. c. placuit. 23. queſtione. 5. quẽ tex. ſingularem eſſe cenſet Romanus ſingulari. 264. Idemq; adſtipulatur Ioãnes de Arno in problema. 4. & Lud. Car. in prac. cri. §. homiciũ. n. 54. pag. 201. idẽq; ꝓfeſſus Syl. in verb. ſepultura. q. 9. & Marti. Azpil. in tract. de pœn. diſt. 7. n. 4. pag. 323. & Bar. in differentijs iuris ciuilis & cano. n. 74. Nec locus ſalubris pœnitentię relinquitur ſicuti docet Origenes cõmẽtariorũ in Iob. c. 2. Lactãtius lib. 3. diuinarũ inſtitutionũ. c. 18. Auguſ. lib. 1. de ciuitate dei. c. 17. Thom. 22. q. 69. art. 5. & chriſoſto. in epiſt. Pauli ad Gala. Hier. in epiſ. ad Paulã, & dd. in. l. miles. §. rẽa adulterij. ff. de adul. & inibi Bart. & Din. explicant quæſtionem illam paſſim agitatam ſi ſane quiſpiam relinquat centum eccleſiæ, ſi inibi eum ſepiclerint ac deinde violẽtas manus ad necẽ vſq; in ſeipſum impoſuerit tametſi eccleſiaſtica careat ſepultura nihilominus eccleſiæ legatum deberi. Poſtremo hi nempe caninæ ſepulturę tradẽdi ſunt, vt notant doctores ex tex. ibi ſumentes rationem in leg. 1. §. ad beſtias. ff. de his qui notantur infamia, & Ioannes Lopius ſuper rubrica de donatio. §. 89. numero ſecundo folio magno. 58. & Iacobinus in tractatu feudorum in parte dicti vaſſali promiſerunt non cõmittere feloniam contra dominum, columna quarta verſiculo vlterius, doctores, cano

nicæ

14

*Se occidẽs eccleſiaſtica ſepultura caret.*

nici philoſophiæ in.c. ex parte. de ſepult. quanuis priuatim licèt pro eo orare, licèt enim illi qui credit in vltimo vitæ ſpiritu habuiſſe dolorẽ,& contritionẽ criminis ſicuti Paluda.explicat in.4.ſentent.diſt.20. q.1.& omnium diligentiſsimè Marti. Azpilcueta.in.c.1.de pœn.diſt.7.vel ſi forſan cõiecturis aliquid præſumi queat eum furore ſeipſum occidiſſe: nam & tunc eccleſiaſticæ ſepulturæ, traditur, ſecundum Ioan.Gall.quæſtione parlamenti.137. qui per pleraſq; rationes hanc firmant ſentẽtiam,& alij non mediocris notæ in albo primario doctrinæ poſsit,& serioſè plura congerit Guiliel.Benedi. in.c. rainuntius. verb.mortuo itaque teſtatore.1. nu.5. extra de teſtam.& Ioan.Lop.ſuper rub.§.70 nu.6.&.7.pleniori manu explicat ſeipſum occidẽtem in peccato diſcedere mortali, atque ideo eccleſiaſtica carere ſepultura cap.nõ exſtimamus.14.q.2. ꝙ intelligendum eſſe exiſtimò ſi ſanè eccleſiæ de hoc conſtet longe aliter, vt in.c.ſi.de ſepult.& in.c.à nobis.de ſent.excom.

*An liceat orare pro eo, qui ſe interfecit.*

15 His accedit ꝙ repertus mortuus in puteo non eſt priuandus eccleſiaſtica ſepultura, quia non præſumitur ſeipſum in prę cipitẽ dediſſe, ꝙ in hac ſpecie notat Soci. Iunior conſi.51.lib.1. igitur ſepultura eccleſiaſtica negatur ſeipſum occidenti ob delicti atrocẽ culpã quam ex pluribus deteſtatur præter alios Alciat.libr.6.Parergon.cap.27.

Cæterùm cum quotidie in controuerſiam veniat illud etiã ſubijciã minimè licere ſibi ipſi quiquam inijcere manus violentas abſq; culpa,& labe peccati,& irregularitatis.c.ſi nõ licèt.23.q.5. & eſt ad hãc rẽ pulchra Ariſt. ſentẽtia lib.3.ethico.c.7. mortem inquit, ſibi conſciſcere obfugiendã paupertatẽ, vel merorẽ, aliudve huius generis non fortis eſt hominis: ſed potius timidi,& lib.5.c.11.Ariſto.inquit, qui ſe occidit ſibi iniuriam nõ facit, quia iniuriam ſponte patitur nemo, idẽ profeſſus Tulli⁹ in Catone maiore loco præci.iureq; pontificio clericus ſacriſve initiatus ſibi ipſi percutiẽs irregularis cẽſend⁹ eſt, atq; etiã excõicatione nodatus, vt in præci.c. ſi nõ licèt.idq; explicat Feli.in.c. contingit vltimo notabile.de ſent,excom. & idem ꝓfeſſus Cardin.in clem.1.notabile,3.de reliquijs.& venera.ſancto.itidem in.d.c.contingit.idemque eſſe exiſtimo, ſi ſeipſũ mutilauit aliquod mẽbrum vti hac in re exiſtimat Cardi.in clem.1.q.19. de homici. & inibi paſsim doct. quibus nec admodum inuitus accedit Ang.in.l.ſed & ſi damnũ. §.ſi.ff.de peculio.Bald.& Iaſ.hac in ſpecie dilatant cartas quam plurimis remiſsionibus in.l.1.C.de ſeru. fugiti. & nouiſsimè Ludo.Carre.in practi.crimi. §. & homicidium.nu.124.pag.230.

*Idem in mutilatione mẽbri.*

Adde huius criminis autorẽ non poſſe facere teſtamẽtũ, ſicuti exiſtimãt. dd.in.d. l.2.qui teſta.face.poſ.ac proinde teſtamẽtũ ab eis cõditũ nullũ eſt.l.eius qui.§.1. ff. de bo.eorũ q mortẽ ſibi cõciuerũt, ea ductus ratione ſe occidẽdo crimen vtiq; cõfiteri videtur.l.ſi.eo.tit.ex qua quidẽ cõfeſſione habetur pro cõdẽnato. Condẽnatus tamẽ ſeruus pœnæ exiſtimatur vti in.d.l. 2.probatur.& inibi Bart.& in.l.ſi.præcita. & cõmuniter docto.præſertim Alex.in.d. l.2.ad ſi.& serioſè pleraq; id genus, alia cõgerit Guiliel.Bene.in verb.mortuo. itaq; teſtatore in primo nu.48.& Pau.Pariſ.loco præci.nu.2.quinetiam teſtamẽti factionem minimè habere de bonis acquiſitis poſt ſententiã condẽnatoriã.l.2.C. de bo. præſcripto.Et hinc illud eſt tametſi vxor infra annũ teneatur lugere maritũ, itidẽ veſtes portare lugubres ſub pœna infamiæ tamen ſi maritus ſeipſum occidit luctu carebit vti conſtat ex.l. liberorum.§. non ſolent.ff.de his qui notãtur infamia. & ſignanter id adnotat Guilielmus Benedictus loco præcitato. nume.49.& Iacob. Baulem.in.l. capitalium.§. famoſos.ff. de pœnis.fol.13.col.4.& Corneus conſil. 195. volum.2.Cæterum pleraque alia pœnarũ genera ſeipſum trucidans punitur, vt pleniori manu per docto. in præcitata. l.2. & noſtri claſsis viri in.c.ſignificaſti.de homicidio.quibus accedit Bartoli additionator in rubrica.ff. de bonis eorum. Bartol. in.l.ſi quis aliquid.§.miles.ff. de pœnis. & in.l.tranſigere.C.de tranſactionibus. & omnium diligentiſsime Corneus loco præcitato.

*Teſtamẽti facta non permittitur.* 16

Poſtremo hoc habet Chriſtiana religio impium eſſe, ac deteſtabile facinus & damnabile ſcelus ſe ipſum occidere vbi locus ſalubris pœnitentiæ non relinquitur. Hi ſi quidem cenſendi ſunt diffidati. Quando quidem minimè parati

ſur



ſunt ad ſuſcipiẽdã correctionem eccleſiæ quippe qui eius doctrinã, ac autoritatem contẽnunt.hæc docet Occam lib.7.dialo. c.1.aſſeuerans hæreticos cẽſeri qđ quã ſit à ratione deuiũ, nemo ſanę mentis defitebitur, tametſi abſq; culpa, & plerũq; mortali ſeipſum interficere non poteſt, hæreſis tamẽ minimè exiſtimanda eſt, qua ſanè occaſione natus intelligo minimè licere ſeipſum interficere, tametſi euitet peccatum, vt Abb.cenſet in.c.ex parte.de ſepultu.nec itidem bannito licèt vti exiſtimat Iaſ.in.l.1.C.de ſeru·fug.col.1.& inibi Bald. quibus in locis plene ſunt chartæ codiceſq; refecti Alexã.poſt Bart. in.l.liberto. §. amiſsione.ff.de capitis diminu. latiori cõmentario per Bonifac.in rubric.de inſult. & percuſsionib.col.6.verſicu.ſed quidam ſeipſum.

Quibus & illud ſubijciã an regia.l. punientem percuſsionem cum armis, an vendicet ſibi locum in vulnerãte ſeipſum explicat Bald. in prooem. decretalium. & Iaſ.diligentius in.l.1.C.de ſeruis fugi. col. 2 & Ioan.de Arno.in epitome.24.

Cum quotidie in controuerſiã veniat, & illud adnotandum eſt de his qui ſe occidunt in carcere in quo detinebantur pro crimine hæreſeos, vel alias explicat Gonſalus noſter, de hæretica prauitate quæſtione.22.quod ſi criminis conſcientia ſe occidiſſe conſtat, ſi vtique poſt accuſationem ſibi manus intulerit eiſdem pœnis teneri quibus punirentur ſi eorum crimen probatum eſſet.l.vlti.de bonis eorum.gl. Barto.in.l.vlti.C.de iure fiſci.libr.10. quibus accedit nouiſsimè Septimacenſis in catholicis inſtitutionibus. c. 17. nume.16. quod vtique verum eſſe exiſtimo, ni hæredes probauerint eorum innocentiam longeque ob aliam cauſam manus violentas in ſeipſum intuliſſe.& explicat Ioannes Lopius ſuper rubr.de donationib. §. 70.num.7.

*Quid de his qui in carcere laqueo ſe ſuſpendunt.*
17

Cęterum in vinculis detentus qui ſe laqueo ſuſpendit qua pœna infligenda ſit, & itidem, an cerceris cuſtos teneatur explicat Angelus in tractatu maleficiorum in verb.qui iudex retineri,& cercerari iuſſit,& rurſus in verbo fama publica. & Ioãnes Lopius huic accedit ſententiæ loco præcitato.Siquidem ſumma ope, niti decet his commentarienſibus, nę permittãt gladium in carcerem intromittere, aliudve ſimile ex quo ſequi poſſet mors alius commentarienſes tenerentur, ex.l. quẽadmodum.§.magiſtratus.ff.ad leg.Aquil. & inibi, Florian. quod ſi commentarienſis, maxima cum diligentia ſummaque ope id contingat operam dedit, tametſi incarceratus ſe ſuſpendat gladiove ſe interficiat eidem officiali imputari non debet. ex dicto.§.magiſtratus. & inibi, Florian⁹. difficile quidẽ eſt eo animo ductum ꝓhiberi, ſiquidem Portia Catonis filia, mortuo Bruto, tametſi ferrum ſibi ſubſtractũ eſt carbones ebibit author eſt Ioan. Lopius loco præcitato, & quid ſit cenſendũ ſi conſanguinei conuictũ, & vtiq; confeſſum in carcere exiſtentem,& de proximo condẽnandum,& mors delinquẽtis ſit eis dedecori venæno, aut alias reum criminis interimant. explicuimus. c.de parricidij pœna tractanres.

Porro quid ſi carceratus inedia à vita diſceſsit, ac conſulto noluit comedere, vt fame periret qua ſanè pœna afficiendus ſit, vide omnino Bald.hãc de qua agimus quæſtionem diſſerentem in practic.ſua titu.de quęſtio.32.col.& inibi explicat de ſe interficiente, vel attentante ſe interfici,& occurſu hominum ſe non occidit, & nos ſupra paulò antè adnotauimus.

Cæterum quid ſi quiſpiã in inimicorũ manibus conſultò ſe ſubijciat qua afficiẽdus ſit pœna, explicat Par.de Pu. in trac. ſindicatus.verſi.an ſi delinquens.

Quòd ſi iudex quempiam incarcerem inijat, ac deinde carceratus ſe ſuſpẽdat laqueo aliterve mortẽ finiret, an iudex, aliqua ſit afficiendus pœna trat Par.de Put. loco præci.pag.93.col.1.quod ſi plura. deſideras.vide.c.maritum.33.diſ.l. cum autẽ. §.malus de edili.edict.l.peculiũ.2.§.ſi ipſe. de pecul.l.lege Cornelia.§.vlti.de ſica. & illic Hippo.c.3.de corpo.vicia.Valerium, lib.7.C. de teſta. quæ reciſſa ſunt Baſiliũ. lib.de virginitate.Euſebium lib.6.eccleſiaſticę hiſtoriæ.c.6. & pleraq; id genus alia congeſsit Plutarchus de claris mulieribus c.11.& Seneca epiſtola.24. Aulus Gell.lib. 15.c.10.& omnium diligentiſsime epiſcopus Abulẽſis.1.Reg.31.quęſtio.9. itidẽ lib. 2.c.14.q.14.idem lib.3.c.16.quæſt.11.& cap. 19.quæſtio.nec deſunt noſtri claſsis Docto.qui pleraq; id genus alia congerant.

Cor-

Corne.conſi.195.volu.1.& Iaſ.in.l.1.de ſer-
uis fugiti.ſerioſeq; Felin.in.c.contingit.1.
de ſentētia excommunicationis Guilliel.
Benediſt.in.c.rainuntius.de teſtam. verb.
mortuo.in.1.nu.43.& apud Hiſpanos Io-
annes Lopius in rubric.de donationib.in
ter vir.& vxo.§.70.rurſus in.§.80. & Iaco-
bus.Septimacenſ.in catholicis inſtitutio.
cap.17.num.10.cum alijs,& Dida. à Couar
rū.lib.1.Variarum reſolu.cap.2.nu.8. & li-
bro.2.cap.1.nu.11.& in clem.ſi furioſus.de
homicid.fol.8.Paul.Pariſ.conſil.155.volu.
4.Ludouic.Carre.in praſt.crimi. pag.241.
& Tyraquell.de nobilitate.capit.31. num.
475.& nouiſsimè Auendanius, de exequē
dis mandatis regijs in diſtionario. fol.13.
& Deci.conſi.439.volu.3. & Antonius Go
mez.in traſtatu deliſtorum.capi.2.de ho-
micidio.num.14. & nouiſsimè Dominic.
à Soto.re,& fama,vbique inſignis de iuſti
tia & iure.lib.5.quæſt.1.articu.5.vtrum ali
cui liceat ſe ipſum occidere.

Ex hoc eodē fonte ſiue ſtipite alia quę
ſtio negotium nobis fuit volens ſeipſum
*Volen occidere, & curſu hominum ſe non occidens.* accidere occurſu hominem ſe nō occidit,
qua ſiquidem afficiendus ſit pœna, vt vo
tis ſatisfaciam ex plenioribus doſtorum
commentarijs petenda arbitror cum paſ-
ſim in controuerſiam veniat,& paucis ex
aſtè comprehendi nequeat ſatius prope
modum fuerit non irritare quam ſtudio-
rum auiditatem nō adimplere in quo du-
bio affirmant viri primarij maximeque
18 in ſolo doſtrinæ nomine doſtores hunc
criminis reum puniendum eſſe perinde,
ac ſi conſummaretur deliſtum ſeque ip-
ſum interemiſſet, ſiquidem Cinus, Iaſ. &
alij plerique neoterici in. l.2. C. qui teſta.
facere poſſunt.in ea ſunt ſententia,& an-
te hos idem profeſſus Barto. in rubr.ff. de
bonis eorum.pro quorum ſententia, ex-
tat text. ad id omnium præſtantiſsimus
in.l.2.§.ſui autem.ff.eo.& inibi glo.accur-
ſiana quę expreſsim hoc ipſum vult.& in
l.omne deliſtum.§,qui ſe vulnerauerit.ff.
de re milita.quo in loco frequentiori do-
ſtorum calculo,recepta eſt opinio,&in.l.
ſi quis aliquid.§.fin.ff. de pœ. & vtrobiq;
*Frequenter ſententia.* Bart.nec deſunt pręter hos doſto.canoni
cæ philoſophiæ qui hāc profiteantur,ſen
tentiam,ſiquidē & hi in cap.1.&.2. de tor-
neamentis. id ipſum adſtipulantur, & no
uiſsimè recolendus memoriæ re, & fama,
vbique inſignis doſtor Anto. Gomez. c.
3.deliſto. num.14.

Quibus & illud ſubijciam quod ſi quiſ
piam ſe vulnerauerit manuſq; violentas
intulerit tametſi ad necem vſque minime
peruenerit pro confeſſo cenſetur, ac pœ- 19
nas luere debet perinde, ac ſi ſe interfe-
ciſſet quæ intelligenda eſſe exiſtimo vti
paulò anteà in principali quæſtiōe adno
tauimus,ſiquidem illud cōmiſit metu pœ
næ deliſti commiſi poſtquā accuſatio cō-
tra eum propoſita fuerit de deliſto capi-
tali,ex quo quidem mortis pœna impo-
nenda erat,& vtique confiſcationis bono
rum:quo fit huius criminis reū pœna or-
dinaria afficiendum eſſe deliſti de quo e-
rat accuſatus & itidem pœna confiſcatio-
nis bonorū. Lōge quidem aliter in ea ſen
tentia ſi vitæ tedio,vel vtique ex alia ſimi
li cauſa manus ſibi intulerit violentas ſi-
quidem tunc in pœnam minimè incidere
conſtat ex.l.3.§.ſi quis autem. verſi. ſicuti
ff.de bonis eorum,qui ante ſententiā mor
tem ſibi conciuerunt.& in præcit.l. omne
deliſtū.§.qui ſe vulnerauerit.& in.l.ſi quis
aliquid.§.fin.ff.de pœ.& paſsim vtrobiq;
adnotant Doſto.quibus in hac ſpecie ex
diſtaminis ratione videtur poſſe puniri
per iudicem perinde, ac ſi alteri iniuriam
committeret,ſiquidem,& is non ſit mem-
brorum ſuorū dominus.l. liber homo. ff.
ad leg.Aquil.& nos pleniori commenta-
rioadnotauimus.c.& qui volentem occi-
dit quo in loco mox plura, & in hac ſpe-
cie hanc profitetur ſententiam Boniface.
in traſtat.malefic.fo.7.verſic. ſed quidam
quibus mirum in modū conueniunt per
Barto.adnotata in.l.1.§.vſque.ff. de iniur.
addentes pleraque id genus alia quæ cu-
rioſis conijcienda relinquo, tametſi ho-
die iure regio ex generali conſuetudine,
ac ſtatutis,attentatum regulariter mini-
mè ordinaria pœna, puniatur. Quo in ne-
gocio pœnas luere debet extra ordinem,
& ita alias in faſto conſului,& ſæpenume
ro hac in quæſtione conſultus, itidem re-
ſpondi,& in hac ciuitate Salmantina, &
Toloſæ cum primum iuri Pontificio Cæ-
ſareoque operam darem anno milleſimo
quingenteſimo trigeſimo oſtauo, ætatis
verò noſtræ cum decimum quartum age- 20
rent annum in his nempe ciuitatibus, ac
legum emporijs à iudicibus id praſticari





vidi & Hiſpania praxis id obſeruat,ac v-
ſu receptum eſt huiꝰ criminis reos extra
ordinem puniendos eſſe quandoque etiā
fuſtium pœna,ac flagellorū per text. qui
maximo apice deſeruire videtur huic quę
ſtioni in.l.2.§.ſin autem.ff. de bonis eorū,
& in.l.ſi quis aliquid.§.fin ff.de pœn.& in
præcitato.§.qui ſe vulnerauerit, ac ita in
regno Neapolitano pronūciatum fuiſſe
aſſeuerat Ludoui.Carre. in praſtic. crimi
nali.§.homicidium.num.127.& de attenta
to mox plura in capite per aſſaſsinos in-
interfici mandantes.

Multiplex traſtatus exponitur ma-
gnis præconijs ab omnibus doſtoribus
21 in huius criminis reis quę ſanè pœna alia
in quęſtione negocium nobis fuit.In quo
dubio vulgo recepta eſt opinio qui volē
tem occiderit pœna ſanè homicidij pleſtē
dum eſſe, vt exiſtimat Barto. ex illo tex.
ſumens rationem in.l.liber homo.ff. ad.l.
Aquiliā.& inibi Florianus, & rurſus Bart.
in.l.1.§. vſque adeo. ff. de iniurijs. quibus
accedit Angel.Paul.Alexād.in.l. quanuis
ff.de in ius vocando. Felin. in.c. ſolite.2.
colū. de maioritate, & obedientia Hip-
po.in.l.1.in princip.num. 3.ff. ad leg. Cor-
nel.de ſica.& inibi ſignanter explicat,idē
cenſendum eſſe ſi ſane quiſpiam volentē
percuſſerit pœna afficiendum eſſe ſi gra-
uiter percuſſerit:lōge aliter, ſi leuiter pro
quo argum.optim.deſeruit text.in præci-
tata.l.liber homo.ff.ad leg. Aquil. & ple-
raque alia que nos adnotauimus in prin-
cip.iſtius capitis. Et præter inibi conge-
ſta adſtipulatur illud Sapientiæ.16. Tu es
*Sapient. 16.* domine qui vitæ & mortis habes poteſta
tem: & deducis ad portas mortis,& redu-
cis. Vbi ſolus Deus vitę dominus inſinua
tur,ac proinde qui volentē occiderit pœ-
na afficiendus eſt,ſi quidem non ſit vitæ
dominus ipſe,deinde iſthæc concluſio ab
effeſtu probatur rationeq; à deffinitione
dominij colligitur dominus rei cuiuſcūq;
ille eſt qui citra iniuriam quæ cuipiam ir-
rogetur poteſt illa, vt libuerit vti, etiam
vſque ad eius diſpēdium, & conſumptio-
nem: homo autem occidere ſe nō poteſt
lege iuſtitiæ id refragante ergo nemo eſt
ſuæ vitæ dominus.

Tertiò,huic ſententiæ fortiſsimum, &
*De eadem re* huic rei argumentum præſtat ratio ſi ali-
quo iure homo eſſet vitę dominus id po-
tiſsimū eſſet iure naturale,aut diuino, aut
humano:naturale autem non:quoniā pri
mum naturalium appetituum, atq; adeò
temporalium ſummum eſt,quo vnaq; res
appetit ſe conſeruari in eſſe: iuxta illud
demonis,ſed tamen verum apub Iob, pel
lem pro pelle,& cunſta quæ habet, dabit
homo pro anima ſua.Quare nulli rei natu
ra tribuit, ſeu qualitates ſeu inſtrumenta
quæ in ſuam eſſent iuternicię,ſed illa qui-
bus cōſeruaretur,vt igni calorem,& aquę
frigiditatem:& cunſtis animantibus ſuas
debitas qualitates: ergo ius naturæ neuti
quam permiſit homini ſe interimere, at-
que adeo, nec ei tribuit vitæ dominium.
Cum autem ius naturæ effeſtus munuſq;
dei ſit,fit vt nec iure diuino poſitiuo con-
ceſſa ſit talis facultas. De iure autē huma
no clarum eſt,eo vel maximè quod nec di
uinum, nec humanum de re hac vſquam
legitur verbum: nam Geneſ.1. vbi faſtus *Gene.c.1.*
homo omnium dominus,etiam animaliū
quæ ideo in ſuos vſus maſtare poteſt,non
ſimul tradita eſt ei ſuæ vitæ poteſtas.Quo
fit cum vita ſit bonorū omniū tēporaliū
fundamentū quam quidē homo non per
ſe acquirit.ſed vtiq; dei beneficio paren-
tūq; opera recipit,non licet illi pro libitu
ſuæ volūtatis de ea diſponere, ſed vt Deꝰ
eius author id retineret,vt nefas homini
eſſet iniuſſu ipſius de vita exire idque lu
mine naturali conſiſtit.

Quartò his adſtipulatur ſententia diui
Tho.2.2.q.64.art.5.vbi ait ꝙ occidens ſeip
ſum nō ſolum facit cōtra charitatē ſed cō
tra iuſtitiā reſpeſtu reipublicæ cuius eſt
vita hominis.

Quintò his refragatur Deutero.23. Ex
qbꝰ colligitur minimè nos eſſe vitæ dños *Deutero. 23.*
atq; his naturalis rō ſuadet vita oīm bo-
norū tēporaliū eſt fundamētū quā homo
ipſe non acquiret,ſed vtiq; Dei beneficio
ex quibꝰ & illud ſequitur hominē ob nul-
lam cauſam quouis colore cēſeatur iuſta,
poteſt ſe vita priuare, ac proinde cum nō
ſit dñs membrorum ſuorum, nec vitæ pœ
na ordinaria afficiendū eſſe qui vtiq; vo-
lentē percuſſerit. Ex quo iuris appendix
deducitur hominē, nec rēpublicā habere,
nec principē dñiū vitę ſubditorū,ſed vti-
q; Deus ſolꝰ.ſiquidē princeps minimè po
teſt abſq; rōne innocētes, vltimo afficere
ſupplicio: ſed ſolū nocentes:ex quo prin

cipem iudicem maleficiorum non tamen
vitæ dominum,exiſtimãdũ eſſe exiſtimo.
22 Hinc & illud eſt rempublicam poſſe in
bello ciues obijcere periculo mortis ad
defenſionẽ ipſius reipublicæ,ex eo ꝙ ipſa
reſpublica cuſtos ſit vitæ ſubditorũ mini
mè tamen domina.
Ex quo ſi quiſpiã ſibi ipſi violẽtas ma-
*Iniuriã facit* nus intulerit conſtat iniuriam reipublicæ
*reipublicæ ſe* fieri.Quod Ariſtot.lib.5.Ethic.c.11. expreſ
*interſiciens.* ſim id adnotauit. Nec vtiq; id eo referas
23 ꝙ dominiũ vitæ ſit pœnes rempublicam,
ſed eo ꝙ ei cuſtodia, ac tutela vitæ ciuiũ
cõmiſſa eſt,ipſaq; ſola poteſt homines vi-
ta multare,ſicuti,& nos antea admonui-
mus in iſtius capitis roſtro.
Sextô maximo apice deſeruire vide-
tur iuris ſtimulus, qui pleroſq; torquet iu
ris doƈtores,ſiquidẽ nemo poteſt ſe ſum-
24 mittere torturæ abſq; inditijs etiam vo-
lens ſicuti hac in ſpecie exiſtimat Franci.
Bru.in ſuo traƈtat. de iuditijs, & tortu.16.
col.quod pleniori manu tradit Hippo.in
l.pen.col.1.verſ.datur.3.leƈtura.ff.de quę-
ſtio.itidem in.l.1.in prin.nu.4.ff.ad.l.Cor-
nel.de ſica.ergo &c.
Poſtremò quoad excõicationem incur
25 rẽdá excõmunicationis vinculo nodatur
percutiens,etiam volentem text.eſt ad id
celebris in.c.contingit in.2.de ſententia
excom.Cuius meminit Romanus in ſing.
incipi.nota diƈtu Innoc.Ferra.ſin praƈtic.
Papienſ.in rub.rei vendi publicæ excom-
municatum.
Ex quo & illud ſubijciã inferens regis
26 officiali iniuriam,tametſi volente ei infe-
ratur regi ipſi iniuria faƈta cẽſetur,ac ꝓin
de pœnam ordinariã luere tenentur, vti
hac in ſpecie exiſtimat Pau.& Alex.locis
præcita. præſertim in.d.l. quãuis. Quo in
loco pleraq; id genꝰ alia cõgerũt, quę cõ-
ſultò curioſis cõijcienda relinquo.Et plu-
ra cõgerit Lud.Carr.in praƈt.cri.§.homici
dij.nu.50.cũ alijs.pag.201.& Luc. de Pen.
in.l.1.col.fi.C.de coart.lib.12.Boër.conſ.4.
nu.16.& inibi eius additionator.

## Ex cap.ſequenti.

1 *Legibus imperatorum caſtrari homines non ſinunt ſub homicidij pœna.*
2 *Ad veram caſtitatem minime pertinere viri lia abſcindere,quin & damnatũ eſſe cõſtat.*
3 *Apud veteres Eunuchi inſignibus dignitatibus ornati fuere.*
4 *Antiquitus leƈtum virginum Eunuchi cuſtodiebant.*
5 *Eunuchos hac in ſpecie eos dici qui ex vtero matris ſic nati ſunt exceti nuptias contẽnunt*
6 *Perpenditur inſignis differentiæ ratio inter Eunuchum,& caſtratum.*
7 *Sacris initiatos ſeruandæ caſtitatis gratia ſolitos eſſe aſſumere rutam, ſicuti ea veneris appetitum extinguerent.*
8 *Flamini diali Romæ vſus fabæ erat interdiƈtꝰ*
9 *Examinatur illud Matth.c.19. aſſeuerantis quia ſunt Eunuchi qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum Dei.*
10 *Virilium acciſio ſacerdotibus,& quibuſuis alijs nec lege naturali, nec diuina caſtitatis cauſ. licuiſſe,quin turpis apud gẽtiles cẽſebãt*
11 *Rationes perpenduntur,quid cauſæ ſit quare magis frigeſcant Eunuchi quamque alij.*
12 *Iure pontificio ſibi culpa propria abſciderit mẽbrum in irregularitatis labem incidere.*
13 *Si culpa propria ex eo qui ob adulterium maritus vlciſcens virilia eius amputauerit.*
14 *Si quis non ſua ſponte ſed caſu virilia aliudve membrum amiſerit ordinibus poterit inſigniri ſacris.*

## Repetita quędam ex hiſtorijs,vnde originem traxit.l.1 &.2.C.de Eunuch. deque eunuchorũ,& de illorũ qui ꝓpria volũtate pudenda,vltro ſibi aſcinderũt,pœnis cũ nouo deteƈto ĩtelleƈtu iuriũ de ea re agentiũ, Ctp.XXIIII.

EXtat cõſtitutio Cæſarũ Con
ſtãtini, & Leonis, in.l.1.&.2.
C.de Eunuc. Quibus in iure
noſtro ꝓhibitũ oĩno eſt,nec
aliqua rõne caſtrari hoĩes cõ
ſtitutiones ſinũt,ſiue ꝙ fiat hoc modo in
iuria natura,ſiue ꝙ id aduerſus publicam
vtilitatẽ eſt,quæ in ſuſcipiẽdis liberis ver-
ſatur: ſiue quia paucisſimi ſic affeƈti ſanã
tur, ſed ferè omnes pereunt. Quod Iu-
ſtinia-



ſtinianus Cæſar nouella cõſtitutione.142.
ſcripſit, & hãc abſciſionem grauiſsimum
1 eſſe crimen,ex eo quod leges ciuiles cen-
ſeant homicidij pœna puniẽdũ eſſe eum,
qui alteri virilia amputauerit.l. prĩa, &.2.
præcitata.non quibus Cõſtantinus impe
rator cenſet,vt capite pleƈteretur qui id
auderet.l.3.§.qui homine. &.l.4.§. idem di
uus.ff.de ſica.extat que hodie regia.l.13.ti
tu.8.par.7,eadẽq; pœna afficitur,qui ſe ca
ſtrandum præbuerit.d.l.4.ad fin. reliquas
verò pœnas,tam caſtrantis: quàm caſtra-
ti: libro duodequinquageſimo Pãdeƈta-
rum in.l.3.4.5.&.6.ff.ad.l.Corne. de ſica. vi
dere erit.Ipſa virilium abſciſio à ſe ipſo il-
lata turpis apud gentiles cenſetur.Si qui-
dem author eſt Valerius Maxi. lib.7. c.7.
& Alciat.in Parerg.iuris lib.7.c.23. Si qui-
dem nulla ex cauſa licuit etiam caſtitatis,
religionisve,ſibi ipſi quemq̃ manus inijce
re violentas ad occiſionẽ, vel membri mu
tilationem.c.ſi non licet.23. q.5. Tyraq. de
nobilitate.c.31.nu.475.& nos pleniori ma-
nu explicuimus.ſupra.c.23.
Secundò,id conſtat ex eo,ꝙ non perti-
2 net ad veram caſtitatem, quod aliquis ab
ſcindat virilia,quin damnatum eſſe con-
ſtat ex concilio arelatẽſi.2.c.7. & habetur
in.c.hi qui ſe carnali.55. diſt. Quo in loco,
vt potè ignaui,& neſcientes tentationem
carnis reſiſtere, reprehenduntur hi qui ꝓ
pria voluntate pudẽda vltro ſibi abſcinde
rint.Quo fit,nec lege naturali, diuina nũ-
quã licuiſſe, quẽquam ſeipſum mutilare
etiã cauſa caſtitatis, ſicuti author eſt di-
uus Auguſt.lib.vnico. de ſanƈta virgini-
tate,& inibi diuus Baſilius libr. vnico. de
virgi.qui huius originẽ, & interpretatio-
nẽ cæteris longius exponit extatq; apud
Liampadum diaconum lib.4.non inlepi-
*Theobald.* da hiſtoria,de eunuchis. Theobald. Vm-
brorum dux aduerſus Gręcos bellum ge-
rebat: is quoſcunq; ex hoſtium exercitu
captiuos facere poterat,amputatis virili-
bus dimittebat:donec quædã mulier an-
te eum gemebunda hominum Deumq;
fidem implorans conſtitit:quid, inquiẽs,
Theobalde fœminæ egimus, vt bellũ no-
bis indices. Haud quaquam nos Amazo-
nes ſumus,ſed Mineruæ deditę armorum
vſum nullum tenemus. Quid ergo viro-
rum noſtrorum teſtes amputas, noſq; no
ſtris voluptatibus priuas,ſunt illis oculi,
ſunt nares ſunt manus, quid ad ea quæ
noſtro vſui natura conceſsit, belli iura ꝓ-
ducis. Quo ſermone deleƈtatus Theobal-
dus ei pœnæ modum impoſuit.
Et olim Eunuchi magnis,& inſignibus
dignitatibus ornati fuere, vti ex And.Al 3
ciat.in.l.ſpadonũ.ff.de verb.ſignifi.cõſtat.
Cui adde.l.qui cum vno. in princ.ff.de re
mili.l.Ponponius.&.l.ſequenti.ff.de ædi-
lit.ediƈt.l.2.ff.de adopt.atq; eleganter ex- *Hermonopo.*
plicat Hermonop.Cõſtantin.lib.2. epito. *Conſtantinꝰ.*
& Ludo.Cælius lib.2. leƈtionũ antiquarũ.
c.27.Anto.Augu. lib.3. emendationum.c.
5.itidem Alciat.lib.7.Parergon.c.27.apud
quos multa de Eunuchis leƈtor inueniet.
Et antiquitus Eunuchi leƈtum virginũ
cuſtodiebãt,& a venereis ſemotę:ijs enim
nõ ſolum teſtes, ſed & totus colles ipſe ſo 4
lebant amputari, erant plane apud vete-
res in precio hi ſpadones, habebãturque
pueri in delitijs, vt Bagoi regibus Perſa-
rum,Ligdus Druſſo, Sporus Neroni. Qđ
& in Aſia hodie frequentatur, idem exi-
ſtimat Ambroſius Calepinus litera. E. in
verbo Eunuchus.& Hieronym.contra Io
ui.& id hominum genus adhibebatur ſer
uãdis cubilibus regum, quaſi Eunuchus,
& per ſinereſim Eunuchus. Sed & mulie-
ribus quoque ſubſeruiebant, quæ iniri
volebant,non parere. Quòd ſatyra.6.Iu-
uenalis cõqueritur.Fuere autem apud ve-
teres Eunuchi aliqui inſignes viri, vt eſt
apud Philoſtratum,& Oppianum,libr.3.
oſtendunt Narſes Iuſtiniani dux,qui go-
thos Italia expulſit ſpado fuit, ſicuti au-
thor eſt Ammianus Marcellinus. libr.16.
qui quidem Narſes cubiculo Conſtanti-
ni Cæſaris præpoſitus fuit. Ita ipſe inter
ſpadones reƈti exempli fuit, ſicuti inter
vepres roſę naſcũtur. & inter feras nõnul
læ miteſcunt, crederem ſpadones nulla
nec lege,nec conſuetudine prohibitos in
doƈtores creari.l. Eunuchos. C. qui teſta.
face.poſ.& ad eos omnino admitti hono-
res,ad quos & reliqui admittuntur homi
nes: ni huiuſcemodi ſint,qui integrum re-
quirunt hominẽ,veluti ea ſunt quæ eccle
ſiaſticã reſpiciũt dignitatem,ne aduerſari *Lucia.in Eu-*
mihi videtur Lucianus in Eunucho, dum *nucho.*
ſuo tẽpore,an magiſter eſſe potuerit ſpa-
do addubitatum ſcribit, cum magis arre-
pta anſa ab illo ſit,vt in Eunuchos homo
maximè dicax,& mordax, qui nec diuis,

nec hominib⁹ pepercerit ſtomacharetur,
quam quod ita in re fuerit, & tunc tem-
poris doctores, qui nunc in vſu ſunt mini
mè erant. Viues in cõment. ad Auguſt. de
ciuitate dei. lib. 7. c. 5. cum ab hinc annos
circiter, ſexcentos adinuenti ſint, ij hono
rum gradus, maxima vniuerſæ Encyclo-
pediç, Panolethria, cum abũde ſe quis ꝓ-
uectum putet. ſi mageſterij inauratũ di-
ploma nactus, aut quod frequẽtius fit, ꝓ-
mercatus fuerit, vt has populo oſtendet
falleras, ſed nunc nõ his locus datur, vt ſe
mel colophonem prolixæ adeo commen
tationi imponamus.

*Qui Eunuchi dicantur.*

Et vt nihil hac in re deſideretur, nego-
cium nobis fuit, qui Eunuchi dicantur, &
hij dicuntur, qui ex vtero matris ſic nati
5 ſunt qui naturæ prærogatiua eo quod ad
coitũ irritãt execti nuptias contemnunt,
quaſi exectos dicim⁹, ſic eos appellat Pau
lus Egineta lib. 6. & Auguſt. lib. vnico. de
ſancta virginit. c. 23. &. 24. Baſilius magn⁹
lib. vnico. de virginitate.

Opus erit ſuccinctè nimis ſpadonũ, &
naturam, & diſcrimina attingere, omiſsis
varijs interpretum opinationibus hac in
parte veritatem ex tenebris veluti certiſsi
mum ſequens ſcopũ. Eſt ergo teſte Vlpia.
in. l. ſpadonum. ff. de verb. ſignifi. genera-
lis nimis appellatio. Quo nomine tam hij
qui natura ſpadones: quàm thlibiæ, thla
ſiæq;, & ſi quod aliud genus ſpadonũ eſt,
continetur, & ad caſtratos, nec non teſtiũ
vitia hęc extenditur appellatio, teſte Gal
le. narne. lib. 1. de hom. c. 27. nec quiſquam
cum Accurſio credat in. l. 2. ff. ad leg. Cor.
de ſica. thlibias, vel thlaſias à ferramenti
genere, quo teſtes exciduntur, ſic dictos.
Et in errorem lapſum eſſe conſtat dubio
procul, deriuatum eſt hi latini attriti: illi
verò fracti dicuntur, ſpadones ex. l. Pom-
ponius. §. ſpadonem. ff. de edilitio edicto.
Aut hi quibus teſtes abciſi ſunt, vel ambo
vel alter. Quod ſi quis natura non habeat
teſtes, nihilominus ei competit ſpadonũ
nuncupatio ex præcitata. l. ſpadonum na
tura nimirum auellẽte illos. Siquidem fit
dupliciter ſpado, ſi Paulo AEginetę fides

*Spado dupliciter ſit.*

adhibenda eſt lib. 6. aut colliſione, aut a-
uulſione. Sed hi quibus ita auulſi ſunt, vel
colliſi, vt nec coire, nec generare poſsint:
Latinè caſtrati, Græce Eunuchi dicuntur
ſicuti author eſt fideliſsimus Lucianus in
Eunucho. reijciendam crederem differen-
tiam, quam paſsim doctores vbique aſsi-
gnant inter ſpadones, & caſtratos. Vt ca-

*Exploſa doctorum differentia.*

ſtratus is cenſendus ſit, qui à vulua, quod
inquit ille, matris caſtus natus eſt: at ſpa-
do qui poſtea quã natus eſt hac eſt iniuria
affectus, tum quia ſpadonum nomine nõ
minus hij, quàm illi veniãt, tum ob innu-
mera iura quæ prohibẽt iam natos caſtra
ri, ſicuti & nos in huius capitis roſtro tra-
didimus. Et qui ſic ſpadones facti ſunt ca
ſtrati nũcupantur, & exploſa hac in re do-
ctorum differentia, quæ commentitia eſt,
nec iure probatur, Eunuchi propriè dicũ-
tur, hij qui nullum veneris vſum experi-
ri aliquando potuerũt ſpadones è contra
nunc minus, nunc magis exciduntur: cũ
non vno modo fieri conſtat ex illo Vlpia
ni in. d. l. Pomponius. §. ſpadonẽ. Spado-
nem morboſum nõ eſſe, nec vicioſum ve-
rius mihi videtur, ſed ſanum eſſe, ſicuti il-
lum qui vnum teſticulum habet, qui etiã
generare poſſet. l. ſi autem qui ita. ff. de æ-
dilitio edict. Sin autem quis ita ſpado eſt,
vt tã neceſſaria pars corporis ei penitus
abſit: morboſus eſt, At dictionem ita mo
dum denotare conſtat ex Bart. in. l. de qui
bus. §. Termilius. ff. de condi. & demonſt.
Quo fit vt an redhiberi debeat ex illorũ
pendeat iudicio, qui in Eunuchis in arte
periti ſunt, idemq; an matrimonium con
trahere conſtat ex. l. ſi ſeruam. §. ſi ſpado-
nem. ff. de iure doti. poſthumos inſtituere
ex. l. ſed eſt quæſitum. ff. de liber. & poſth.
filios adoptare ex. §. ſed & illud. Inſtitu.
de adoptio. ita tamen vt naturam imite-
mur. l. adoptionibus. ff. de adoptionibus.
Quod ſi quis ita ſit ſpado, vt ante puber-
tatis annos exectus fuerit, ita vt nulla te-
nus generare potuerit, non minus impe-
dimẽto foret vicium, quod ex accidenti
eſt, quàm quod à natura contenderent, vt
nequaquam poſsit matrimonium contra
here & filios adoptare, & reliqua quæ vi-
rum deſiderat, & ſi leges dicant eum ado-
ptare poſſe, qui generare non poteſt. l. 2.
ff. de adoptionib. §. ſed & illud. Inſtit. de
adoptionib non ita ſunt intelligendæ, vt
locum habeant in eo qui facilè generare

*Spado an et adoptare poſſit.* et vxorem ducere

non poſsit, vt eo tempore quo quis ita fa
ciliter, aut generare poſsit, poſsit vtique
adoptare eo moderamine adhibito, ne re
fragãtibus naturæ legibus fiat, ſicuti dif-
finitum





finitum extat ex Conciliatore differẽtia.
35. & cui omnino deſunt teſtes, tametſi cõ
trouerſum ſatis ſit inter Galenum, & Ari-

contro uersia inter aristo. et Gale.

ſtotelẽ ſint ne teſtes ad generationem ne-
ceſſarij obtinuit Galeni ſententia, & ne-
ceſſarios eſſe diffiteri nõ poſſumus ex cõ-
ciliatore loco præcitato. Et cui talis obti-
gerit calamitas, nec matrimonium contra
here, neque adoptare poſſet, licet quoad
hæc illorum prætextu caſtrati nonnunq̃
abuterentur, aſſeuerante Satyrico Iuue-

*Iuuenalis.*

nale Satyra. 1.

*Cum tener vxorem ducat ſpado.*

*Martialis.*

Et ex Martiali libro ſexto.

*Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ*
*Luſus & immeritos execuiſſe mares*
*Vtraque tu prohibes Cæſar populiſque futuris*
*Succurris, naſci quos ſine fraude iubes*
*Nec ſpado iam nec mæchus erit te præſide quiſq̃*
*At prius o mores & ſpado, et mæchus erat.*

Caſtratos verò ſolùm intelligunt, qui na-

*Caſtrati qui.*

turaliter ſine teſtibus ſunt vulgatum ex-
tat carmen.

*Caſtratos natura facit, violenta ſpadones.*
*Improbitas, amor, Eunuchos, & fœda libido.*

Sed ex latinis authorib⁹ apertiſsimè oſtẽ-
ditur, etiam caſtratos, quibus ferro dimi-
nuta ſunt virilia. l. ſi ſeruos. §. ſi puerũ. ff.
6 ad. l. Aquil. Idem exiſtimat Ambro. Cale-
pinus litera. E. in verb. Eunuchus penulti
ma producta caſtratũ ſignificare, id inibi
explicans Eunuchos eſſe, qui de vtero ma
tris ita nati ſunt, & ſunt Eunuchi, qui ab
hominibus eunuchizati ſunt itidem qui
ſe caſtrauerũt propter regnum cœlorum,
in tuo ſit delectu, quòd in ea ſpecie ſequi
velis. Quibus ſuffragatur, quod paſsim le
gimus ſacerdotes, vt in caſta religione
manerent teſta ſibi virilia amputaſſe, &
procul à contagione mulierum agerent,
quibuſdam herbis ſolitos euirari, & virili
tatem amittere quod incendia libidinum
reprimere ferantur, & irritatos conatus
venereos facere. Quamquam Ageſilaus
in ea erat ſententia Deos non minus reli-
gioſis operibus, quam ſacrificijs caſtis de-

*Hierofontes.*

lectari. Et vulgo circum fertur Hierofon-
tes Athenienſium, poſtquam dignitate ſa
cerdotali inſignitus erat, cicutæ potione
ſeſe caſtrauiſſe, & viros eſſe deſiſſe, vt po
tè caſtè, ſanctéque ſacra facerent, & Plu-
tarchus problematum Romanorum, ca-
pitulo tertio. aſſeuerat Romanos ſacerdo
tes ob id capra abſtinere voluiſſe, vt non
modo attingere quin & nominare liceret,
ſiquidem capram tanquam libidinoſum
animal abhorrerẽt, explicat Feſtus Pom-

*Feſtus Pompeius*

peius, tradit Flamini diali Romæ nephas
fuiſſe hæderam tangere, vt potè hædera
herba eſſet laſciua, ex quo illud Horatij
lib. Epo. odæ. 15.

*Arctius, atque hædera pro cera aſtringitur ilex*
*lentus adhæreus brachijs.*

Cæterùm apud Græcos authores paſsim
circunferri ſolet, ſeruandæ caſtitatis gra-
tia ſacris initiatos ſolitos eſſe aſſumere ru
tam inter ædulia, vt potè ea veneris appe 7
titum extinguat, ſicuti author eſt Gale-
nus, libro de medicinis facilè parabilib⁹
Oribaſius idem profeſſus in medicinę cõ-
pendio capi. ſexto. Stobæus ſermone. 98.
exiſtimat, ſalicis fructum cum vino propi
natum libidinis impetum mitigare Dio-
ſcorides libro tertio. capi. quinto. Plinius
libro 20. cap. 13. & Plinius libro. 24. capitu-
lo nono. ſcribit folios alias contrita, & po
ta libidinis intemperantiam coërcere. Iti-
dem libro. 24. capit. decimo. rurſus idque
de ruta adnotabimus illud habeto herbã
illam ob caliditatem ſuam, & ſicitatẽ ho-
minis ſperma congelare, ſicuti illud Oui-
dij ſuffragatur, de remedio amoris libro ſe
cundo ad finem.

*Vtilius ſumas acuentes lumina rutas*
*Et quicquid veneri corpora noſtra negat.*

Et Plutarchus loco præcitato. cap. 95. pro

*Plutarchus.*

dit flamini diali Romæ vſus & fabæ erat
interdictus, vt potè ad libidinem excitet.
Et de ſacerdotum caſtimonia multa, Pro 8
fidius libro quarto. de abſtinentia, ab eſu
carnium explicat, & Ouidius libro faſto-
rum primo. Iouis ſacerdotem caſtum vo-
cat his carminibus.

*Idibus in magni caſtus Iouis æde ſacerdos,*
*Semimaris flammis viſcera librat ouis.*

Et Plutarchus decade. 5. capit. decimo. li-
bro de Iſide, & Oſiride prodit Aegyptios
ſacerdotes caſtitatem inoffenſam ſerua-
re, & in ſacerdotibus apud Ethnicos pu-
dicitiam præcæteris fuiſſe ſemper commẽ

*Vergilius.*

datiſsimam, ſicuti conſtat ex Vergilio li-
bro. 6. Aeneidos.

*Quique ſacerdotes caſti, dum vita manebat.*

*Ouidius.*

Ex Ouidio libro. 2. Faſtorum.

*Nomen idem ramo, qui ceſſus ab arbore pinu*
*Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.*

Quibus ſanè perpenſis plerique ſacer-
dotum exiſtimantes Dominicum verbũ
9 ſequi Matthæ.cap.19.quia ſunt Eunuchi,
qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum
Dei,& Auguſtinus,& Baſilius locis præci
tatis explicant. Et veritas euãgelica eum
ſenſum habet,vt errorum cauſæ pateant
hæc abſciſio, potius vitio, quam virtuti
tribuatur, eſt enim ille locus ſic intelligẽ
dus, in hunc ſenſum.qui proprio propo-
ſito ab vxore ducenda ſe continuerit: ita
quidem Eunuchi, quos euangelium lau-
dat, nõ ſunt hi,qui natura ſpadones ſunt,
nec ab hominibus execti, nec illi qui am
putato corporis membro ſeipſos exſecuę
runt,ſed verè illi cenſentur,qui ſe ipſos ca
ſtrarunt propter regnum cœlorum deui-
*Ex Baſilio libro vnico. de virginitate.*
cto affectu rei vxoriæ, quaſi illi qui a con
iugio abſtinuerint, ſic Auguſtinus loco
præcitato.c.23. & Baſilius Magnus libro
vnico.de virginitate.

Quibus ſatis ſuperque conſtat, ſacer-
dotibus,& quibuſuis alijs, nec lege natu-
10 rali,nec diuina etiam caſtitatis cauſa ip-
ſa virilium abſciſio licuiſſe: quin etiam
turpis apud gentiles cenſebatur,ſicuti au
thor eſt Valerius Maximus, libro ſepti-
mo.capit.ſeptimo. Nec oberit huic ſen-
tentiæ,quod glo.aſſeuerat in capit.ſi quis
abſcinderit.55. diſtinctio. de Origene,qui
Euſebio authore libro quinto. Eccleſiaſti
cę hiſtorię cap.ſexto.cum apud Alexan-
driam præeſſet,ſibi virilia amputaſſe ſe-
quutus Dominicum verbum pręcitatum.
Siquidem nulla ex cauſa licuit etiam ca-
ſtitatis,nec etiam religiõis, ſibi ipſi quem
quam manus inijcere violentas, ad occi-
ſionem,vel membri mutillationẽ.c. ſi non
licet.23.q.5.& nos in iſtius capitis fronti-
ſpicio adnotabimus.

11 Et illud adnotãdum eſt,Eunuchos den
ſa habere corporis ſpiramenta: frigus e-
nim compeſcit,& abſtringit, ex Alexan.
Afrodiſſeo,lib. problemat. primo capi.5.
& Hippocrates lib. de natura pueri.ea ra
tione cum calor ſit, qui pillos creet, eunu
chis deſunt,vt potè, quod eorũ frigidior
ſit natura.

Et hinc illud eſt, vt muliebre corpus,
ſicuti & viri pilis non obſidatur. Si quidẽ
mulieres,vt potè frigidæ denſa habẽt cor
poris ſpiramenta,friguſque compeſcit,&
abſtringit teſte Alexãdro Afrodiſæo lib.
primo.cap.quinto.loco pręcitato.& Hip
pocrates, cuius mentionem paulò anteà
fecimus. Ea potiſsimum ratio aſsignare
poſſet,qa ſunt viris frigidiores,ſicuti ſcri-
bit Ariſto.libro quarto,de generatio.ani
mali.c.ſexto. & in libro de breuitate, &
*Ariſtote.*
longitudine vitæ. Et rurſus lib. orbicula-
rium queſtio.4.cap.25.& cap.28.&.27.Hip
pocrates lib.primo. de dieta. & Auicena
lib.primo.fen.1.doctrina.3.capi.3.Galen.
lib.tertio.de cauſis pulſorum. Et huic ac-
*Theophraſt.*
cedit ſententiæ Theophraſtus de cauſis
planeta.libro primo.c.27.Quo fit meritò,
de albo primariæ doctrinę explodendam
eſſe glo.in verbo.nam de filia. in princip.
Inſtitu.de nupt.aſſeuerãtem fœminas ca-
lidiores eſſe viris. Siquidem hominum fri
gidior, calidior eſt, calidiſsima muliere te
ſte Fabro inibi, & plerique alij in ea ſunt
ſententia quos congerit Nebiza. in ſilua
nuptiali.fo.120.paruo.colu.ſecunda. Hinc
etiam conſtat,ex feruentiori caliditate vi
ros pulſum vehementiorem habere ipſis
fœminis, ſicuti exiſtimat Auicena libro
præcitato,& Philaretus in libro pulſuum
Hippocratis libro quinto cap.42. &. 62.&
rurſus.69. Conſiliator differentia.28. Ar-
nald.à Villanoua libro de regimine ſani-
tatis cap. tertio. & ex noſtris perticenſis
Faber in.§.maſculi.Inſtitu.de nupt. Car-
dina.Alexand. in cap. ad eius.colum. pri-
ma.diſtinct.ſexta. Collectarius in cap. pu
bens.de diſpenſat. impuber. Hoſtienſ.&
Ioan.Andr.ante hos in cap.literas.eod.ti-
tu.pleniori manu id explicat Simacus in
cænis Macrobianis libro ſeptimo. capit.
7. Hinc explicari poſsit inferna mulierũ
vt in plurimum craſsiora eſſe, in viris au-
tem ſuprema explicat Ariſto. de generat.
animali.lib.quarto.cap.1.ad finem.& Lu-
*Ludoui. Cel.*
douic.Cælius.lib. quarto lectio. antiqua.
caq.12.& Lyranus in ſecundum caput ge-
neſeos.Hinc etiã diffiniri poſſet, quid cau
ſę ſit mares corpore maiores,eſſe fœminis
ea ratione quia calidiores ſunt ipſis fœmi
nis ex Ariſt.lib.problem.10.cap.10. Theo-
phil.de fabrica. humani corporis lib.5.c.
25.Et quò digreſsi ſumus redeamus, cum
calor ſit,qui pilos creet Eunuchis deſunt.
Et ſuffragatur quod ſcriptum reliquit,in
in ea ſpecie Macrob.lib.7.ſaturnal.cap.7.
atque eunuchos minimè pati podragam
conſtat ſicuti author eſt Celius Aurelia-
ni



nus libro quinto Phronicõ.cap.ſecundo.
Plinius Valerianus lib.tertio.de re medi-
ca.cap.14.Quò fit cũ eunuchi veneri non
ſint dediti nimirum ſi podagræ nõ ſubij-
ciantur potiſsimum,cum ex venere poda
gra ſequatur, Ariſtoteles libr. quæſtio.10.
cap.37.& inibi eius interpretes Raſis. in
lib.diuiſionum.cap.ſecũdo. idemque pro
feſſus Paulus Aegineta libro tertio. capi.
78.& Auicena.2.2.3.tracta.2.cap.24. Almã
ſor libro nono.cap.90. Et præter ex ſacris
*Ex ſacris authoribus.*
authoribus idem profitetur, diuus Chri-
ſoſtomus in homelia,cui titulus eſt,quod
nemo læditur,niſi a ſeipſo.De quibus ſa-
nè Eunuchis. Qui iſtis noſtris non eſt ſa-
ciatus videat ad ambas,vt aiunt aures do
ctores præcitatos. Et verbo non amplius
addam ſpadones calui effici nequeunt, te
ſte Hippocrate libro ſexto Aphoriſmo-
*Plinius.*
rum.Et rurſus libro de natura pueri. Pli-
nius libro vndecimo. Et libro problema.
10.cap.56.ea ratione ducti,quia rem vene-
ream nõ agunt,ſi quidem à venereo actu
caluitium euenire ſcribit, teſte Plinio lo-
co præcitato. Et ante eum Ariſtoteles li-
bro de generatione animalium.5. cap.ter
tio.Quò fit venus calua olim apud Roma
nos celebrata eſt,ſicuti author eſt Vege-
tius Regnatus libro quarto, de re milita-
ri. Et Iulius Capitolinus, idem profeſſus
in vita Maximinorum.ad finem. Lactan-
*Lactantius.*
tius Firmianus libro primo.dierum genia
lium cap.20. Auguſtinus epiſtola.44. Apu
leius libro ſecundo Aſini aurei.idem ſcri-
bit. Quò fit qui frequentant veneris fœ-
dera non habent multum cerebri, atque
ea ratiõe boues execti cornua gerere ma-
iora videntur, vt etiam tradit Collumela
libro rei ruſticæ.ſexto cap. 57. vbi & hac
eadem ratione aſſerit id fieri, quod de ſpa
donibus ſupra diximus. Nam & hi inquit
rem veneream non agunt, ſemen enim la
bi per ſpinam è cerebro videtur, ex eo. A-
riſto.loco præcitato.

Inſignis eſt admodũ,& perplexa quæ-
ſtio,quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus,
non infrequenter diſcutitur iure pontifi-
cio qua afficiendi ſint pœna,ſi quis mem-
brum ſibi culpa propria abſcinderit irre-
gularitatis labẽ incidere conſtat, tametſi
nec inſignem inducat deformitatem, ea
abſciſio,nec miniſterium impediat ordi-
nis.Et iſthęc iuris pontificij concluſio ad
eos dũtaxat pertinet,de quibus ſanè pau
lò anteà meminimus,qui propria volun-
tate,vltro pudenda ſibi amputarunt,ſicu 12
ti ex canonibus apoſtolorum cõſtat. c.22.
quibus conuenit.c.maritum.33. diſtinct.c.
vltimo.87.diſtinctio.cap.ex parte.& capi.
ſignificauit.de corpore viciatis. Auguſti-
nus pleniori manu id adnotat libro de ec
cleſiæ dogmatibus.c.72. c. ſi quis abſcin.
derit.cap.qui patrem.cap. pœnitentes. &
fere per totum.55.diſtinct. & habere apud
nos extat regia.l.25.titu.ſexto. par. prima.
Quod intelligẽdũ eſſe exiſtimo, ſi culpa
tamẽ ſua abſciſionem iſtam, ab alijs paſsi
ſunt ex eo qui ab adulterium maritus vl-
ciſcẽs virilia eius amputauerit, teſtẽsve,
ſicuti in ea eſt ſententia Hoſtienſ. Ioann.
Andr.& plerique alij in cap. ex parte præ
citato.& Gundiſal. à Villadiego, intra de
irregula.cap.de corpore viciato.vt ſepius
id eueniſſe perpendimus. Anno etenim
1507.prope Pinciã filius viduæ cuiuſdam *Exemplum mirandum.*
&duo mariti in tres ſacerdotes, virilia am
putantes ſeuierunt tribus in locis de vil- 13
la,videlicet,& de cigunuela,ac de lagũna
de inimicis membris ſe vendicantes ob
iniuriam matris,&vxorum perſonas ſuſce
ptã. Quod & nos audiuimus, & conſtat
ex Bernado Diaz in practica criminali.c.
79. Et hæc opinio frequentiori doctorum
calculo probata eſt. Quam intelligẽdam
eſſe exiſtimo frequentius receptam ſentẽ
tiam ſi culpa notoria ſit ipſius qui ſa-
cris inſigniri debet.Et huius ſententiæ au-
thores habeo Gundiſal.à Villadiego loco
præcitato. Anton.Cardina.Hoſtien. in.di
cto cap.vltim.de corpore viciatis. Quàm
ſententiam hoc negocio ipſe adhuc non
admitterem niſi diſpenſatio epiſcopi ac-
ceſsiſſet,quando totius membri abſciſsio
contigiſſet, ſin minus quis amputauerit
membri partem tunc communi opinioni *Authoris opinio.*
locus erit,in qua ſpecie Hoſtienſis,Cardi
na.Anto.Aegidius à Bellamera in dicta.c.
vltimo. idem exiſtimãt itidem Aegidius
in capit.ex parte. numero primo. eodem
titulo.

Tertius ſubijcitur caſus in ea ſpecie de
membri abſciſione,quod ſi quis non ſua
ſponte,ſed caſu, aut per vim, & hoſtium
inſidias,vel à medicis virilia aliudve mẽ-
brum amiſerit ordinibus poterit inſigni-
ri ſacris,&promotus cum his acciderit ca- 14

ſus in ſuſceptis miniſtrare ordinibus ſicuti conſtat ex canonibus, apoſtolorum cap.21.c.eunuchus.55. diſtinct. c.lator.c. ſi quis in infirmitate.c.ſi quis pro egritudine,& fere per totum eadem diſtinctione. & quando,& à quo ſuper hoc corporis vitio,& ſuper hac irregularitate impetranda ſit diſpẽſatio nos non ſemel admonuimus,atque inferiorem prelatum non poſſe diſpẽſare ſuper hoc corporis vitio, nec ſuper irregularitate contracta à corpore vitiatis inibi conſtat, in quo negocio ſcribit Ioan.Staphileus.de literis gratiæ,& iuſtitiæ.ſecunda par.fo.193. Romanum Pontificem non conſueuiſſe, diſpenſare circa vitium corporis, & eius irregularitatem quotiens deformitas tanta eſt, quæ ſcandalum apud Chriſtianam plebem maximum generat quod perquam maximè cõſiderandum eſt in his diſpẽſationibus. Obiter tamen lectorem admoneo Gratianum in.c.ſi quis pro egritudine præcitato Martino Papæ eam inſcriptionem tribuere, falſam eſſe conſtat ex concilio Niceno.cap.primo.& in cap. ſi quis à medicis.55.diſtinctione cum potiſsimum referenda ſit ad Martinum bracharenſem ex ſinodis orientalibus.

*Prælatus inferior diſpenſare non põt.*

## Ex cap.ſequenti.

1 *Species corporis ſimulachrum eſt mentis ex philoſophorum, authoritate probatur.*

2 *Corpore viciatus non poteſt ad ſacros ordines promoueri, nec promotus in eiſdem miniſtrare.*

3 *Parentes quandoque filias deformes, & aliquo membro debiles deo dedicant.*

4 *Quid ſit deformitas inſignis epiſcopi arbitrio relinquitur.*

5 *Mutilus factus, non tenetur membrum abſciſum ſeruare, nec ſecum deferre.*

6 *Suſpenſus ab officio ob corporis vicium non efficit irregularem ſi celebret miſſarum ſolennia præter illam quam iam contraxerat.*

7 *Membri mutilationem homicidio comparari quoad irregularitatem.*

8 *Perpenditur Caietani doctrina præter alios.*

9 *Cui abſciſsi ſunt digiti neceſſarij ad conſecrationem irregularis eſt, ob defectum maximum.*

10 *Amputantem auriculam non eſſe membri abſciſionem, nec irregularem conſtat. itidem num 11.*

12 *Qui digitum non abſciderit, debile tamẽ mẽbrum ex percuſſione redierit irregularem eſſe.*

## Quædam adnotata quoad irregularitatem ex deformitate corporis,& mutilatione membrorum ex hiſtorijs aliquot repetita ſcitu non indigna. Cap. XXV.

VT ait diuus Ambroſius libro ſecundo, de virginibus. ſpecies corporis. ſimulachrum eſt mẽtis figuraq; probitatis, cuius ſententiæ teſtimonium citat è noſtris Lucas a Penna in. l. prima. columna prima. verſiculo ſecundo quæritur. C. qui etate. vel profe.ſe excuſſ.libro decimo.& Mart. Fan. in tractatu de modo ſtudendi. capit. 30.itidem Lucas à Penna, ex Boetij authoritate ſcribit in.l.prima. C. de profeſſ. qui in vr.Conſtanti.Neapo.li.12.& Socrates, moralis philoſophiæ facile princeps in phedro Platonis, ſubobſcure quidem aſſeuerat bonam corporis figuram, bonæ mentis argumentum eſſe. Et Latinus pacatus, in panegerico ad Theodoſium idẽ ſcribit, quibus conſonat carmen Euripidis, in profidio citatum in iſagogico, ideſt introductorio dialectico. c.3. Latinæ verſum ait.

*Priami ſpecies digna imperio.*

Et Homerus lib.24.illiados, Stobæo. ſermo.63.ait.

*Homerus.*

*Vtinam videre contingat mihi ipſorum nepotes nepotum.*

*Primum quidem forma dignos regum.*

Et Ouid.li.2.faſto.de Lucretia verba agẽs.

*Ouidius*

*Et facies animo dignaque parque fuit.*

Verſa vice illud memoria repetere libet, deformitas corporis animi deformitatem oſtendere, ſicuti ex medicinæ profeſſoribus ſcribit Raſis libro.ad Almanſorẽ 2.capitu.73.& iterum capitulo.54. faciem fedam malos mores ſignificare aſſerit Galenus libr. de temperamentis ſecundo, capitu.6.& libro.1.& ſecundo. de vſu partiũ. & ex noſtris Abba.in capitu.quia diuerſitatem in.1.nota de conceſsio.præbend. & Zenodotus tradit Corinthium quempiã fuiſſe ita vecordem & ſtultum ſicuti etiã forma erat fediſsima vnde ortum adagiũ, Corinthio deformior cuius Eraſmus adagiorum chiriade.3.Centuria.2.capit.8.meminit, ita terſite vt mentem ignauiam ſic, & corpus, ad portentum vſq; à capite ad pedes deforme effingit vnde adagium terſitis deformitas, ſicut ſcribit Homerus libro.2.Iliados & Corneli.tacitus libro. 12. & Martialis libr.12.epigrammatum, quendam Zoilum ex oris deformitate peſsimũ eſſe ſuſpicatur dum cecinit.

*Zenodotus.*

*Lepidũ adagium.*

*Crine ruber niger ore e breuis pede, lumine læſus,*
*Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.*

Et Bald.in.l.obſeruare colu.2.C.quorũ appellationes non recipiã.aſſeuerat quod ſicut habitudo turpis corporis, declarat quem procliuẽ adſcelera ita pulchra ad virtutes, ſicuti & nos de quæſtione tractãtes trademus explicat Hipp.in.l.1.in principio.col.penul.ff.de quæſtio. & Neizanus inter conſilia feudalia Alberti.Brug. conſilio.12.cuius initium eſt patres commederunt co.4.& denique deformitatem deteſtabantur & prorſus aborrebant antiqui. Ex pulchritudine vero & corporis elegantia tantum fauoris pollicebantur, vt formoſo occurruiſſe fœlix omen haberetur deformi vero infœlix hinc in deformes fædoque homines aſpectu adagium ortum qui te conſpexerit, Augurium capere poterit & Iuuenalis carmina ſatira 5.ad id alluſiſſe videntur dum cecinit.

*Fœlix homẽ.*

*Tibi pocula curſor.*
*Getulus aut dabit aut nigri manus oſſea mauri*
*Et cui per mediã nollis occurrere noctem.*

Et Græcum epigrammata latinæ verſo.

*Clauda tibi mens eſt, vt pes natura notaſque,*
*Exterior certas interioris habet.*

Iã iam opus eſt, vt ad propoſitam quæſtionem deueniamus an & corpore deforms, vel viciatus panes deo ſuo offerat cũ corporum vicia,& maculas habere Symbolum viciorum animi,& hi ſacerdotes poſsint ſacris ordinibus inſigniri. & Plinius libro.28.capitu.10.tradit, ſe inueniſſe apud authores is qui lentiginem habeant (ea eſt vultus deformitas) negari magicę ſacrificiorum vſu & Apuleius in Apologia.1.ſcribit puerum magico carmine initiandum, oportere eligere inter cætera decorum ſicuti paulo antea meminim[9] & Pauſanias libro nono. Daphnophorũ Apolinis forma,& genere ſacerdotes eligendos eſſe.

*Plinius.*

*Pauſanias*

2 Ea ſiquidem irregularitas à corporis vicio,& labe deducenda eſt. Etenim corpore viciatus iure pontificio irregularis cenſendus eſt ita quidem vt non poſsit ad ſacros ordines promoueri, nec promotus in eiſdem miniſtrare: etenim vt rem ab origine pandã vt oẽm moueam[9] lapidem Leuit.c.21.cauetur quod dixit dñs ad Moyſ. oĩs qui habuerit maculam à ſemine Aarõ ſacerdotis nõ accedet hoſtias offerre dño nec panes deo ſuo,& paulo antea plenio ri manu declarauerat apud ethnicos idem obſeruabatur teſte Plinio lib.7. naturalis hiſto.c.28.idemque profeſſus Seneca lib.4 declamatio. declamati.2. apud gentiles eã legẽ obtinuiſſe ſacerdos integer ſit, quaſi ſacerdotes ſacrorũq; miniſtri corpore ſint integri idq; obtinuit olim apud Roma.ab ætate Romul.qui ſacerdotes ellegit genere excellentes nec corpore vlla ex parte trunco vt aſſeuerat Diony.Alicarn. lib.2. Roma.antiquitat. Et inibi laudat Romul. Romanorum legum latorem.ꝙ ſacerdocia nõuenialia nec ſorte diuidẽda fecit ſed cuiuſq; curiæ binos creauit ſupra annũqnquageſimũ natos excellẽtes gñe ſimul,& virtute pſtantes nec tñ inops aut vlla ex pte trũco & Plin.li.7.c.28.de ſerg. loquẽs cũ in pretorio ſacris arceretur à collegiis vt debilis.i.mãcus & inutilis.quorũ meminit Tiraque.in.l.2.cõnubiali.n.49. ad fi.& Alex.ab Alex.teſtatur.lib. 6.die. geni.c.14. apud Perſas vſu receptũ id fuiſſe, quo premiſſo ad examẽ huius.q.conſtituo concl. corporis vitium impedit quem ſacris ordinibus donari tex.in dicto capit.21 Leuitic.cuius ſeriẽ interpretatione morali proſequitur Diuus Grego.c.11.primæ paſtoralis.c.hinc etenim.49.diſtinctio.vbi Diuus Greg.luculenter probat cui[9] ſñiæ fuit Diuus Hieronymus ad Fabiolam de veſte ſacerdotali præcipitur ſacerdotibus vt pote nul-

*Apud ethnicos quid obſeruabat.*

te nulla debilitate inſignes ſint Innocen.
in capitulo ex parte de corpore viciatis,
text . in capitulo vltimo , & inibi gloſſa.
expreſsim adnotat eodem titulo & pro-
batur iſthæc concluſio . in capitulo . ſe-
cundo . & toto titulo , de corpore viciat.
capitulo ſecundo de clerico egroto . Et
inibi Abbas Hoſtienſe. in ſumma titulo.
de corpore viciatis notat etiam pręter a-
lios Albertus Trotius de vero & perfecto
clerico.libro ſecundo.capitu.decimoſex-
to Innocent.Cardina. & doctores paſsim
capitulo.primo.& ſecundo de corpore vi
ciatis Henrric.in capitulo. Thom.eodem.
titulo Gonſal.à Villadiego.in tractatu de. C. ii
irregularita. capitulo.viciati. Idem cōſtat
ex regia.l.vigeſimaquinta.titulo.16. part.
prima. & præter hos non deſunt ex theo-
logis,qui hanc profiteantur ſententiam:ſi
quidem idem aſſeuerat Richard. in quar-
*Ex theologis* to Sententiarum . diſtinctione vigeſima-
quinta.quæſtione quinta.articu.5. & Palu
dan inibi quæſtione.3.ad finem , & omniū
diligentiſsimè Andreas Tiraquel.in ſecun
da.l.Conubal.numero.59.quibus ſuffraga
tur,quod olim vſu receptū erat apud Ro-
manos apud quos virginem veſtalem ca-
pi, fas non erat,quæ aliqua corporis labe
inſignita eſſet vt ex Antiſtit. Labeonis au
thoritate adnotat Gellius libro primo.ca-
*Gellius.* pitulo.12.nocti. Attica. cui accedit Fene-
ſtella de magiſtratibus Romanorum ca-
pitulo.ſeptimo. & Hieronymus loco præ
citato in parentes inuehit,qui quidem de
formes filias virginitati conſecrā tis enim
3 etiam id ſcribit ad demetriadem virginē
plerūque ſolent miſeri parētes de formes
& aliquo membro debiles filias quia di-
gnos generos nō inueniant virginitati tra
dere cui concinit Apuleius in apologia.2.
Pauſanias libro nono. Daphnophorum
Apollinis Iſmenii ſacerdotis cognomen
fuiſſe quem & forma & genere inſignem
annum legebat,quorum ratio ea potiſsi-
mum eſt ſpecies corporis ſimulacrum eſt
mentis figuraque probitatis . vti auhtor
eſt Ambroſius libro.2.de virginibus cuius
meminit Martinus Fanno.in tracta.de mo
do ſtudendi capitu.30.verſicu.item & cō
ſiderandum eſt Cynus in.l.1. quæſtione.3.
ff.de iuriſdi.omni.iudicum Alexand . con-
ſilio.209.ponderatis columna.2.libro.6.Lu
cas de pœna in.l.1.columna.1. capitul. qui
ætate vel profeſſione ſe excuſſant libr.10.
& in.l.1 . C. de profeſſoribus qui in vrbe
Conſtanti.libro.12.& ante hos Socrates in
Phedro Platonis interpretes ſuper Gene
ſeo capitu.6.& Canticorum.capitu.1. & il- *Ouidius.*
lud Ouid.2.faſt.de Lucretia.

*Et facies animo dignaque parque fuit.*

Et lib.6.eiuſdem operis.

*Par animo quoque forma ſuo reſpondit in illa.*
*Et genus & facies ingeniumque ſimul.*

Et plura conſtat Stobæo ſermone.63.& *Corne.Tacit.*
ſuffragatur,pleraque congeſta ex Corne
lio.libro .12 . & id conſtitutiſsimum eſt ex
quinto Valerio Martiali libro.12.epigrā-
matum Zoilum quendam ex oris defor-
mitate malus eſſe ſuſpicatur.

*Crine,ruber,niger,ore, breuis de lumine læſus.*
*Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es.*

E conſtat Exphodoro apud Stobæum ſer
mone.88.

*Faciem aſpectu deformem poſsidens.*
*Mores etiamu eiuſcemodi habes.*
*Clauda tibi mens eſt vt pes,natura notaſque.*
*Exterior certas interioris habet.*

Et in hoc negocio quid ſit deformitas
inſignis arbitrio epiſcopi relinquendum
eſt vti argumento optimo deſeruit tex.in 4
capitu.2.& inibi Antonius Cardina.& ple
rique alii huius farinæ de corpo. viciato.
quod frequentiſsimo omnium conſenſu
receptum eſt tex.celebris in capitu.ſi euā-
gelica.55.quod tamen intelligo quoad or-
dines ſuſcipiendos,quoad ſuſpectos tantū
inducitur irregularitas in illo actu ordinis
qui vel inſignem deformitatem impedit
vicio corporis quod colligitur ex tex.& i-
nibi Abb.in.d.c.de cle.egro.notat Maria.
Soci.in.d.c. ad audientiam nu. 21 .Gonſ.à
Villadi.in tract.de irreg.c.de corp. viciato. C. ii.
qua rōne ſic perpēſa qui patitur viciū cor
poris in his digitis qui ad cōſecrationē &
elleuationē hoſtiæ ſunt neceſſarii ſolū ab
ſtinebit à celebratione miſſarū non autē
à diaconatus aut ſubdiaconatus miniſte-
rio.his accedat quod qui ob deformitatē,
inſignem ab altari arcendus eſt vti cōſtat
ex Leuiti.c.21.dixit dn̄s ad Moyſem & pau
lo antea inibi loquere ad Aarō hō de ſemi
ne tuo q habuerit maculā non offerat deo
ſuo nec cadat ad miniſteriū eius ſi cæcus
fuerit ſi claudus ſi vel paruo vel grandi,
vel torto naſſo,ſi fracto pede manu.ſi gil-
b9 ſi lipus ſi albuginē habēs ī oculo ſi iugē
ſcabiē



ſcabiē ſe impetiginem in corpore vel her-
moſſus,hactenus apud Leuit.Siquidē cor
poris deformitas animi deformitatem de
clarat Abb.in c.quia diuerſitatē in.1,nota.
de conceſ. præbendæ. fieri minime po-
teſt vt qui omnino deformis eſt bonus ſit
ſicuti ſcribit Galenus libro , de tempera-
mentis.capitu.26.naturam membra cor-
pore,prout moribus animæ conuenit iti
dem.libr.primo.& .2.de vſu partium cui
ſuſcripſit raſis libro ad Almanſorem .2 .c.
33.& iterum capitu.54 tex.in.§. vltimo.41.
diſtincti.incompoſitio corporis inequali
tatem indicat mentis Baldus in.l.obſerua
re columna.2.C.quorum appe.non recip.
Hippol.in.l.1. in principio . columna.pe-
nult.ff.de quæſtioni.& Ioan. Anebizanis
idem profeſſus inter conſilia feudalia Al-
bert. Bruni.conſilio.12.column.4 Eraſm9.
*Lepidū adagium.* adagiorum Chil.3.centur.2.capitu.8. Co-
rytheo.deformior.& licet præter deformi
tatem inſignem hi omnes ab altari arcen
di ſunt,non tamen impediūtur abſolutio
nis ſacramentum miniſtrare in qua quæ-
ſtione fere oēs doctores in præcitatis locis
aſtipulantur.

Secundo huic quæſtioni illud adnotā
5 dum eſt,quod ſi forte fortuna contingat.
aliquem inutilem eſſe membro , quod nō
faciat eū irregularem ex eius defectu non
tenetur membrum abſciſum, nec eiūs ali-
quam partē ſecum deferre, vt paſsim vul-
go fertur vt adſtipulatur,gloſſ.in cap.enu
chus.55.diſtinctio.verſi.ſi in perſecutione.
Abb.in dicto.c.2. Henrricus in ca. vltim.
de corpo.viciato.Villadiego.in dicto ca.
de corpore viciato.Albertus.Trotius.in di
cto.capit.16.numero.8.illud etenim mem
brum, vel eius partem ſeruare neceſſariū
non eſt,necquidquā prodeſſet,ſi ex illius
membri abſciſione contingiſſet irregula-
ritas,ſuper hac vero irregularitate im-
petratur diſpenſatio ab ipſo Romano
Pontifice non ab alio,teſte Innocentio.in
capitulo.ſignificauit de corpore viciato.
*Frequētiorū opinio.* cuius ſane opinio communi doctorum cō
ſenſu approbata eſt vt inibi aſſerit Cardi-
nal.& Villadiego.de irregulari.capitu.vl-
timo licet ab hac communi diſcedat glo.
in dicto.capitulo ſignificauit eiuſdem ca-
pitu.autoritate quæ minime obſtat, ſiqui
dem intelligenda eius ſententia de epiſ-
copi diſpenſatione autori.Apoſtolica prę
ſtita ac ſibi delegata,vt Abba . & alii paſ-
ſim doctores ibi tradidere,qua ſententia
communiter ſic perpenſa,ea eſt iuris regu
la,inferiorem prælatum non poſſe diſpē-
ſare ſuper hoc corporis vicio, nec ſuper ir
regularitate contracta â corpore viciatis,
qua in re ſcribit Ioann. Staphile.de literis
gratiæ & iuſtit.ſecunda parte.fol ,193. non
conſueuiſſe Romanum pontificem diſpē
ſare circa vitium corporis & eius irregula
ritatem,quotiens deformitas tāta eſt,quæ
ſcandalum maximum generat apud Chri
ſtianam plebem quod perquam maxime
conſiderandum in his diſpenſationibus
eſt.

[Idem Navarr. in man. c. 27. n° 180 et cons. 1 n° 3. de corpore vitiat.]

Quibus admodum huic rei maxime cō 6
ducunt ſuſpenſum ab officio & actu ordi
nis eccleſiaſtici,etiam à iure præter corpo
ris vicium non ob crimen,non effici irre-
gularem ſi celebret miſſarum ſolēnia ,nec
nouam contrahere irregularitatem, ſed tā
tum eam qua affectus ob vicium corporis
fuerāt quod plurimum refert.

Quoad irregularitatem mutilationem 7
membri alicuius homicidio cōparari at-
que equipolere capi. in Archipiſcopatu.
de rapto.cap.cleric.ne cler.vel mona.tex.
ad id celebris in cap.1.de cleri.pugnan. in
duelo,aliis in locis quibus meminit gloſ.
in concilio Bienenſi. in clementi. vnic.de
homic.ſingularis teſte Angel. ver.homici
dium.5.quæſtione.3.& Syluester verb.ho-
micidium.5.quæſt.3.ad cuius rei cognitio
nem quædam infra dicendorum prēmit
tam neceſſaria argumenta, vt iſthæc con-
cluſio facilius explicetur oportet exami-
nare,quod dicatur membrum & illa pro-
prie membra dici, quibus diuerſo & pro-
prio officio corpus mouetur aut iuuatur *Quid dicatur membrum.*
exiſtimat Barto.in.l.publicorum numer.
decimotertio.ff. de public . iudic. & inibi
Imol.& doctores communi conſenſu ſe-
quūtur & omnium diligentiſsimè Corſe
tus in repertorio . Abba. in parte mem-
brum,& vt rem exemplo ſubiiciamus in
oculo viſu pedibus ad deambulandum au
ribus ad auditum lingua ad ſermonem.I-
dem profeſſus Baldus in capitulo primo,
de noua forma fideli. numero quint. tex.
ad id præſtantiſsimus apud iuris Conſul-
tos in.l. idem offilius.ff. de edilitio. edict.
l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu.homi. extatq;
apud philoſo. elegās Ariſt.ſnīa li.1.de par.
ani-

anima.capitu.5.itidem libro.4.meteorum cap.vltim.etenim Galeno.quem citat Ludoui.Celi.libro.lectio.antiqua.2.ca.21. mēbrum corporis particula eſt,quæ nec omnino circunſcriptionem habet propriam nec omnino aliis coniuncta eſt, & poſtremo Apoſtoli ſententia confirmatur, ſiquidem Diuus Paulus.1.ad Corinthi. cap.12. aſſeuerans membra incorpore diſtinctam operationem habere.Idem Apoſtolus ad Romanos cap.12.omnia autem membra, inquit,non eundem actūhabent. Ad rem igitur tunc abciſsio membri fieri dicitur, cum corpus mutilatur& membri propriū officium impeditur vti hac in ſpecie explicat Bal.in .l.ſerui fugitiui .ad finem.C. de ſeruis fugiti.ſic etiam ex eodem Bart. conſtat in dicta. l. publicorum.Alia vero membrorum officia,& ornatus ſunt,non membra, quæ decorem corpori humano inducunt vt Barba.viri mento coma.capiti teſte Bart.& frequentiori docto.conſenſu ibidem Cicero.libro.3.de fin. bonorum & malorum partem quamlibet corporis, etiam quæ non præſtat obſequium diſtinctum corporis membrum eſſe dicit,hæc Cicero.& nequid amplius hac in re deſideretur; ex propria membri cognitione, aliquot in hac controuerſia ſpeciatim deducam.

8 *Caiet.opinio exploſa.*

Primum ab eodem fonte, ſiue radice procedit minime veram eſſe Caietan. doctrinam.2.2.quæſtione.65.artic.primo.exiſtimans acciſionem digiti efficere irregularem,cuius opinio quam à ratione deuia viderint omnes qui in excutiendis veris intellectibus merito laborant & recto limatoqne ſunt iudicio , cui innititur text. celebris in dicta.l.non ſunt liberi. & in dicta.l.offilius,cuius etiam contrarium cōſtat ex Bart.in præcitata.l.publicorum I-mo.&plerique alii ibidem aſſeuerantes digitum non eſſe membrum Bald. in capit. 1.de noua.forma fideli numero.5. Cardin. & paſsim doctor.in.dicta.clemen. vnica.đ homicid.docto.in.cap.1.qui cleriri,vel vouen.Felin.in capitu.ego enim de iur. iura. colum.2.itidem in capitu.cum illorum de ſententia excommunicatio.Anto. Rubel. conſilio.85.chaſa.in.conſuetudi. Bur. rubrica.prima. § 5. verſicu. per hæc quidem notat Villadiego. de irregula.capitulo. de percuſſore. columna .1. quorum aduerſus Caietanum communis eſt.

Secundo hinc poterit expendi, an is irregularis ſit,qui alteri eos abſcinderit digitos, ſine quibus ipſe ſacerdos eſſe non poteſt nempe tres digitos ad conſecrationem neceſſarios propter honeſtatē,ſiquidem qui hos digitos non habet irregularis eſt,ob defectum maximū eius partis quæ neceſſaria eſt ,ad decorem celebrandum. quod ſi eam partem abſcinderit non habentem deformitatem nec defectum ,nec itidem membrum abſcinderit irregularis cenſendus minime eſt , exploſa Bonifacii ſententia contrarium aſſeuerante in clem. vnica.6.col.de homic. atque Anna.in ca. cum ex iuncto de hæreti.colum.4. Sylueſ. verbo.homicidium.3.quæſtione.3.parte.3. qui omnes in ea ſunt ſententia percuſſorē irregularem eſſe quotiens ex percuſsione, percuſſus manet irregularis aut non poteſt eſſe ſacerdos,qua in ſpecie Caietan.in dict.quæſt.65.ar.1.facilius exiſtimat cōtra hi irregularitatē à mutillāte quā ab mutillato,ea ipſe ductus rōne qui mutillat digitū alteri eſt irregularis non tn̄ ſemper qui ipſius digiti mutillationē paſſus eſt,quod ſatis ſuperq; cōſtat ex his quæ adnotabimus.c.corpore vitiatus.opinionē Caie. dānationē mereri ex eo opinor, nam qui alteri digitū abſcinderit non eſt irregularis qa mēbrū nō abſcindit. Is ſane qui policē abſciſū habet impeditur miniſtrare ac ſacris ordinibus inſigniri deformitatē ac defectū digitorū ſicut tradidimus loco præcitato 9

*Exploſa Bonifa.ſnīa.*

Tertio proxime deducitur irrregularitatis immunē eſſe amputantē auriculā, ac non eſſe mēbri abſciſionem, ſiquidē auris membrū non eſt proprie quod & Bal.exiſtimat in præcit.l.ſerui fugiti.ad fi.cui ſentētiæ ſuffragatur rō tex.in.d.l.idē offilius. ff.edili. edicto. 10

*An ı̄putane auriculā an ſit irregularis.*

Quarto ex his dubia prſus cēſetur Bal. opinio.in.l.data opera nu.75.C.qui accuſ. nō poſſ. dicēs mamillā in fœminis mēbrū eſſe, ea opinio vera eſt quoad ſignificationē latā longe quidē aliter quoad ſtrictam & propriam atque ideo exiſtimo qui mamillam fœminæ abſcinderit in labem irregularitatis incidere quāuis aliquibus hoc videatur dubium. 11

Poſtremo & illud adnotandū eſt an is ſit irregularis qui licet membrum alteri non abſcinderit tamen id debile membrum ex percuſsione redierit, & hunc irregularem eſſe exiſtimat Abba. in.c. cum
12 illorum de ſenten. excommunica. Syluester verbo. homicidium .5. quæſt. 5.idque probant noſtrę claſſis doctores ex eodem tex.ſummentes rationem in clemen.vnic. de homicid.ea argumentatione vtuntur, quaſi Romanus Pontifex inibi vt diuerſa ſubiecerit mutillationem, & detruncationē,ita ſane vt mutillatio pertineat,ad vulnus,quod efficit membrum debile detrūcatio vero,ad percuſsionem quæ omnino membrum abſcinderit. Sicuti hoc in negocio exiſtimant doctores præcitati.Nos tamen in eadem paleſtra luſuri certandi occaſione nacti , non tanti extimanda,ſed ob hominum ſyncerum votum,non vtiq; contemnenda opinamur Abba. inductionem minime probari in dicta Pontificia conſtitutione etenim in ea tantum mutillationis mentio fit non tamen detruncationis,atque ideo Felinus in dicto. ca.cum illorum aſſerit numer.12.detruncationem & mutillationem idem eſſe gloſſ. quæ expreſsim hoc ipſum vult in cap . accuſaſti. verſi.debilitatus.de acc uſatio.mutillus autem dicit,cui membrum eſt abſciſſum mācus qui membrum habet debile ſicuti etiā apud latine linguæ conſtat authores & nō eſſe irregularem eum qui alterum mancū ex percuſsione efficerit profitetur Abba. Calder.Cardina. & Præpoſitus.in.capitu. 1.qui cleric.vel Vouen. Cardina. in dicta. clement.vnica.quæſtione.31.Stephan. Aufre.in Capell.Toloſ.207.Villadiego.de irregula.C.de percuſſore.columna. 1. atque iſtam eſſe frequentiori doctorum conſenſu comprobatam ſententiā opinor & procedere etſi membrum corpori adherens omnino inutile ſit, in hac ſpecie nulla effici irregularitate tametſi Syllueſter contrarium tenere conetur, in dicto.§.3.verſicul. tertium.

*Mutilus qui dicat.*

## Ex capitulo ſequenti.

1 *Homicidium caſuale committens pœna criminis ordinaria non afficitur.*

2 *Iudex qui ex imperitia iniuſte criminis reū condemnauerit, qua afficiatur pœna.*

3 *Medicos lex non ſolum abſoluit ab homicidio verum mercedem eis ſtatuit.*

4 *Medicorum imperitorū pœna.*

5 *Clericus in minoribus conſtitutus chirurgiæ artem exercens pro negligentijs in eius artis vſu commiſsis, coram ſeculare iudice cōueniri poteſt.*

6 *Medicos inſigniri poſſe ſacris ordinibus dubio procul conſtat.*

7 *Qui à vulnerato ſagittam extraxerit an irregularis cenſendus ſit.*

8 *Quid de eo, qui luſerit, cum fœmina prægnāte, & abortum fecerit quoad irregularitatem, & quoad pœnam diſcutitur.*

9 *Concitātem canem ſi tranſeuntem momorderit qua afficiantur pœna.*

10 *Ioculatores fera animalia ſecum ducentes, à ciuitatum ingreſſu arcendos fore.*

## De homicidio caſuali quędam non inconcina.

## Cap.XXVI.

CVm principium ſit dimidium totius ex antiquo Grecorum prouerbio, cuius meminit Plato.libro. de legibus. ſexto. Ariſtote.libro Moraliū 1.& ex latinis ſcriptoribus Horati. Epiſtolarum lib.1.

*Dimidium facti qui cœpit habet.*

Quem corrupte allegat gloſſ. in.l.1. ff. de origine iur.& Auſonius in epigrāmate ad cupidinem.quod ex Græco traduxit, dimidium facti nos feciſſe arbitramur cum ad dimidium hui9 libri primi Epitomes đlictorum peruenerimus. Nunc autem ad præſentis capitis in hac materia interpretationem accingamur. quoniam vero ſolemne eſt oſtendere quo nexu præcedentibus ſequens caput cohereat, vt ordine ac methodo ſatiſſactum eſſe appareat repetēda hic erit aliorum capitulorū cōtinuatio ſiquidem in præcedentibus de homicidiorum poenis quaſi per cancelos viſum eſt, nunc vero agere eſt animus vt ordo poſcit & promiſsis ſatiſſaciam quibus in caſib9 homicidii reus à criminis pœna immunis ſit, & primo đ caſuali homicidio aliquot tractan

tractanda ſunt huic rei maxime neceſſa-
ria homicidium caſu commiſſum abſque
dolo. vt pote ſiquis è feneſtra lapidem
proiiciat, vel gaudens equo in via publi-
ca clamando tranſeuntem interimat, is ho
micidij reus pœna criminis ordinaria nõ
afficitur, ſed alia vtique mitiori. l. in lege
Cornelia. ff. ad. l. Cornel. l. 4. §. primo. eod.
titulo. l. ſi putator. ff. ad. l. Aquili. & in. l. qui
foueas eodem. titulo. l. 1. ſi magiſter. l. idem
iuris. §. mulionem. eod. titu. l. ſi ex plagiis.
§. cum pillii. eod. §. item ſi putator. inſtitu.
de lege Aquilia. cap. lator. capit. ex literis
in. 1. & 2. cap. ſignificaſti in. 1. cap. dilectus
cap. Ioannis. cap. final. de homicid. ex no-
uioribus Ludouicus Carrerius. numer. 4.
& 5. in. §. homicidium. 3. in practic. crimin.
pagina. 238. Anton. Gomezius. cap. 3. deli-
ctorum nume. 16. & ante hos Barto. & ple-
rique alij in. l. reſpiciendum. §. delinquũt.
ff. d poe. Salice. in. l. 1. C. de ſicar. itidem in
l. non ideo minus. C. de accuſatio. verſicu.
ideo ſi in curſu. Bonifa. in rubrica. de Inſu.
& percuſsio. colum. final. Angel. in malefi
cio. tracta. in gloſ. ſcienter regia. l. 4. & 5. ti-
tul. 8. parte. 7. l. 6. titu. 15. part. 7. l. penul. tit.
13. libro. 8. ordin. regali. ex quo aliqua con
iicienda ſunt huic rei maximè neceſſaria
& primo Anapeti controuerſia diſputari
ſolet hoc in tracta. quod ſi in collutatione
exercicij gratia alter alterũ interimat nul
la pœna tenetur ſed vtique actione vtili.
l. Aquiliæ. ad damn. l. qua actione. §. ſiquis
in collutatione. ff. ad. l. Aquil. & inibi gl. &
paſsim docto. aliqui tamen ſubiiciũtur ca
ſus in quibus quidem ex ſola culpa vel ne
gligentia paulo mitiori pœna corporis,
afflictiua afficiendus eſt, vt pote in Com-
mentarienſe ſi incarceratus incuria & ne-
gligentia ipſius cuſtodis fugam arripiat.
eadem pœna, qua & reus puniendus erat
afficitur. l. penul. verſi. 1. C. de cuſto. reorũ.
vbi ſcribit: nam ipſum volumus huiuſmo
di pœna conſummi quã obnoxius docebi
tur fuiſſe, qui fugerit & inibi Angel. Salic.
& Bal. regia. l. 12. tit. 19. par. 7.
2 Verum enimuerò & id diſcuti poterit
ſi ex imperitia & maxima iudicantis cul-
pa iniuſte ad mortis pœnam reum condẽ
nauerit iudex corporis pœna afflictiua af
ficiendus erit cum conſummendo officiũ
iudicandi, ſe peritum aſſeueret cum nõ &
commiſſerit dolum in genere ex Florian.
in. l. idem iuris. §. 1. ff. ad. l. Aquili. Hippo.
in. l. in lege Cornelia. ff. ad. l. Cornel. de ſi-
car. numero. 4. Carre. & Gomezi. his in lo
cis quibus & antea meminimus Abiles in
capitulis prætorum fol. 28. num. 12.
Illud etiam non intempeſtiue diſpu-
tatur, quod ex eodem fonte emanare vide
tur, medicum chirurgum peritos ſe aſſerẽ
tes, ſi eorum culpa morbo laborans moria
tur pœna afficiendi ſunt, vt per Florianũ
in. l. idem iuris. §. 1. ff. ad. l. Aquil. Hippoly.
in præcitata. l. in lege Cornelia. numer. 4.
ſed antea quam ad iſtorum criminum pœ 3
nam condeſcendam, de medicis aliqua cõ
iicienda ſunt medicos enim nõ modo lex
abſoluit de homicidio, verum mercedem
quoque eis ſtatuit vt merito Iouianus põ *Liberius me-*
tanus dixerit in charonte Mercurius à *dici viuunt.*
Charonte interrogatus quod genus homi
num liberius viuerent, inquit, liberius,
medici viuunt vt quibus permiſſum ſit ho
minem impune occidere. Philemon autẽ
apud Stobæum ſermo. 100. duobus carmi
nibus Græcis ſignificat ex latina tranſla-
tione ſic ait.

*Soli medico & aduocato.*
*Occidere licet impune.*

Nulla præterea lex eſt, quæ nõ puniat
inſciam capitalem medico tantum homi
nem occidiſſẽ ſumma impunitas eſt, qui-
bus adſtipulatur, Baptiſta Mantuanus e- *Mantuanus.*
gloga. 6. cui cornix titulus eſt.

*Sunt, & equeſtre genus medici qui tãgere venas*
*Nonnunquam illicitas audent & ponere quædã*
*Non intellectis temeraria nomina morbis.*
*Is etſi tenebras palpant eſt facta poteſtas.*
*Excrutandi egros homineſque impune necandi.*

Ariſtoteles. libro. de ſenſu, & ſenſato. *Ariſto.*
Scribit maximam hominum partem à me
dicina interimi. In quam ſententiam cele
bratum eſt vulgo prouerbium ſumma me
dicina eſt, non vti medicina. & apud Aegi
ptios morbos vel ieiunio curant vel vomi
tu, idque aut quotidie aut tribus diebus,
aut quatuor interiectis, aſſerunt enim ex
ciborum ſuperfluitate omnes creari mor-
bos eam ergo ad valetudinem curam eſſe
optimam quæ morborum principia auſe
rat teſte Diodoro Siculo de antiquitatib⁹
rerum dum de Aegiptiorũ moribus tra-
ctat & nos de medicis aliqua coniecimus
cap. 13.
Cæterum ad inſtitutum regrediens col
ligere



ligere non incommode poſſumus, quod
& Lucas â pœna in rubrica. C. de profeſſo.
& medic libro. 11. & Ripa, de peſte. §. medi
corum numer. 24. ſcribunt, medicorũ peri-
tiã ex eo cõſtare ſi egritudinis cauſas, ſciãt
experimere teſte Hippocrate. in prologo
pronoſticorum, & qui ſe medicum peritũ
profitetur tria vt pote ſcire præſupponit
in ſingulis egritudinibus preterita hoc eſt
egritudinis originem præſentia, id eſt, in-
firmitatis ſtatus futura, ſit ne morbus cu-
rabilis, an præſeferat mortem, teſtibus
Tancre. Innocen. Hoſtien. Cardina. Flore.
in capitu. ad aures de ætate. & qualita. &
inibi Ioann. Andr. Et nouioribus. Grego.
Lupus in. l. 6. titulo. 8. parte. 7. & ante hos
Plutar. in eo libro. quem fecit ex ſalubri
bus præceptis, inquit, Cotraphilus, medi
cus interrogatus, quis perfectus medicus
fieret, dixit ille qui poſsibilia, & impoſsi-
bilia diſcernere poteſt cuius meminit Sto
bæus ſermo. 100. ad fin. indicare enim de-
bent egritudinis augmentum, ſtatum, &
diminutionem, qui artis medicinæ incum
bit curatiõi eius ſciẽtiã dbere debet ex. l.
1. ff. de decretis ab ordine. faciend. & in ſcri
nio pectoris artis traditiones habere ſi-
cuti diffinitur. in præcitato. capitu. ad au-
res & medici peritia conſtabit ſi oportu-
ne languentibus medicinam præbeat. ca-
pit. abſit. 50. diſtinctio. & his deſeruire vi-
dentur illa carmina.

*Temporibus medicina valet data tempore pro*
*ſunt.*
*Et data non apto tempore vina necent.*

Et enim ſingula cum tempus poſtula-
uerit expedienda ſunt. capitu. quis igno
ret. 32. quæſt. 4. l. omnes iudices. C. de feriis
l. iuſtas. C. de iure. fiſci. & medicorum ſcien
tia conſtabit vtique ſi nouis morbis noua
ſciat, adhibere remedia. capitu. cæterum.
de iuram. calumnię. l. 1. ff. de ventre inſpi-
cien. & imbuti hac ſcientia contra quamli
bet egritudinem morbo conuenientem,
quærunt medicinam. cap. qualiter, & quã-
do. §. verum de accuſatio. c. ſciendum. 29.
diſtinctio. & Auguſtin. ad Bonifaci. ait co
gunt nos multas inuenire medicinas mul
torum experimenta malorum. capitulo.
vt conſtitueretur. 50. diſtinctione. & præ-
ter hæc medicus debet infirmũ admonene
re, vt precaueat, ab his quę ſibi ſunt nocu
mento futura capitulo tua nos de homi-
cidio, peccant enim letaliter infirmi quip
pe qui nocitura ſumunt exploſo medi-
ci pcepto ſiquidẽ contra charitatẽ faciunt
capitulo. ſi non licet capitulo. placuit. 23.
quæſtione. quinta. capitulo. non eſtime-
mus. 13. quæſtione ſecunda. febris ſæpe nu
mero cogit morbo laborantem in ſe ip-
ſum ſæuire. l. fin. §. ſiquis autẽ. ff. de his qui
ſibi mortem conciuere.
4 Vt quæ longo ſubſelio tractauerim⁹
illud peculiari conatu agere conſtitui- *Medici impe*
mus, medici imperiti pœnam ſcribere, *ti pœna.*
quod ſi ob medici imperitiam eorumque
culpam egrotus moriatur mortem medi-
co imputari, quod ſi dolo, & malicia, fece
rit mortis pœna afficitur, ſin minus im-
peritiæ exilij pœna per quinquenium af-
fici debet ex regia. l. ſexta. titulo. 8. parte.
ſeptima. Hippolytus in. l. in lege Corneli.
ff. ad. l. Cornelia. numero. quarto. quod ſi
infirmus erat ſeruus domino eius extima
tio ſoluenda eſt, & ita medico imperitia
imputanda eſt, ſicuti doctores diffiniunt
ſummentes rationem ex textu inibi in.
l. illicitas. §. ſicuti. ff. de officio. præſi. vbi
Conſultus ſcribit ſicuti medico imputari
euentus mortalitatis non debet ita quod
per imperitiam commiſsit imputari ei de
bet dicto capitulo. ad aures de ætate, &
qualitate. capitulo tua nos. de homicidi.
in. l. qua actione. §. proculus. ff. ad legẽ. A-
quiliã ex nouioribus Antonius Gome-
zius capitulo. 3. delictorum numero. 16. ad
finem. legibus autem Platonicis ſancitum
fuerat libro nono. de legibus medici. qui
curãtes non ſpõte occiderint mundi ſint
& medicum imperitum huius cauſa mor-
tem obierit egrotus pœna extraordina-
ria puniendum fore ex dicta. l. tertia. §. pri-
mo. ff. de ſicariis. l. reſpiciendum. §. delin-
quunt & inibi doctores. ff. de pœn. Augu-
ſtin. ad Angel. in parte fama publica. ſepti
ma quæſtione adhibita diſtinctione qua
ſupra dicta. l. ſexta. titulo. 8. parte. 7. quæ
etſi regia. l. quæ dolum exigit. vt pœna
criminis ordinaria teneatur. Medicus poſ
ſet illo iuris ſtimulo confirmari homici-
dii pœna niſi dolus interſit, ordinaria non
vendicat ſibi locum. l. cum autem. ff. de
edilitio. edicto itidem Bartolus. in. l. quid
ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notã.
infamia columna. quarta. Iaſon in. l. pri-
ma. colu. penu. ff. de. leg. & in. l. in actio. de
in li-

in litem iurandi.& in.l.3.§.quod prætor.ff nequis eum qui vi eximat.Decius cõſilio. 9.Ludoui.Carrer.& Anto.Gomezi.his in locis, quibus& antea meminimus & cum imperitia culpæ adſcribatur,& non dolo l.ſiquis fundũ.§.ſiqs vitulos. ff.loca. quod ſi ex dolo.laboranti morbo contraria medicamenta adhibuerit,è quibus à vita diſcedat medicũ eſſe reum mortis.l.3.in principio.ff.de ſicar.Cardina.Alexan. in.c .abſit.50.diſtin.Angel.in.l.neceſſarios.§.final. ff.de ſillani.l.medicos.ff.de variis.& extra ordinariis.cognitio.& nouiſsime Gregor. Lupus in præcitata.l.6.verbo.phiſico. Florianus in dicta.l.idẽ iuris.§.1.ff.ad .l. Aquil. Iacob.de Arenis.& Martinus Silla. quorũ meminit Alberic.in dict.l.illicitas.§. ſicuti. & dicta.l.9.titu.15.par.7.illud vnum addẽs damnum teneri reſarcire medicum . l6. tit. 3.par.8.in verbo.aſſabiendas.& huic rei deſeruire videntur,quę commemorat Diodorus Siculus, apud Aegiptios legem latam fuiſſe,ſiquis NormamSacri libri ſequutus

*Lex Aegiptiorum.*

infirmũ ſanare nequiuerit,omni caret culpa .ſi præterea ea quæ libris continentur illum non curauerit morte puniatur autor

*Diodorus.*

eſt Diodorus libr.2.ca.13.ad finem credidit enim legiſlator ea medendi cura quæ plurimo tempore ab optimis obſeruata perfectaque ſit aut facile meliorem reperire poſſe.hæc ille.

Quod ſi negligentia medici morbo laborans moriatur,homicidii reum eſſe adhibita iuris diſtinct.ſiquidem negligentia alia eſt quæ culpa ſcribitur, minime tamen dolo.l.idẽ iuris in princi.ff.ad.l.Aquil.alia eſt negligentia quæ maliciæ accedit.c .per tuas præcitato & inibi doctor. quod ſi cuſtodia indigeret egrotus quam præcauere debet medicus ab his quæ nocumento ſibi futuræ ſunt quod ſi curã deſerat.l. Corneliæ teneri, ſiquidem negligentia diſſoluta dolus eſt .l.magna culpa.ff.de verbo.ſigni. c. edictũ.83.diſtinctio.l.neceſſarios.§.fina. ff.ad ſillani . explicant .dd.in. l. qua actione.ad.l.Aquil.Card.Alex.in.c.1.27 diſtin. Decius.Guilie. Magne.in.l.imperitia.ff.de regul.iur.ex nouioribus Iacob.de Nobell. in practica crimina.pagina.128.numero.15 non tamen tenetur medicus ſemper & continuo; adeſſe egroto ex Hoſtien,Ancharran.& doctori in.dicto; capit . tua nos Ripa de peſte.numer.48 .ni egrotus cuſtodia indigeret,tenetur quidẽ medic⁹ vel preſẽs eſſe vel admonere vt cuſtodiatur Hoſtien. in ſumma de ætate.& qualita. §.ordo.verſic.ex poſt facto.Ripa.& Anton. Gomezi. his in locis quib⁹ & antea meminimus.qđ

*Quid ſi egritudinẽ lõgiorẽ fecerit medicus.*

ſi medicus leuem egritudinem conſulto,lõgiorem fecerit,iudicantis arbitrio punitur tex.in.l.medic⁹.ff.de variis.& extraordinariis,cogni.inibi inciuile factum præſes prouinciæ coerceat.Solent enim hi plures excogitare fraudes teſte Plinio Iuni.in principio ſui operis , & Stobæus pleraque cõgerit ſermo.10 o .Bald.in.l.interpoſsitas .C. đ trãſactio.diffiniens medicũ teneri ad dãna.& intereſſe ex infirmitatis dilatione dicta.l.idem iuris eſt.l.ſi obſtritrix. §.1 . ad.l. Aquil.quod ſi medicus dubitet,an medicina egroto profutura ſit minime ei adhibere tenetur.Imol.& Annan.in dicto cap. tua nos aſſeuerantes melius eſſe hominem relinquere miſericordiæ Dei quam ipſum expuere medicinæ dubitande.Quibus , & illud ſubiiciam medicum poſſe egrotum, etiam inuitum mederi & expenſas repetere ex gloſſ.in ſumma.83. diſtin. Barbat. in rubrica.de ſolutio. ad finem Tiraquel . de vtroque retracta.gloſſ.1.§.7.numer.10.pagina.965.egrotos tamen pauperes gratis curare tenetur,gloſſ.in capitu.1.83. diſtinctio .Ioann. Andre.in.d.cap .ad aures Lucas à pœna in.l.ordina.in principio.C.de profeſſo.Archie.Floren.3.parte.titulo.7.c. 1.§.poſt principium And. Yſernia.in con. Neapolitan. incipienti quia nonnunquã Felin.in capitu.1.de officio.iud.ex Theologis Ioann.de Sancto Gemi.in ſermonibus funeralibus ſermoni.24. Adrianus in 4.Sententiarum vbi de fraterna correctione in propoſitione ſolutionis primi argumenti.

Quoad irregularitatis labem , & illud proponam,vt medicus non teneatur, de morte infirmi prænotanda ſunt ea quæ & nos paulo antea adnotauimus.Siquidem quod ſit peritus in ea profeſsione & Arte dicta.l.illicitas.§.ſicuti.ff.de officio præſidis.ſecundo.quod admoneat infirmum vt percaueat ab his quæ ſibi nocua futura ſunt text.in dicto capitulo. tua nos.in cuius ſpecie monachus fœminam illam admonuerit vt à vento caueret & ipſa vento exponens ſeipſam mortem obiierit apparet nam alia ratione monachum illum

cenſe-



cenſeri irregularem quam quod operam dederit rei illicite non ſimpliciter ſed ſibi quùm Chirurgus eſſe non poterat tex.in dicto capitu.ſententiam ſanguinis ne clerici vel monachi & inibi inquit, text.nec vllam chirurgiæ artem ſubdiaconus.diaconus vel ſacerdos exerceat quæ ad vſtionem vel inciſsionem inducit qua ratione Abba.ibi columna.penult.& final. Paul. Pariſien.conſilio.99.columna.vltim.libr. 4.aſſeuerant clericum in minoribus conſtitutum beneficium eccleſiaſticum habẽtem irregularem eſſe ſi ex chirurgiæ officio aliquis mortẽ obierit abſque eius culpa quippe artem ſibi interdictã exerceat, hic eſt verus intellectus ad dictum capit. tua nos.conſiderata vi & effectu verborũ non tamen aliter intelligendo ſicut gloſſ. ſubobſcure & doctores inibi tradiderũt. Quorum ſententiam intelligẽdam eſſe cẽſeo quotiens egrotus moriatur ex cauſa alicuius aduſtionis vel inciſsiõis à chirurgo illatæ:longe quidem aliter ſi abſq; culpa chirurgiæ ſed ex ipſa graui ac letali egritudine mortem obierit.

His etiam , & illud adiiciam libenter quod clericus in minoribus conſtitutus or

5 dinibus chirurgiæ artem exercens poterit coram ſeculari iudice cõueniri pro negligentiis& culpis commiſſis in eius artis vſu notat hac in ſpecie Ioan.Gallus in quæſtione.150.cum chirurgiæ ars ſit prohibita clericis.c.3.capit.ſentẽtiam ne clerici vel monachi vbi non ſolum ſacerdotibus quinetiam clericis eſt interdicta in minoribus conſtitutis Marianus Socinus in.c.ad audientiã de homicid. q.8.& inſuper in irregularitatis labem incidere tametſi minime ſit ſecuta mors vel membri acciſio etiã ſi in culpa non fuit.c.tua nos de homic.& ibi Abb.extẽdit ad clericos omnes ſeculares ex identitate rationis ſequũtur doctores ſentiens ſit in dicta repetitio.q.8.col.13 Pau.Pari.con.136.nu.35.vol.4.

*Clericus chirurgus in minoribus. põt conueniri ratiõe officii coram ſeculare*

Quibus & illud addam cum ſane artes

6 ſordide ſunt clericis ſimplicibus interdictæ vti conſtat ex.c.1.de vita & honeſ. cleri.lib.6.& in cle.1.eod.tit.explicat Speculator tit.de cleri.coniugatis.§.1.verſiculo. ſed quæ dices honeſtam cum medicina non ſit ars ſordida,poſſunt ſiquidem medici promoueri non ſolum ad ſimplicem clericatum quinetiam ad ſacerdotiũ text. ad id celebris in.c.ad aures & inibi glo.& dd.đ æta.& qua.gl.quæ paſsim hoc ipſum vult in.c.ſiquis à medicis 50.d.quo ſit medicum nominationis,ab beneficia capacẽ eſſe ex prægmatica ſanctiõe Gallicana tit. de colla.c.1 .§. inſuper poſſunt & hi preſbyterali inſigniri ordine ea.l.vt chirurgiã artem non egerẽt.c.ſnĩam ſanguinis ne clerici vel monachi . At ſacerdotib⁹ ob id ei⁹ artis in vniuerſum exercicio videtur interdicta quod illi ipſius ſtudio vacare prohibent tex.in.c.vlt.eod.tit.lib .6 .etenim ex quo ſtudiũ prohibetur exercicium ſatis ꝓhibetur ex.l.oratio.de ſpõſalibus.c.tuæ de procu.c.cum quid & inibi Io.Andr. de regul.iu.lib.6.id tamen non eſt ex eo ꝙ illa ars ſit inhoneſta ſed ea motus ratione ne medicinæ ſtudio nauante ſtudium theologiæ dimittant ne etſi religioſi ſint clauſtra vt in.c.non magnopere &.d.c. vlti.ne clerici vel monachi . Quib⁹ etiã rationib⁹ prohibẽtur vt leges alioquin ſacratiſsimas audire . Cæterum prohibent leges ne medici poſtulent ſicuti nec aduocati munus tabellionis exerceant vt notant.d d .in. l. vniuerſos.C.de decurio.li.12. illud autẽ đ medicis cauetur in.l.placet.C.epiſ.& cleri.

Ex quo & illud conſtat quod ſi laicus aut clericus in minoribus chirurgus eſſet & abſq; inciſsionis culpa egrotus periret non eſſet irregularis cenſendus explicat, Cardi.in.d.c.tua nos & Maria.Socin.in.c. ad audientiã.nu.31.de homi.idem profitetur Cardi.inibi col.1.quippe qui operã daret rei licite & quæ interdicta non eſt.c.ad aures de æta.& quali.nam ibi.Rom.pontifex conſulit quod hic ad ordines non promoueatur, ſi is conſcientiã habet leſam alicuius culpæ quaſi libere poſsit ad ordines promoueri ſacros vbi medicam artẽ culpæ ſuſpicione exerceat.

Ex his etiam apparet eum irregularem 7

*De eadem re*

eſſe qui egroti habens curam dederit aliquam potionem abſque medicorum præcepto & ex hoc à vita deceſſerit, explicat Inno.& dd.in.d.c.tua nos.& Maria.Soci. in.d.c.ad audientiam.nu.32. & alii plures in ea ſunt ſententia paulo ante citati.

Eademque ratione irregularem eſſe opinor eum qui à vulnerato ſagitam extraxerit ſi ſane ex hoc ipſo vulneratus moriatur huius ſententiæ autores habeo Socin. loco præcitato.Abb.in. c.ſententiam ſan,

q guinis

guinis,ne clerici vel monachi Villadigo de irregularitate.c.de percuſſore col.5. poſt ſpeculatorem titu.de diſpenſatione.§. Iuſta verſic. quid ſi alius infirmum.quã ſententiã, ego admitterem vbi in extrahendo ſagitãaliquã culpam habuerit alioquin nõ eſt vtiq; vera prædicta opinio,eadem perpenſa ratione,idem exiſtimo,qui egrotum in mortisagone nimis anxium in aliud reuoluerit latus, vt citius moriatur, irregularis erit ſicuti doct.paſsim his in locis quibus, & antea meminimus.

*Hec opinio laudata est à candelabro aureo videlicet si hoc fecit ut mors ex malicia ci ius sequeretur,*

8 Cæterum,& illud proponã,quo ad intellictum tex.in.ca.ſicut homicidio vbi ludens illicite cum fœmina pregnante cenſetur, ſane irregularis,ſi ex hoc luſu,caſu contingerit fœtus animati abortio. Tametſi nullã culpam in eo ludo homicidium præſtiterit,ſic etenim cõmunis omnium doctorum ſenſus,illud reſponſum interprætatur,ex eo quod ludens,cũ muliere prægnante, vel cõmertium carnale, cum ea habuerit, & fætus animati, abortum fecerit, quaſi hæc irregularitas, minime à fratre contrahatur,vel cõſanguineo,qui cum fœmina pręgnante licite eodem luſsit modo Sed & horum ſententiam nõ aliter veram eſſe opinor,quam ſi quis cum muliere etiã conſanguinea,pregnaante tamen caute luſſerit, alioquim irregularis erit propter culpam, in ipſo ludendi modo cõmiſſum quod viri boni arbitrio,neceſſario eſt cõmittẽdum.Mihi tamen,ſemper dubia fuit cõmunis omniũ interpretatio.ad tex.in.d.c.ſicut etiã ſi fratres,

*Intellect⁹.c. ſicut.*

aut conſanguineus cum fœmina pregnante incaute luſerit, vt luſsit presbyter ille cuius Roma.pontifex meminit.in.d.c.ſicut.fore ſanè hic irregularis cenſendus,quia operã dabat rei illicite,ex eo,quod ſit actus,ad abortionem periculoſus,nec poteſt, abſq; aliqua cõtingere propter periculum vereſimile. hec contra cõmunera propoſui,non equidem cõtumaci aſſeueratione,ſed vt lector ex his valeat,ſublatis difficultatibus frequẽtiorem doctorũ ſententiam probare ac defendere.

Reliquum eſt ne ab inſtituto & recto deuiemus ordine (prout ad rem de qua quæritur pertinet,)diffiniatur,explanare qui abortionis crimen cõmiſſerit,ſanè pœna infra diſcutienda plectẽdus eſt,ſed antea quã in diſputationis huiusce arenã cõdeſcẽdã,quaſi iſtius capitis coronidẽ adnotare lubet pulchra Ciceronis verba in oratione pro aulo cluentio. Cuius potiſsima pars refertur,à iuris cõſulto in.l.Cicero.ff.de pœnis cum actum de punitione fœmine eſſet, quæ ob pecuniam fœtũ non dum animatum potionibus ſumptis abegit,ſubdit Cicero:nec iniuria quæ ſpem parentis,memoriam nominis hęredem familia ſuſtuliſſet, hæc Cicero.Cui & Tertullian⁹ cõcinit in apologetico.ca.9.nec refert natam qs eripiat animam, an naſcentem diſturbet; qd vero adnotauimus morte eſſe puniendum qui aborſui fætus animati cauſam dedit, tunc obtinet quando id dolo fecerit alioqui ſi præter intentionem percutientis contingerit, nõ erit locus pœnæ ordinariæ ſed extra ordinẽ his puniendus erit pro modo culpæ argu. l.in.l.Cornelia.ff.de ſiccarijs qrod Fœlin⁹. in dicto cap.ſicut, & Alber.3.parte ſtatutorum. quæſt.59.vbi explicat,animum & dolum & abortionem colligi ex ipſamet percuſsiõe & eius qualitate .idem profitetur Caie.in ſpecie iſta in.2.2.quæſtio.64.articu.8.in reſponſione ad.3.

*Cicer.verba.*

*Tertul.in Apologetico.*

Cæterum iure pontificio quo ad irregularitatem neceſſarium eſt, quod fetus tempore abortionis,ſit iam in vtero animatus alioquin non eſt proprie homicidium quòd irregularẽ efficiat dantem abortioni cauſam tex in ca.ſi ait vbi glo.& doct.de homicid.gloſſ. in ca.ſi aliquis eo titu.Quã expreſsim inibi ſequuntur,doctores & eſſe hanc opinionem cõmuni doctorum conſenſu receptam fatetur, Albertus trotius de vero & perfecto clerico libr.2.ca.14.nu.6.idẽq; colligitur,ex multis quos ad hoc citat Ludo.Carre.in practica criminali titu.de homici.§.1.nu.24. & præter hos ex ciuilis & pontifici; profeſſoribus non deſunt autores nec legum aut canonũ deciſsiones quæ ad hanc rem cõmode poſſunt adduci eſt ſane tex.hac de re optim⁹ in.c. Moyſes & frequenti.32.queſt.2.ſi quidẽ homicidiũ à cede hominis dicitur.c: homici.de pœnitẽ. diſtinct.1 c.homic.23.q.5.at homo nõ dicitur ſine anima.c. in quadã de celebratio.miſſarũ. ca.cũ Chriſtus de hæret.l.in.l.falcidia placuit ff.ad legẽ falcid.Etenim fœtus dicitur animatus ſi maſculinus ſit die quadrageſsimo à cõceptiõe:ſi fœmine⁹ die octuageſsimo, ab ipo conceptu.gl.in ſumm. 5.diſtin.quàm inibi ſequuntur docto.cõiter in præcitato.c. ſicut & in dicto cap.ſi aliquis Alber.in.3.parte ſtatutor.quæſtio.59. & in. l. qui in vtero.de ſtatu. homi.Et glo.in clem.1.de ſuma.trinitate verbo ſimul. Plinius vero libr.7.c.6.in fœmineo ſcribit partum animatum eſſe.90.in maſculo 40.& hæc qdẽ de anima rationali.anima vero nu-

*An ſit irregularis dans aborcionicauſam.*



ro nutritiua,ſeu vigetatiua qualis in plantis eſt adeſt fœtui etiã ante diem.40.quia creſcit vti explicat.S.Thom.in præcit.quæſt.76.articu.3.ſcribens,quod prius fætus animam habet,vt eſt animal,quæ anima ſenſitiua tantũ eſt,qua ablata ſuperuenit anima perfectior q̃ eſt ſimul ſenſitiua & intellectiua, ante vero quam ſit animal habet animam nutritiuam, ſeu vegetatiuam & prius eſt animal, quã homo teſte Ariſtot.de generatione animali. lib. 2.c.11.id eſt prius habet animam,quæ ſenſitiua eſt tantum,quam adueniat perfectior,quę ſit intellectiua.Nec obierit cõmuni opin.tex. in dicto.ca.ſi aliquis vbi cauetur teneri, vt homicidiũ cumq; abortioni fœtus nondum animati cauſam dederit,ſiquidem vere homicida non eſt.licet punitio extraordinaria nẽpe exilij locum habet.l. ſi mulierem.ff.de ſiccar.vbi Hippol.Felin.poſt alios in dicto.ca. ſi aliquis.l.diuus.ff.de extraordin. crimin. & paulo ante tradidim⁹,qui vero abortioni cauſam fœtus animati dederit morte puniendũ fore & ſic pæna ordinaria.l.penu.C.de ſicca. d.l.diuus ſecũdũ aliũ,intellectum qui vero fętus nondum animati cauſam dederit homicida verus non eſt ei tamen ſimilis,atque ideo punitur vt homicida pœna quidem extraordinaria,& rurſus mortale crimen atq; peccatum cõmittit teſte abbate & cõmuni conſenſu, in dicto.ca.ſicut de homic.& in præcita. ca.ſi aliquis,& nouiſsime Anto. Gomezi.in tracta.delictorum.fa.39,colũ. 2.nu. 32. & nos vtique tradidimus in cap.homicidinmq; cõmittens. Tametſi hijs refragari videatur, vterum nondum eſſe hominem antea quam in lucem producatur,ex Bald.in.l.2. in princip. C.de poſthu.hæred.inſtitu.itidem in.l.ſi pater.de inſtitu.& ſubſtitu.nam licet inquit habeat animam rationalem infuſam,nihilobſetius ſola anima nõ facit hominem ſine corporis perfectione, & organizatione, Ioann. Anna.in ca.ſicut ex literarum col.2. de homicid.ſed nec is quidem vterus homo eſt.Sed tãtum homo fieri ſperatur.l.cum inter.C. de fidei.cõmiſſa.liberta.glo.in.l.qui in vtero in.1. ff.de ſtatu homi.exiſtimat vterum hominẽ non eſſe ſed nec animal ex text.in.l.1.§. ſi qs proximiori.ff.vnde cognati, & Accurſiana ſentẽtia cõmunis philoſophorum cateruæ ſe ſuſcripſit Diogenes,Empedocles,Herodot⁹, & omnes Hiſtorici, ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud Plutar.libro.1.de placitis pholoſophorum:Bald.in tracta. ſciſmatis.col.10.verſic.amplius ſciendum exiſtimat vterum nihil eſſe aut certe pro nihilo haberi niſi naſcatur, inſtar cogitationis animi.quę & ipſa nulla eſt,& apud homines nullius momenti niſi in lucem prodeat Iaſon,in.l,ſi ita legatum.§. illi ſi volet.ff.de legatis.1.itidem.in.l.quod qs de condictio.indebiti.& in.l.1.col.2.ff.de cõditio causa data.& ante eum Bald.in. l. 1.col. 9.C.qui admitti.Iaſon in conſ.239.factum ſic ſe habet colum.4.libro.1.Andre.Tyraquel.in ſimili ſpecie in.l.ſi vnquam.verbo. litteris.n. 19.de reuocand. donatio .C. nec infans qui in vtero eſt cẽſetur eſſe in rerum natura.l. qđ in rerum .ff.de legatis.1.l.ſed etſi plures. §.1. ff.de,vulgar.l.ſi pater.ff.de ſolutio. l.interdũ. ff.de verbor,obligat.l.vbicunque in princip. ff.de ventre in poſſeſsionẽ, mittendo.nec obſtat.l.qui in vtero.1.&.2.ff. de ſtatu hominũ, &.l.vel viuo.ff.de ſuis & legiti.hæredi. quæ expreſsim diffiniunt, infantes in vtero exiſtentes cenſeri,in rebus humanis eſſe,id intelligas impropriè, ne his quæ diximus refragare videantur ex quo qui vterum etiam animatum exanimarit minimè puniri ex ſtatuto puniente homicidam ſicuti in ea ſpecie ſignanter explicat Alberi. poſt pleroſq; alios in dict.l.qui in vtero,in prima.Bald.Paul.Caſtrenſ.Alexan.& neoterici,in.l.quod dicitur. ff.de liber.& poſthum.Butrica.Salice. Ange. in.l.ſi quis nec audi. C.ad legẽ Cornel. de ſiccar.Quibus & pleriq; alij acceſſere interquos Ioann.Anna. in cap.ſi aliquis col.1.de homicid.itidem & Felin.in cap,ſicut ex litterarum eo.titul.& ante hos Abba.& antiquiores ibi Alciatus ex nouioribus,in.l.non eſt intelligẽdus.& in.l.non eſt pupillus de verbo. ſignifi. cum pleriſque alijs,quæ & nos congeſsimus, tractantes de tranſactione delictorum,à priori tamen ſententia nec latum quidem vnguẽ diſcedendum eſſe exiſtimo, quam & veritati magis fauere opinor, ex his quæ & nos in huius capitis roſtro adnotauimus. cum hominem interficiens poſt animam infuſam homicidam cenſeri, & quaſi per tranſenã tradidimus.cap.9.num.7.

*Anima vegetatiuaque*

*Ariſtot. de genera. aĩa.*

*vterũ nõ eſſe hominem.*

*Philoſo. ſñiæ*

Quibus ſane conuenit concitantẽ canem ſi tranſeuntẽ momorderit teneri perinde ac dans cauſam proximã delicto,tãetſi non dolo ſed vi minimè canẽ retinere potuit,vel qa non debuit eũ ducere per loca publica propter culpã teneri,paulo mitiori pœna. l.1.§.ſi canis.ff.ſi quadrupes pauper.feci dica.& inibi Floria.& apud Angel.extant de hoc plura 9

*Cõcitans canẽ qua afficitur pœna.*

iuris reſponſa in tracta.malefic.in pte ſcienter.Ang.in.l.1,§.ſi canis.ff.ſi quadru. pauper. fe.dica.Salic.in.l.non ideo minus.5.col. C.de accuſa.Iaco,de nouelo.nouiſsime in practi. crimi.nu.12.cum alijs pag.127.culpoſus ſane cenſendus eſt ſi quiſpiã proijciat lapidẽ ad percutiendũ ſane canẽ ne ipſum mordeat, ſi tñ aliũ occidat đ culpa teneri cõſtat. vti hoc in negotio conſuluit,Sgno.de homo. cõſ.27. longe quidẽ aliter de homic.Angel. loco prę cita.Iaſ.in.l.in actionibus.ff.de in litẽ iuran.ꝑ quorũ ſentẽ.extat ad id omniũ pſtantiſsimus tex,in.l.ſciẽtia.§.qui cum aliter.ff.ad.l. aquil. Bart.in.l.reſpiciendũ.§.delinquit.ff.de pœn. Decius in.l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.Anchar. conſ.282.& Iaco.de nouello,loco præcit. nu. 14.& Ludo.Carre.in practi.crimi.§.homic.folio.240.nu.8.ſolet etiã à pleriſq; noſtrę claſſis docto.controuerti,ſiquiſpiã velit occidere feram tranſeuntẽ interimat teneri,vtpote đ culpa mitiori pœna,vti conſtat ex Bonifa. titu. de inſulto & perɔuſſore.6.col. verſ.ſed dum vellet ea ſane ratione,quia inuoluntariũ commiſsit homici.& nos non ſemel admonimus

10 Hinc & illud cõſtat mimos ioculatores fera animalia ſecũ ducentes,ab ingreſſu ciuitatis arceri poſſunt ex.l.generaliter.cũ ſequen. ff.de edili.edicto,ꝙ ſi ingreſſus,eis conceſſus fuerit,tãetſi animalia aliquẽ interimãt minimè,teneri homicidij pœna,quin pœna ducẽtorum ſolidorũ plectendũ eſſe ex.c.quæ vulgo.ff.de edili.edict.Roma.ſing.136.Hinc etiã ſerpentes circũferentes, ſi cui dãnum datum ſit iudicãtis arbitrio punitur ex.l.ſi.de extraord.crimi. Verum hac in quæſt.perplexa valde extimatur quæſtio illa nõ paſsim à doc.tacta,qui habet vrſum,leonẽ vel canẽ,an irregularis ſit,ſi aliqđ ex his aĩalibus, hominẽ occiderit quo in negotio,reſpondendũ erit,nõ cõtrahi irregularitatẽ ſi ſane hæc animalia caute,& bene ligata cuſtodiãtur,vti hac in re extat elegans cõſulti rñſio,in.l.2.§. vltimo. ff. ſi quadrupes paupe.fe.dica.ac argu.optimo deſeruit.tex.in.l.item mela.§.item cũ eo.ad.l.aquil.explicant eleganter.Inno.Abb. & doct. in ca.ad audientiã.de homic. tãetſi ipſe opinor hunc eſſe irregularẽ,ſi ſane hæc animalia habent,etiã ligata,in via,vel in itinere, aut in alio loco publico.l.hi enim.l. & generaliter.l. qua vulgo.ff.de edilit.edicto.quarũ meminit Ludo.Roma.in ſingul.704.ad hoc quod hic vltimus caſus puniendns,& legib⁹ illis punietur,pœna pecuniaria ducentorũ ſolidorum.

*Habẽs vrſum leonẽ ue domi aliquẽ interimẽs an irregularis ſit.*

## Ex capit. ſequenti.

1 *Si quis dolo volens occidere titiũ,occiderit ſempronium quem putat eſſe titium dãnandus eſt hic homicida.l.cornelia de ſicarijs.*

2 *Si quiſpia rẽ alterius furatur, tãetſi neſciat cuius ſit furti act:õe nihilominus teneri cõſtat.*

3 *Si in mente ꝑmeditatus fuerit quis furtũ perpetrare non tamẽ ſacrilegium nihilominus ſi rem ſacram furetur,fur ſacrilegi pœna afficiendus eſt*

4 *Iniuriarum actione teneri qui putans eſſe Titium Sempronium percuſſerit*

5 *Dolo interimẽtẽ mediatorẽ rixæ pœna mortis ordinaria afficiendũ eſſe ſin minus immunis erit,*

6 *Sacius eſſe nocentem impunitum relinquere quam innocentem condemnare*

7 *Iniuriam irrogans militi ignorans eum eſſe talem minime puniendum fore pœna ſtatuta contra percutientem militem.*

8 *Emitens ſagittã vt ceruũ occidat hoĩem interemerit teneri de culpa,non tñ de dolo cõſtat*

9 *Proijcientem lapidem cauſa ſe defendẽdi ſi ꝑter euntem Sẽpron.percuſſerit.l.aquil.ad dãnum tenebitur minime tamen de percuſſione ad pœnam*

10 *Si iniuriam intulerit animo ſedandi rixam immunis eſt à criminis pœna.*

11 *Inuincibili et iuſta ignorãtia quẽ eſſe dominũ offenderit feudum non amittere.*

12 *Ex duobus corrixantium ſi mediatorem & corrixantem interfecerit de duplici homicidio teneri.*

13 *Clericum iuſta & probabili ignorãtia qui percuſſerit ignorans eum clericum eſſe immunem eſſe ab excõicationis ſententia*

14 *Animo inductus occidere laicum percuſſerit tamẽ cleric.in canonis excõicationẽ incidere cum animũ habuerit nihilominus etiam ſi ſciret eſſe clericum percutere et rurſus.n.6.*

15 *Coniũgens veneris fœdera,cum moniali ignorans eſſe illam monialem ſciens tamen non eſſe propriam vxorẽ à ſacrilegij peccato immunis erit,nõ tamen a fornicationis labe.*

16 *Pœna inceſtus non puniri ſi operã fornicatiõi exhibẽs ignouerit cõſãguineã eſſe aut affinẽ*

17 *Volens percutere Titiũ clericum cui inimicus erat deinde Petrũ clericum percuſſerit exiſtimans titium eſſe erit canonis cenſura hic percuſſor notatus.*



18 *Perpenditur glo.intellectus in cap.ſi vero de ſentent.excõmuni.*

19 *Qui Titiũ laicum percuſſerit exiſtimans eũ eſſe clericum hunc percuſſorẽ eſſe excõicatũ*

20 *Clericum percutiens ex ignorantia non effugit canonis excõicationẽ,ſi ea ignorãtia ſupina et craſſa foret.*

21 *Operam rei illicitæ dans percuſſerit Petrum quem ex ignorantia craſſa ignorat eſſe ſacerdotem erit excõicatus peccauitq; peccato ſacrilegij.*

22 *Qui operam dedit venationi diligenti à præmiſſa abſq; eius culpa iaculo ſagitta uè hominem cõfoderit,atq; eũ occiderit ferã eſſe exiſtimãs ab irregularitatis labe immunẽ eſſe.*

23 *Dans operam venationi prohibitæ aliquem interficiens exiſtimans eſſe feram in irregularitatis labem incidere.*

## Traditur breuis, & circũſcripta interpretatio Barto. in.l.reſpiciendũ.§.delinquũt ad fin.ff.de pœn. Cap.xxvij.

1 PErplexa valde extimatur quæſtio illa,quæ nimis anxie doct. capita torquet,ſiquidẽ Bart.in l.reſpiciendũ.§. delinquunt ad fin.ff.de pœn.idem Bart.in.l.ſi cum ſeruo meo.ff.de iniurijs, ſcribit quod ſi qs.dolo volens occidere Titiũ,occiderit Semproniũ quẽ putabat eſſe Titiũ dãnandus hic homicida.l.Corne.de ſiccar.& ſic pœna homicidij ordinaria.idem tenet Andr. Yſerna in cõſtitu.Neapolit.lib.1.rubr.13.de homic. puniend.nu.5.et inbi Matth.nu.23.quam ſñiam profitetur,et verã eſſe cenſet Carol.Molin.in conſuetu.pari.titu. 1.§.30.q.41.nu.153.ex nouioribus Nicol.Boer.deciſio.84.par.1. Anto. Gomez.c.3.delictorũ.nu.34.atq; ideo pœna mortis teneri conſtat,tãetſi inperſona errauerit,ſufficit vtiq; dolus et animus occiſi corporis reſpectu,ex.l.eum qui nocentẽ.§.fin.ff.de iniur.cuius meminit pro ſingulari inibi Bar. itidem in.l.diuus ff.ad.l.cornel.de ſicca.2. col. et in.l.ſi per errorem.2.oppoſi.de iuri.om.iu. Alber.in.l.quicunq;.C.de ſeru.fugiti.colũ. 1. et expræſsim idem adnotat Salic.inibi.2.col. Ange.peruſi.Alber.& pleriq; alij. in.d.§. fi.l. eũ qui nocentem.Bald.nu.9.in.l.ſi quis nõdicam.C.de epiſco.& cler.Flori.Albe.in.l.item mela.§.ſed ſi plures.ff.ad.l.aquil.ille co.3.hic 2.Bonifa.in tracta.malefi.titu.de inſul.& percuſsio.8.col.Anchar.Ioan.Anna.in.c.fina.de his qui filios occid. & ea præter docto. adſtipulatur, ratio in homicidij delicto ſufficere dolum etiã in genere tãetſi in ſpecie minime cõmittatur,ſicuti cõſtitutiſsimũ eſt ex Ioan. Andr.in ca.cũ quis de regul.iur.Bald.in di.l. ſi quis non dicã rapere,nu.9.&eſt tex.ad id pręſtantiſsimus,in di.l.aut qui aliter.§.ſi quis dũ putat.ff.quod vi aut clam.l.ſi poſtulauerit.§. ſi liber homo ff.de adulte.l.fina.C.vnde vi.l. doli.§.1.de ſer.corrup.glo.cõi cõſenſu ſtabilita.in ca.ſi vero in.2.de ſenten.excom.tãetſi lõge quidẽ ab hac ſententia diſcedant plerique noſtræ claſsis doctores,Ang.ſiquidẽ in dic.§. delinquit Floria.in dic.l.ſcientiam.§.ſed ſi defendendi.ff.ad.l.aquil.Barto.Cæpol. cõſil.33. Iaſ.nu.18.ff.de legibus.Ludo.Carre.in pract. crimi.titu.de homic.§.2.nu.57.Ripa.in.l.vlti. quæſt.21.C.de reuocã.dona.qui & alij plures numero tenẽt hunc homicidã reſpectu occiſi dolo caruiſſe,ac proinde non fore puniendũ corporaliter ſed arbitrio iudicis extra ordinẽ ſi quidem delinquendi animũ non habuit reſpectu ipſius occiſi,qđ potiſsimum exigitur, vti conſtat,in dicta.l.lege Cornel.ff.de ſicca. Cęterum omnis actus ex errore factus minimè gerenti nocet.l.ſi per errorem.ff.de iuriſ. omn.iud.& carẽs dolo circa vnũ minime ad alium porrigitur.l.Fulci.§.quid ergo in verſi. quod ſi aduerſus.ff.quibus ex cauſ.in poſſeſ. eatur. quidquid ſit in ſpecie qua agimus contrarium exiſtimo verum eſſe potiſsimũ cũ in delictis veritas conſideranda eſt,non factum, nec intentio.Bart.in.l.diuus.ff.de ſiccar. Sali. Cyn.& pleriq; alij,in.l.quoniã multa, C.ad.l. Iullia.de vi public.Alex.poſt Bar.in.l. reſpiciendum.§.delinquunt pręcitato. & in.l.qui ſeruo.ff.de iniur.Bald.in.l.ſi quis ſeruo.C.de fur.ibidem in.l.ſi quis non dicam.C.de epiſc. & cleri,& præter hos huius ſententiæ authores habeo Barto.Alex.in.l.item apud labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de iniur.Ioan.Andr. in ca.cum quis de regul.iur.libro.6.in mercurialibus.Hippo.in.l.qui ignorãs & in.l.qui falſum.ff.de falſis eundem in.ll.diu⁹.ff. de ſicca. Cardin.in clemen.vnica.de homici.quæſtio. penul.Gandi.in tract.malefi.in titu. de varijs

*Occidens Titiũ exiſtimãs eſſe Caium.*

*Ratio.1.*

*Cõis ſentẽtia*

*Ratio.2.*

*Quæſtio.reſolutio.*

quæſtio.7.colū.Paris à Puteo in tracta.ſyndi
catus.47.colū.Bonifa.in rubr.de inſultis.6.co
lū.vel in practica.in gloſ.quod dictus.4. &.5.
colū.Matthe.in conſtitutio.cæciliȩ incipien-
ti.terminum vitæ.1.quæſtio.quorum ſenten-
tia non poteſt iure defendi ex tex.in.l.eū qui
nocentem.§.ſi iniuria.ff.de iniurijs, quo loco
probatur,Semproniū agere poſſe iniuriarū
aduerſus eum,qui exiſtimans Titium eſſe,in-
iuriā ei irrogauerit,inquit iuris conſultus , cer
tus ſum ego,licet ille putet,me alium eſſequā
ſim, & ideo iniuriarū habeo actionem idem
probat tex.in.l.aut qui aliter. § . ſi quis dum.
ff.quod vi aut clam.l.ſcientiam.§.ſed ſi defen
di .ff.ad.l.aquil.quo in loco tractat de eo, qui
cauſa vlciſcendi , lapidem in Titium emiſſe-
rit,& Petrum prætereuntem percuſſerit tene
bitur, nō tantum ad damnū.l.aquil.ſed et alia
pœna tametſi ad damnum tantum.l.aquil.te
neatur ſi defendendi cauſa lapidem proiece-
rit.

Et fortiſsimum huic rei argumentum præ
2 ſtat.l.cum quærebatur,ad finem. C. vnde vi.
in quo diffinitū extat ſi quiſpiam alterius rē
furatur,tametſi neciat cuius ſit, nihilominus
furti actione teneri conſtat, & furti criminis
reus puniendus eſt,ſiquidem furtum cōmit-
tens dolo non caret,ita & in homicidio, licet
perſonam præmeditatam non percuſſerit, ni
hilominus homicidij reus factus eſt,atq; ideo
ratione doli pœna afficiendus eſt, ex dicta.l.
*Diffinitio quæſtionis.* diuus, & huic accedit ſententiæ Andre.ab Y
ſerna in conſtitutione Neapol.incipienti ter
minū vitæ Paris à puteo,de ſindicatu in ver-
bo executio cæpol.conſi.33.Iaſo. n.l.1.de le-
gatis.3.Ludo . Carrer.omnium diligentiſsi-
me in practica criminali.§. homicidij. nume.
57.ad finem.

Secundò iſthæc ſententia conueſtiri poſ-
3 ſet,tametſi in mente præmeditatus fuerit fur
tum perpetrare,non tamen ſacrilegium nihil
ominus vt fur ſacrilegus pœna afficiēdus eſt.
l.1.C.de interdicto matrimonio , explicat ſe-
rioſe Ange.in maleficio.tracta.in glo. apenſa
tȩ.2.caſu Carrerius eo loco cuius paulo antea
mentionem fecimus,quo fit in his quæ ſunt
de genere prohibitorio dando operam rei il-
licitæ vti in ſpecie cap.fina. de homicidio, in
l.1.§.ex incendio.ff.de incendio ruina,& nau
fragio.l.3.§.adiecit.ff.de ſiccarijs.l.ſi quis ali-
quid.§.qui abortionis,ff.de pœnis. l. quoniā
multa.ff.de incendio ruina.in quib9 ſane ſa-
tis diffinitum extat factum,& euentum attē-
di, minime tamen cogitatio ac delinquendi
animus,ſicuti pleniori manu explicat Barto.
Hippol.in præcita.l.diuus & in.l.is qui cum *Factum & euentū attenditur*
tello.C.eod.titu.itidem Hippolit.conſil.6.ex
quo aliqua conijcienda ſunt huic rei maxi-
me neceſſaria in quo dubio alij alia adiecere
quæ nobis proſequi non libet.

Et primo ſubijcitur caſus in quo criminis
reus pæna ordinaria afficiendus eſt ex.l. eum 4
qui nocentem.§.fina.in princip.ff.de iniurijs
vbi conſultus ſcribit,ſi iniuria mihi fiat abeo
cui ſim ignotus,aut ſi quis putet me lucium
Titium eſſe,cum ſim Gaius Seius,prȩualet ꝙ
principale eſt,iniuriam eum mihi facere vel-
le:nam certus ſum ego licet ille putet me aliū
eſſe, quam ſim,& ideo iniuriarū habeo actio
nem.cuius pro ſingulari adnotat Bartol.An-
ge.de peruſio & plerique alij inibi itidē Bart.
in.l.diuus.ff.ad legē Corneliam, de ſiccarijs,
colū.2.Albericus in.l.quicunq;.C.de ſeruis fu
git.& inibi Salice.illc colū.1.hic colū.2. Bart.
in.l.ſi per errorem.1.col.ff.de iuriſd.omnium
iudic.& paſsim doctores inibi adnotantes il-
lum tex.Bart.in præcitata.l.diuus,colū.2.Al-
beri.in.l.item mela.§.ſed ſi plures col.2.Flori.
ibi col.3.ff.ad legē aquil.Bald.num.9.idem ꝓ
feſſus,in.l.quis non dicant rapere.C. de epiſ-
copis & cler.Bonifac.in tracta.maleficio.tit.
de inſulto & percuſsione.8.colū.verſicul. ſed
ſi percuſsi.& ex profeſſoribus canonice phi-
loſophiæ idem exiſtimant Ioan. Anna. An-
char.in cap.fina.& de his qui filios occiderūt
Anto.Gome. Lud.Carr.his locis ꝗbus paulo
antea mētionem fecimus quibus admodum
conuincit tex.in.l.falſus.§.qui alienum. ff. de
furtis.l.ſi poſtulauerit.§. ſi liber homo. ff.de
adulte.l.aut qui dum putat.ff.quod vi aut clā
l.doli.§.1.de ſeruo corrupto.l.final.C.vnde vi
gloſſ.cōmuni conſenſu admiſſa in cap.ſi ve-
ro in.2.de ſententia excommun.in quibus ſa
ne conſtitutiſsimū eſt , in homicidij delicto
ſufficere vtique dolum in genere tametſi in
ſpecie non cōmittatur Bald.in dicta.l. ſi quis
non dicam nu.9. Ioan.Andreas in capit.cum
quis de regul.iur.nec ijs aliquo apice obſtare
videntur, ea quæ ſerioſo ſermone congerit
Ludou.Carre.loco præcitato, numer.57. nec *Ad obiecta reſponſio*
text.in.l.ſi cum ſeruo & in.l.illud.§.fina.ff.de
iniurijs vbi diffiinitum extat ſi quiſpiam vo-
luit ſeruum percutere proprium & ex errore
in particulari alium percuſſerit,minime tene
ri .Sed vt ſtimulus ille quem in alteros cōuer
tit hic moueri non poiſit, intelligendus ſane
eſt vt



eſt vt minimo apice ijs quæ diximus deſerui
re videatur in ſpecie illius text.criminis reus
non tenetur,ex eo quia nō aderat dolus nec
rei illicite operam dabat, quo fit immunem
eſſe à criminis pœna ſicuti expræſsim id ad-
notat Barto.Angel.& interprætum fere ma-
ior pars ibi adnotant.Nec obſtare videtur ſi
recti limatique iudicij vir obijciat. l . ſcientiā
§.qui cum aliter.ff.ad legē aquil.vbi conſtitu
tiſsimum eſt,ſi ob tutelam corporis,ſeque de
*Frequentior opinio.* fendendo quiſpiam tertium percuteret, præ-
tereuntem mediatoremve rixæ.l.aquil.teneri
conſtat ad intereſſe, is ipſe animaduerterit,
qua ſola nūc vtar ratione, vt ne quidquā hac
in re amplius deſideretur,ſiquidem in ſpecie
§.qui cum aliter tantum culpa non dolus exi
gitur,quo fit,ſi aliqua culpa eidem poſſet im
putari teneri conſtat longe quidem aliter te-
ſtibus Deci. nume.12.in.l.vt vim.ff.de iuſtit.
& iure, Angel.in præcitata.l.ſi cum ſeruo.ff.
de iniurijs.

Hinc cōſtat diffinitio illius quæſtionis paſ
5 ſim controuerſæ,qua agitari ſolet,mediatorē
(vt ita dixerim) interimentē, pœna mortis
ordinaria afficiendum eſſe ex .l.eum qui no
centem.Barto.in.l.reſpiciendum.§.fin.ad fin.
Salicetus in.l.quoniam multa facinora. C.ad
legē Iuliam de vi publica.2.colū.Angel.col.3
inibi Ludo.Carre.in.§.homicid.num.62. quā
ſententiam intelligēdam fore, exiſtimo ſi do
lo animique machinatione interemerit lon-
ge quidem aliter mihi alia mēs eſt, & ratio ſi
abſque dolo volens offendere Titium Sem-
pronium mediatorem interemerit ex.l.illud
§.final.l.ſi cum ſeruo.ff.de iniuriis. ex ſupe-
rius annotatis:aut nullam aut minimam in-
geret intuenti difficultatem cum id clare cō-
ſtet, in qua ſpecie,idem exiſtimat.Carrerius
in practica criminali.§.homicidij. numer.60.
mitiori pœna iudicantis arbitrio afficiendū
eſſe, ſicuti in ea ſunt ſententia plerique alij in
*Si abſquā dolo interimat* terquos & Angelus in dict.l.ſi cum ſeruo.Cæ
pola.conſil.23. Hippol.in practica.l.1,& in.l.
diuus.de ſiccarr. itidem in.l.de minore.ff.de
quæſtionibus.2.colum.& huius ſententiæ au
thores habeo Alexand.ad Barto.in.l.reſpiciē
dum.§.fina.ff.de pœnis Iaſo.in.l.clam poſsi-
dere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſſ.
14.columm.itidem in.l.1.ff.de legibus. nume.
18.& in.l.ſi pater de hȩredibus inſtituend.C.
column.3.is idem omnium diligentiſsime in
l.ſi per errorem.ff.de iuriſdictione omn.iudi.
nume.17.Bonifac.in maleficiorum,tracta. in
titu.de inſultis.8.colū.idem profeſſus Ioan.à
platea,in.§.item lex Cornelia de ſiccarijs.in-
ſtitu.de publicis iudiciis.colū.3.& ex cano-
nicæ Philoſophiȩ doctorib.hanc aſtipulatur
ſententiam, Ioan.Anna.ſibi contrarius.in ca
pitu.2.de maledicis. columm.12 . & in praxi,
huic me ſuſcribo ſententiæ tanquam equita
ti magis fauens tametſi in punto iuris Bart.
ſententia veritati magis faueat ex ſtricta iu-
ris ratione,opus tamen fuit ſuadēte æquitate
oppoſitum conſtituere in ea ſpecie qua mo-
do egimus,eo maxime ex regula tex.in.l.qui
abſentem.ff.de pœnis, vbi iuris cōſultus ſcri-
ptum reliquit ſatius eſſe nocentem impuni-
tum relinquere, quam innocentem condem-
nare, & maxime ſuffragatur regia lex,6.titu.
15.parti.7. l.14.titul.13.libro.8. ordinationum
regalium,& in praxi obtentum fuiſſe aſſeue
rat , Antonius Gomezius,eo loco cuius pau
lo ante mentionē egimus.nu.35.

His ſane præmiſsis plura quæ iuris vtri- 6
uſque interpretes varijs præpoſitis diſtinctio
nibus adducunt hic examinari poſſent . et
primo ancipiti quæſtione contendunt do-
ctores percutientem militem vel magnatem.
ſi ignorauerit eum eſſe talem, minime pu-
niendum fore pœna ſtatuta contra percu-
tientem militem, vel magnatem : ex vero &
Germano , gloſſ. natiuo intellectu in lege , ſi
quis ignorans.ff.locati, per text.inibi & ex- 7
preſsim adnotat Barto.Bald.Alber.& Ange.
& communi cenſenſu doctorum, inbi ſed tā
tum pœna percutientis priuatum idem pro
bat text.ad id celebris in.l.item apud labeo-
nem .§.ſi quis virginem.ff. de iniurijs . & ibi
Alberic. ſi quis virginem, aut matronam an- *Frequentior ſententia.*
cillari veſte veſtitam interpellauerit ignorās
eam virginem, aut matronam eſſe, non tene
bitur actione iniuriarum, qua tenebatur ma
tronam,aut virginem interpellans.

Hinc & illud diffinitum extat ſi aliquis e- 8
mittat ſagittam, vt ceruū occidat , & homi-
nem occiderit tenebitur vtique de culpa mi-
nime tamen de dolo atque ideo iudicantis ar
bitrio puniendum fore ex cæpola conſil.33.
Decio.conſil.6.Socin.conſi.16.volum.1.& in
praxi obtinuiſſe aſſeuerat Hippol.in prȩci-
tata.l.1.&.l.diuus.ff.de ſiccar.quo in loco ex-
tra ordinem ad exilium profitetur condem-
naſſe.

Hinc etiam infertur non inconcina decla

 ratio.

ratio.l.ſi cum ſeruo meo.ff.de iniurijs vbi ſcri
bit,ſi cum ſeruo(inquit)meo pugnũ ducere
*Intellectus.l. cũ ſeruo.*
vellem,in proximo ſtantem.inuitus percuſ-
ſerim iniuriarũ non teneor,idq; conſtat,in.l.
ſcientiam.§.ſed ſi defendendi.ff.ad.l. aquiliã
vbi iuris conſul.reſpondit,proijcientem lapi
9 dem cauſa ſe defendendi in Titio teneri tan-
tum.l.aquilia ad damnum,non autem de per
cuſsione ad pœnam,ſi Sempronium præter-
euntem percuſſerit,ſi quidem actus defenſio
nis à Titio agreſſore licitus eſt:actus vero per
cuſsiõis Sempronij illicitus,quia erat is inno-
cens ab agreſsione.de iure tamen pontificio
ſancita eſt lex, in huius criminis reos vti &
nos in.§.ſequenti quaſi apendix iſtius capit.
pleniori traddemus manu.
10 Rurſus aduertendum & illud eſt, qui pacẽ
inter rixantes volebat exponere,alicui corri
xantium iniuriam intulerit animo ſedandi
rixam,immunis eſt à criminis pœna, nec ac-
cuſatio contra eum competit,ex Bal.in mar-
garita.in verbo vadens & in ea ſpecie aſſeue
rat Ange.in.l.2.§.occiſori.ff.ad Sillanianũ ad
notant doctores paſsim in.l.excuſantur,eod.
titu.Cæpola.in conſil.1.& ante hos Innocen.
in cap.ſicut dignum de homicidio.quod in-
*Intellectus quæſtionis.*
telligendum fore exiſtimo ni dolo inductus,
& ſub velamine pacis, ac mediatoris quem-
piam rixantium percuteret Cœpola & Ang.
in his locis.q̃bus paulo antea mẽtioẽ fecimꝰ.
Ex quo etiam & illud conſtat,quod adno
tauerunt glo.Bald.& alij in cap.vnico. quibꝰ
mod.feudum amittitur,titu.17.feudorum &
docto.in cap.1.quibus mod. feud. amitta. in
princip.tenentes vaſallum non amittere feu-
dum ſi dominum ignorans offenderit,ſane in
ĩuincibili & iuſta ignorantia eum eſſe domi-
num,vel ſi cum vxore domini adulterium cõ
miſerit,ignorans eam domini vxorẽ eſſe, ſic
etiam donatarius offendẽs donatorem igno-
rans eum donatorem eſſe non amittit rẽ do-
natam,nec propter ingratitudinem ea priua
tur ex.l.vlti.de reuocan.donatio.& inibi Frã-
ciſc.aripa.hoc probat quæſt.21.
Verum enimuero in hoc dum taxat tract.
& illud frequentiſsime adnotari ſolet,ſi quiſ-
11 piam volens interimere hominẽ,occidat tau
rum an reus criminis homicidij exiſtimetur,
ex eo propter occidendi animũ,explicat Di
nus in.l.impuberẽ.§.1.ff.de falſis & minime
teneri,ſed tantũ.l.aquil.aſſeuerat Ange. Alex
poſt Barto.inibi Angel.in maleficio.tractatu
in verbo apenſate,Barto.Hippo.& plerique
alij in pręcita.l.diuus,& in ea ſpecie explicat
Carre.in pract.crimi.verb.homicid.nu. 67.
Hinc etiã diffiniri poterit ſi ex duobus cor 12
rixantiũ alterum interfecerit ac mediatorem
(vt ita dicã)teneri vtique de duplici homici-
dio,ex Cæpola cõſi.26.col.3.Saly. in.l. Grac-
cus.C.de adult.Bald.in.l.vbi.C. de trãſactio.
l.ſcientiã.§.qui cũ aliter.ff.ad.l.aquil.l. eũ qui
§.1.ff.de iniurijs,& quid cenſendum ſit ſi alter
interfectus erat bannitus , explicat Bald.in
l.quid ego.§.ait prætor.ff.de infamib. Bar.in
dic.l.diuus.Boerius in deciſi.84.par.1.
Cui quæſtioni accedit tex.ad hanc rẽ om-
nium præſtantiſsimus in.c.ſi vero in.2.de ſen 13
tent.excõ.quo probatur nõ incidere in cano
nem nec in eius excõicationem,eum qui per
cuſſerit clericũ iuſta & probabili ignorantia
ignorans eum clericũ eſſe.cuius deciſsiõis paſ
ſim apud vtriuſq; iuris profeſſores mẽtio fit
præſertim in.l.ſi quis ignorans.ff.locati, & in
*Communis aſercio.*
l.ſi qua per calũniam.C.de epiſco.& cleri.&
in cap.2.de cõſtitu.ex quibus apparet prædi
ctam aſſertionem cõem eſſe.etenim ea eſt ꝓ-
pria ratio quidquid alij ſcripſerint ignorãtia
contingens,in eo cuius cauſa pœna excõica-
tionis iure indicta eſt. ab ea pœna excuſet q
pe qui inuoluntariũ actum fecerit,tametſi nõ
excuſet ab ordinaria pœna percutientis quẽ
libet priuatum hoĩem.quæ ratio ſatis ſuperq;
conſtat,ex his quæ paulo ante traddidimus,
& licet ignorans à pœna delicti ordinaria im
munis ſit nihilominus ad cautelã imponitur
pœna glo.quæ expreſsim hoc ipſum vult in
*Ad cautelã pœna imponitur.*
cap.inlectum.34.q.2.& Decius illius tex.me-
mor aſſeuerat in ca.cognoſcentes.nu.33. in.2.
lectura de conſtitutionibus.
Ex quo datur intellectus ad tex.in eo.ca.ſi
vero percutientẽ clericũ etiã ſi ꝓbabili igno- 14
rantia crediderit laicũ eſſe incidere in canonis
excõicationem quoties is cum animũ habuit
vt nihilominus ꝑcuterit,illũ ſi ſane eum cleri-
cum eſſe ſciret,etenim ignorãtia minime à pę
na excuſat canonis quod ſentit S.Thom.in.1
2.q.79.articul.
Hinc & illud eſt quod ſi quis cum moniali
coiret coniunxiſſetque fœdera veneris igno-
rans illam eſſe monialem ſciens tamen non
eſſe propriam vxorem nõ coniũcturus cum
ea ſi ſciret eam eſſe monialem,deoq; eſſe dica
tam tãetſi hæc ignorantia inuencibilis ſit nõ
tamen excuſabitur à fornicationis peccato.
ſed



ſed bene à peccato ſacrilegij ex diuo Thom.
12.q.79.art.3.& inibi Gaietan.Ioan. Driedo.
de libertate chriſtiana.li.2.c.ex ſupradictorũ
conſideratione, pagina. 249. & ſignanter il-
lam profeſſus Alfonſus à Caſtro de poteſta-
te.l.pœnalis,lib.ſecundo.c.14.verſi. ſecunda
prępoſitio , quibus nec admodũ inuitus ex
noſtris accedit Carolus Molendineus in cõ-
ſuetud.Pariſienſi.titul.1.§.30. quæſtio. 41.to-
ta ſi quidem malicia peccati ab hoc pendet
ab illa circunſtantia ignorata, ſi inuincibilis
ſit ignorantia iuſta ve excuſat ab illa peccati
ſpecie & grauitate quæ ratione qualitatis i-
gnoratę iure conſtituitur.
15 Tertiò,hinc & illud eſt dari analitica de-
claratio.c.ſi quis cum duobus, & in capit.ſi
quis cum matre, & capit.vltimo.34.q.2. vbi
diffinitum extat , quem non puniri pœna
inceſtus,ſi operã fornicationi exhibẽs igno
rauerit conſanguineam aut affinem ex igno
rãtia,intelligo ſane ſi inuincibilis ſit alioquin
ſi ſupina foret pœna inceſtus afficiẽdꝰ foret.
16 Quartò eadem ratione explicari poterit,
& à pœna inceſtus defendi,& à ſententia ex
comunicationis in dicta clem,vnica de con-
ſanguinitate & affinitate,ſi ex ignorãtia vxó
rem duxerit conſanguineã de quo mox plu
ra ſuo loco in ea ſpecie traditur.
17 Quintò,conſtat ex hiis non vulgaris intel
lectus ad pręcitatum.c.ſi vero,etenim ſi quis
volens percutere Titium clericum,cui inimi
*Non vulgaris ĩtellectus ad c.ſi vero.*
cus erat deinde percuſſit Petrum clericũ exi
ſtimans Titium eſſe erit canonis cenſura hic
percuſſor excommunicatus,ſane nulla in hac
quæſtione contingit ignorantia,quæ conſti-
tuat percuſſorem inuoluntarium quo ad cle
rici percuſsionem,quod probat tex.in dicta
l.eum qui nocẽtem.§.ſi iniuria.ff.de iniuriis
atq; in hac ſpecie expreſsim admonet Caro-
lus Molineus in conſuetudinibus Pariſienſi.
tit.1.§.30.q.41.n.152.
Sextò apparet ad eiuſdem capitis inter-
18 pretationem vera eius quæſtionis reſolutio,
quam tradit gl.in dicto.c.ſi vero verbo igno
rauerit de illo qui percutere volens. N. lai-
cum errans in perſonam Titium clericũ per-
cuſſerit exiſtimans illum eſſe.N.laicum glo.
ſi quidem alanum ſecuta cenſet percuſſorẽ
in canonis excommunicationis incidere Ho
ſtienſis idem notat ibi Silueſter verbo.excõ-
municatio.6.notabile.4. etenim contrariam
ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, ſi quidẽ
ratio differentiæ inter hanc quæſtionem , &
eam quę in dicto.c.ſi vero per Romanũ pon
tificem diffinitam conſtitui non poſſet, atq;
ideo contra alanum tenuerunt inibi Tancre
tus,Innocen.Ioan.Andre.Anton.Ancharra.
Abb.& Henrri.quorum opinio frequentio-
ri doctorũ voto recepta eſt.
Septimò,ex aduerſo libet hoc in loco quę 19
rere de illo qui Titium laicum percuſsit exi-
ſtimans eum eſſe clericum,& gloſ.in dicto.c.
ſi vero.aſſeuerat hunc percuſſorem eſſe ex-
communicatum propter animum,quem ha
buit,quod ita intelligendum eſſe cenſet glo.
Inibi vt hæc excommunicatio liget,vſq; quo
*Ad tempus excommunicatio.*
is ſcientiam habeat veritatis, quæ ſibi mini-
mè conſtat ſemel; ſi quidem ab ea conſtitui-
tur excommunicatio,& hæc ſane tollitur ab-
ſq; aliqua abſolutione,quod eſt contra gloſ-
ſam communiter receptam in clementina
prima,de decimis verbo donec.Cæterũ nul-
libi in iure reperitur,hæc ad tempus excom-
*Communis ſententia.*
municatio,& licet in ea ſpecie,gloſ. ſequuti
fuerunt Hoſtien.Antonius & Henrri.in di-
cto capitul.ſi vero,attamen ab hac ſententia
prorſus diſcedit Ancharran. Abb. & Felin.
ibi & gloſſa itidem communiter recepta in
capit.in audientia de ſenten. excommunica
tio,cuius meminit Felinus in tractatu quan-
do cognatus.fallentia ſexta.Federicus conſi-
lio decimo tertio,Didac.à Couarrubias in.c.
alma mater de ſenten.excommu.91. incipien
ti duodecimo.
Octauò,ex hiis deducitur vera declaratio
ad text.in dicto capit. ſi vero in cuius caſu 20
percutiens clericum ex ignorantia non effu
geret canonis excommunicationem , ſi ea
ignorãtia ſupina,& craſſa foret q̃d expreſsim
inibi exiſtimat gl.ab omnibꝰ recepta ĩn ver-
bo ignorauerit cardi.Feli.poſt alios ĩ pręcita
to.c.ſi vero,Abb.ĩ.c.2.n.6.đ cõſti.Silu.verbo
ignorãtia.q.8.& pleriq; alij huiꝰ claſsis.dd.q ĩ
d.c.2.de cõſt.abbatis opinionẽ ſequũtur exi
ſtimãt ideo in caſu.c.ſi vero percuſſorẽ cleri
ci immunẽ eſſe ab excómunicatione q a canõ
dolũ requirit,& vbi ad pœnã dolꝰ eſt neceſſa
rius nõ ſufficit culpa lata , Couarrubias. in.§.
19.folio.92.de ſenten.excommu.
Nonò ex hiis perpendi poſſet ſi dans ope- 21
ram rei illicite percuſſerit Petrũ quẽ ex igno
rantia craſſa ignorat eſſe ſacerdotẽ,peccauit
peccato ſacrilegij,eritq; excomunicatus ſe-
cundum frequentiori doctorum calculo indi
cto.c.ſi vero.Lõgius profecto ab inſtituto di
greſsi ſumus,ſed qui iſtis noſtris non eſt ſacia

tus videat de hac re de ignorantia pecati plura.c.monialibus.

Decimò, infertur quid dicendum de clerico qui venationi illicite operam dedit, & diligentia præmiſſa abſq; eius culpa iaculo ſagittaue hominem configerit, atq; eum occiderit exiſtimans eſſe feram, an hic ſit irregularis cenſendus, & nullam contrahi irregularitatem ſi caſus contingit, ei qui venari poterat ea lege & pacto, quod daret operam non venationi illicitæ, quod exiſtimat Soc. Iunio. conſ.58. li.1. Alphon. à Caſt. ęgregiè cõuincit vir accutiſsimo ingenio, ac præſigni eruditione præditus li. 2. de poteſtate.l.fina.c.14 verſ.nec refert, quod & Soci. aliiq; per eũ citati ſenſere in hac ſpecie contrahi irregularitatẽ ſi daretur operam venationi prohibitæ, quam ſententiã ipſe intelligo vbi venatio eſſet prohibita ob periculum homicidij, aut vulnerum, quę ex tali venãdi modo ſolet cõtingere, lõge quidẽ aliter vbi venatio eſſet ꝓhibita ꝓpter honeſtatẽ, vt ſane clericis interdicitur, aut ꝓpter animaliũ cuſtodiã, tũc nõ admitterẽ hãc opinionẽ, ſiquidẽ illa culpa illicitę venationis ad homicidiũ minimè pertinet, ſed tãtũ ad præcepti trãſgreſsionẽ de nõ venãdo, quæ nõ ſufficit ad irregularitatẽ, ſed quia pleraq; alia de caſuali homicidio congeſſere ex nouioribus Ludo. Carr. in practi. crimi. §. homicidij.3. & Anto. Gom. c.3. delicto.n.35. cum aliis, & Dida. à Couarru. in cle. ſi furioſus de homicidio. & Boer. ante hos deciſio.164. &.168. &.83. par.1. & deciſi.273. par. 2. hic omittere eſt animus.

Hec opinio est Manuel Roderici in sum. [illegible]

## Ex cap. ſequenti.

1 *Homicidũ ad neceſſariã vitæ defenſionẽ à labe criminis immunem eſſe.*

2 *Seipſum ab aggreſſore defẽdere vnicuiq; permiſſum eſt iure fori, & poli.*

3 *Non ſolũ hominibus quin etiã brutis naturalẽ defenſionem permiſſam eſſe.*

4 *Hãc iure naturali defenſionem ad necẽ vſq; licitã eſſe omnibus, etiã cardilanatus dignitate inſignitos, & ſacris iniciatos.*

5 *In irregularitatis labẽ minimè incidere qui ad eius neceſſariã defenſionẽ ſuum occideret inuaſorem.*

6 *Clericum optimo quidẽ iure poſſe relicta miſſa aggreſſorem interficere, & abſq; peccati labe, & irregularitatis ex veſtigio rẽ diuinam perficere.*

7 *Ad irregularitatem cõtrahẽdã ſatis eſſe homicidiũ non eſſe cõmiſſũ ad neceſſariam occidentis defenſionem.*

8 *Vſq; adeo licitã eſſe hanc propriam vitæ defenſionem quim pontificẽ ac imperatorem interficere licere.*

9 *Optimo quidem iure iudici de facto procedẽte reſiſti poſſe.*

10 *Qui poterat mortem uitare fugiendo, ſi omiſſa fuga inuaſorem occiderit hunc criminis reum eſſe irregularem.*

11 *Nobilitate decoratũ minimè tenetur fugere.*

12 *Conuitiantem poſſe per aliam iniuriã propulſare.*

13 *Iudicantis arbitrio pœna afficiendus eſt, ſi aliquis eſt impetitus ab aliquo, & percuſſus fugientem interimat.*

14 *Qui alium occiderit non tamen ad propriam defenſionem neceſſariam propriæ ſalutis minimè ĩ irregularitatis labem incidere, tametſi alium occidere ſe defendendo ab alicuius membri mutilatione.*

15 *Venientem gladio euaginato cõtra me poſſum præcauentem defendere licet non me percutiat.*

16 *Non licet inuaſo ſuum occidere aggreſſorem ſi non eſſet in periculo vitæ conſtitutus.*

17 *Si immineret iniuria perſonalis iactura hanc defenſionem licitam eſſe.*

18 *Si minæ ad mortis occiſionem tendant minantem occidere poſſe,*

19 *Moderamen inculpatæ tutellæ verſatur, ſi incontinenti iniuriam, ſibi lactam propulſet*

20 *Hanc defenſionem propriam licitam eſſe & immunis erit à criminis pœnà ſi fiat ad defenſionem minimè tamen ad vindictam.*

21 *Immunis erit a labe irregularitatis ſi defendendo ſuum occiderit inuaſorem.*

22 *Quid de filio naturali.*

23 *Clericũ violentiã pacientem in excomunicationis & irregularitatis labem incidere ſi ſe non defendat.*

24 *Amicum maxima amicitia coniunctum defendendum vtiq; eſſe.*

25 *Rixantẽ fratrẽ minimè teneri ad delicti pœnam fratrem opem ferentem.*

26 *Vſus mediatore rixæ ad ſuã defenſionẽ, reus homicidij minimè cenſetur.*

*Minimè*



27 *Minimè teneri ordinaria pœna homicidij ſi alter ex rixantibus interimat mediatorẽ.*

28 *Socium teneri ſocium defendere ſuum & pleroſq; alios ad id teneri, inibi conſtat.*

29 *Quis tenetur, alterũ ab iniuria defendere non tam iure pontificio quam etiã Ceſſareo.*

30 *Subditos aſtrictos eſſe principẽ ac patriã ſuã defendere.*

31 *Iudex aſtrictus eſt obuiare delictum alias criminis reus cenſetur.*

32 *Qui ob rerũ tutellam, aliquem interemit immunis eſt ab homicidij pœna.*

33 *Quid etiam pro defenſione rerum quo ad irregularitatẽ, ſi hominẽ occiderit diſcutitur.*

## Extat elegans Clementis quinti conſtitutio in cõcilio Bienenſi, in clemen. vnica de homici. agẽs de hiis qui ad neceſſariam vitæ defenſionem aliquem interimit, ſit ne immunis à criminis pœna.

## Capit. XXVIII.

SCribit Clemens quintus. Si furioſus, aut infans ſeu dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatẽ incurrit. Et idem de illo cẽſemus qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilat inuaſorẽ. Hęc ille. Cuius cõſtitutionis mentẽ, quatuor dum taxat capitibus declarabimus. Et ad praxim reducemus neglecta ſuperficie, & omiſſa cute, carnem & ſuccum ipſum interius extricando, & quam vtilis ſit apud tribunalia dubio procul oſtendam, ordo rei poſcit, de neceſſario homicidio verba agere.

1 Quod ſæpiſsime in iudiciis, ac controuerſiis forenſibus tractatur, oportet diſcutere, an is qui ad neceſſariam vitæ defenſionem, aliquem occiderit homicidij culpam cõtrahat, adeo proterue quorundam hominum audatia limites defenſionis excedit vt quandoq; immunes à culpa non ſint, in quo extat Clementis, quinti conſtitutio in clem. vnica de homicidio aſſeuerans homicidam ad neceſſariam vitę defenſionem à labe criminis immunem eſſe tex. ad id celebris, in. §. quod vero inſti. de iur. natur. gen. & ciuili. l.1. §. cum Arietes. ff. ſi quadrupes pauperi. feciſſe dicatur, & Cicero.1. officiorũ ait, principio generi animantiũ omni eſt à natura tributum vt ſe, vitã corpusq; tueatur, omniaq;, quę ſunt ad viuẽdũ neceſſaria, & pro Milone ait hec ratio doctis & neceſsitas Barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnẽ ſemper vim, quacumq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent, &.4. de finibus bonorum & malorũ in hæc verba ait omnis natura vult eſſe cõſeruatrix ſui, vt & ſalua ſit, & in genere conſeruetur ſuo, & libro.4. tuſculanarum quęſtionũ, & libro.3. de natura deorum. appetunt ea, quæ ſecundum naturã ſunt declinantq; contraria, & omne animal appetit quędam, & fugit à quibuſdam, &.4. de finibus omnis natura vult eſſe cõſeruatrix ſui & iterum ait omne animal ſeipſum diligit, ac ſimul vt ortum eſt, ita agit, ſe vt cõſeruet, quibus conuenit Hippoli. in ſingul.100. itidẽ in l. is qui aggreſſorem, vbi eſt tex. ad id præſtãtiſsimus. C. de ſicar. Abb. in. c. olim. el.1. num. 15. de reſtitutio expoli. Angel. in tractatu maleficiorum, verbo & Titius ſe defendendo. n. ſeptimo. Hipp. in conſi.4. num.7. & in. l.2. nu. 34. ff. de ſicar. Math de Aflictis in cõſtitutio. Neapoli. libro primo, rubrica. 8. numero.72. Catelianus Cota in memorabilibꝰ iuris in verbo. defenſio, clem. vnica de homicidio. c.1. §. ſi quis hominem de pace tenenda. l.1. C. vnde vi. l. prima. C. quando licet vnic. ſine iudi. ſe vendi. c. ſecundo. c. ſicut dignum de homici. & inibi glo. in. c. de hiis.20. diſtinct. c. ius naturale, prima diſtinctio. c. cum voluntate de ſent. excom. l. ſed & ſi partus. §. final. ff. quod metus cauſa, Bal. in. l. data opera. C. qui accuſare non poſſ. Bartol. & Floria. in dicto. §. qui cum aliter. Card. in.2. glo. & inibi doctores in c. olim de reſtitutio. ſpol, Cæpol. conſil.8. & 29. &.42. vſq; ad conſi.45. apud eum plura extãt de hac re cõmẽtaria. Alex. cõſi.109. &.76. volumin. primo. Corneus conſili.107. &.162. volumi. primo, &.134. volumin.3. Areti. conſi. 34. &.80. Paul. de Caſtro, conſilio.192. Ioan. de Amicis, conſilio.4. &.23. &.77. Curtius cõſilio.20. columna quarta. nouiſsime Thom. Gram. voto.24. & voto.20. & conſil. 18. & 29. &.41. &.56. &.63. &.68. Bald. in practica in rubrica de inuaſore, Bonifacius in rubrica de inſultis & percuſioni. Bartol. Iaſſon & Dec. ĩ præcitata. l. vt vim Bal. & pleriq; alij in

dicta

diƈta.l.1.C.vnde vi itidem in.l.data opera.C.
qui accuſare non poſſ.Abb.& Fel.& paſsim
doƈtores diƈto.c.ſignificaſti.col.2.de homic.
& in.c.ſicut dignũ.eo.tit.Corn.cõſ.107.& cõ
ſi.162.vol.1.& rurſus cõſ.134.vol.3.Aret.conſ.
34.& cõſ.80.& Cice.1.officiorũ ait,fortes &
magnanimi ſunt habẽdi, nõ qui faciũt.ſed q
propulſant iniuriã.& li.4.de finib⁹, ait omne
animal ipſum ſibi comẽdatũ eſt,vt ſe & ſal-
uum in ſuo genere incolumẽq; eſſe velit.

2 Is vero qui ad neceſſariã viræ defenſionẽ
aliquẽ occiderit nullã homicidij culpã cõtra-
hit quippequi priuatũ homicidiũ abſq; cul-
pa aliqua comiſſerit,& Dioni.Alicarn.li 2.de
origine vrbis.fo.41.ait violenta violentis vl-
ciſcente crimine liberauit:naturali etenim ra-
tione vnicuiq; permiſſum eſt,ſeipſum ab ag
greſſore defendere.l.vt vim.ff.de iuſti. & iur.
*Accurſius in errorem labitur.* vbi Accurſ.interpretatione ſua in errorẽ cæ-
teros atraxit,non cõſiderans hãc defenſionẽ
iure naturali permiſſam eſſe addit.iuris con
ſultũ intelligendũ fore iure fori,non cęli, quę
ſanè glo.interpretatio quam ſit à ratione de
uia omnes qui reƈti limatiq; ſint iudicij vide
rint,& gl.illa refellitur,per Paul. Caſtr. fortu
nium & alios inibi,& præter hos autores dã
natur ea ratione duƈtus ſi quidẽ humana cõ
ditio non ignara iuris naturalis,quidq̃; natu-
li ratione præmittit,quod apud deũ,qui ipſa
*Ratio contra accurſium.* met natura eſt,non ſit idẽ permiſſum aſſeue
rat ſanƈtus Thom.22.q.64.art.7.& apud theo
logos hæc eſt receptiſsima ſententia. Cui il-
lud conuenit quod Cicero in hac ſpecie pro
milone ſcribit,eſt enim hæc iudices non ſcri-
pta,ſed nata lex,vel ex natura ipſa, vt ſi vita
noſtra in aliquas inſidias,ſi in vim,ĩ tella aut
latronũ,aut inimicorũ incidiſſet omnis hone
ſta ratio eſſet expediendę ſalutis, ſilẽt enim
leges inter arma,nec ſe expeƈtari iuuent,cum
ei:qui expeƈtare vellit,ante iniuſta pœna luẽ
da ſit,quam iuſte repetenda.Hæc Cicero idẽ
probatur in cap,ſignificaſti ſecundo de ho-
micidio.c.dileƈto de ſentẽ.excom.l.1.§. vim
vi.ff.de vi & vi armata.l.ſi ex plagiis.§. taber
narius.ff.ad.l.aquiliam.& in.l.3.§,cum igitur
eodem titulo.l.1.§.cum Arietes.ff.ſi quadru
pes pauperiem feciſſe dicatur,ac itidem tra-
didere multa Bart.& doƈtores omnes in. l. vt
vim.& in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter. ff. ad
l.acquil.l.is qui aggreſſorem. &. l.is.qui per-
cuſſorem.C.de ſicar.Hippol.in.l. 1. 9. limita.
ff.de ſicar.notat Angel.ff.de maleficiis in glo.
& diƈtus Titius ſe defendendo. Ludouicus
Carre.in praƈtica criminali,tit de hom.§.6.n.
26.& omniũ diligẽtiſsime ad ambas vt aiunt
aures Iacob.Baul.in repe.l.capitaliũ.§.famo
ſos.fol.20.ff.de pœnis.& nouiſsime accedit
Anto.Gom.c.3.deliƈtorũ.n.20.quibus cõue-
nit regia.l.2.tit.8.par.7.& inibi.Greg.Lop. l.
3.&.4.ti.13.li.8.ord.& Nun.Auen.in diƈtiona
rio quẽ admiſcuit traƈtatui ad fin.de exequẽ
dis mãdatis regis in verbo Amparãça,& Frã.
Abile.in.c.52.de los corregidores.n.17.ea.l.ac
cõditione vt vim vi repelendo inculpate tu
tellæ moderamẽ ſeruet vti hac in ſpecie dila-
tando chartas pluribus remiſsionibus expli-
cat tribus axiomatibus Iacob.Baul.inibi.fo.
19.Hipp.in.l.1.n.40.ff.de ſiçar.ex quibus ali-
quod hac in parte repetuntur ad huius capi-
tis interpretationẽ & huius quæſtionis aper
tiorem declarationem.

Inſignis eſt admodũ huius cõcluſionis ra
tio ſi quidẽ ex quo occiſſus videtur à ſeipſo
omnino occidi,& nõ ab aggreſſore ſicuti exi
ſtimat Abb. in præcitato.c.clerici, Bal.huic
ſentẽtię adhęret in.l.fin.poſt principiũ.ff.de
rerũ diuiſ.Quibus accedit nec admodũ inui-
tus Hipp. in.l.1.limitatione.9.ff.de ſicariis,iti
dẽ in.l.is qui aggreſſorẽ præcitata;& in.d.cõ
ſi.31.& cõſi.81.&.126.

Secũdò iſthæc ſentẽtia cõueſtiri poſſet ea
*Ratio ſecũda* ratione ꝓuocato ignoſcẽdũ eſt,ſi ad ſui defẽ
ſionẽ aggreſſorẽ interimat ſicuti hac in ſpe-
cie eſt tex.ad id præſtãtiſsimus in.l.qui cum
maior.§.ſi libert⁹.ff.de bon.liber.inibi ignoſ
cendũ eſt enim ei, qui prouocatus voluit ſe
vlciſci & huic rationi ſe ſuſcripſit omniũ dili
gẽtiſsime Hipp.in præcitato cõſ.83.itidẽ cõ
ſi.173.Lud.Carr.loco præcitato.n.18.pag.370

Tertiò ſuffragari videtur ea ratio deffenſio
*Ratio tercera* ſi quidẽ induƈta eſt à natura cuilibetq; cõpe
tit etiã brutis,vti hac in re exiſtimat Tul.li.1.
officiorũ in hæc verba,omni generi animan
tiũ à natura tributũ eſt,vt ſe vitã corpuſq; tua
tur,inſitus eſt enim à natura viuẽdi apetitus,
& quęlibet ſpecies ſe conſeruandi in eſſe pro
prio,adeo vt hanc propriam defenſionem à
principe & papa tolli nõ poſſe,nec ſtatuti ſi
cuti pleniori manu exiſtimat Bal.in.c. à no-
bis.n.9.de excep.& Hipp.in pręcitata.l.1. li-
mitatione.9.& in.d.l.is q aggreſſorẽ,& ĩ præ
citato.§.quoniã,& ĩ pleriſq; aliis locis qb⁹ &
antea meminim⁹,ex quo iuris appẽdix dedu
citur banito licere occidere ſe dfẽdẽdo cũ de
fenſio ſit iure naturali,& nõ poſitiuo ei mini-
mè tollitur ĩ clem.paſtoralis de re iudi.nõ po
teſt



teſt à principe tolli,vt in.§.ſed naturalia qui-
dem iura.inſti.de iur.natura.ſicuti exiſtimãt
dd.in.d.l.vt vim,& huius ſentẽtię autores ha
beo Bal.in.l.1.n.51.C.vnde vi & in.d.l.vt vim
n.3.Card.in clem.1.n.32.de hom.Quibus ad-
modũ conuenit quod hac in ſpecie explicat
Bal.in.c.à nobis.n.6.de exceptio,cui⁹ memi-
nit Feli.in.c.dileƈti,n.6.eo.tit.nec deſunt. dd.
qui cõtrariã ad ſtipulentur ſententiam ſi qui
dẽ Bart.in.l.vt vim.n.4.ff.de iuſt.& iur.con-
*An banito liceat ſe defendere.* trarium prorſus profiteatur,quẽ ſequitur idẽ
exiſtimãs Nellus de ſanƈto Gemi.in traƈt. ba
nitorũ in.2.parte.1.tẽporis.q.49.nu.49. Qui
quidẽ ad ambas vt aiũt partes arguit, ex quo
vbi licita eſt offenſio omnino eſt reprobata
*Cõtraria ſententia.* defenſio ſicuti autor eſt Dec.n.3,in præcitata
l.vt vim Hipp.in praƈt.crimi.in. §. agredior.
n.75.in quo dubio vtrãq; partẽ multi & gra-
ues autores defendunt vt nonulli diſcernere
nequiuerint, quænam eſſet crebrius recepta
opinio quam & iudices in litiũ diſcéptatione
ſequi poſſent,& vt pacẽ deſidentibus iuribus
ac doƈtoribus afferã ita hũc nodũ diluã.Aut
ſtatuto cauetur banitũ poſſe offendi:tunc ſi
quidem nõ eſt licita defenſio banito: ex quo
vbi offenſio permititur,vtiq; reprobatur de-
fenſio,ant loquitur in hæc verba,quod occi-
dens banitũ minimè puniatur, tunc ſi quidẽ
licet ſe defendere,quando quidẽ non eſt per-
miſſa offenſio,ſed eſt impugnita,& à pœna
inmunis.& huius ſententiæ fuit Paul.Caſtr.
in præcitata.l.vt vim,& Ioan.de Lini.in traƈt.
de bello.c.88.& Hipp.in.d.§.agredior.n. 78.
Ex quibus verbis ſupra diƈti difficilis reſpon
ſi ratio ſatis colligi poteſt & ab exteris igno-
ratię nebulis diſcordata in concordiã reducũ
tur tametſi in obſcuro huc vſq; fuiſſe videtur
intelligendũ eſſe exiſtimo locũ ſibi vendica-
re quãdocũq; maxima ſubſiſtente cauſa iſt-
hæc defenſio naturalis tollitur: ſi quidẽ ea in
ſpecie tolli poſsi,ſicuti exiſtimat Ang.in.l. ſi
ſic.ff.de leg.1.& inibi Alex.& huius ſentẽtiæ
autores habeo Albe.in.l.oẽs qui.C.de epiſc.
& cleri.Alex.in.l.cũ mulier.n.12.ff.ſolu.mat.
qui quidẽ plura congerunt inquibus ſane de
fenſio tollitur,& ſuffragatur tex.in.l. aditos.
C.de epiſcopa.aud.& huic ſententiæ accedit
Dec.n.3.&.4.in.d.l.vt vim.& ante eum Flo.
in præcitata.l.1.§.cũ Arietes.n.3.verſic.qđ tñ
dixi & eſt tex.ad id preſtãtiſsim⁹ in.l. militis
agrũ in.§.irruẽs.ff. de re milita.& in.l.ſi ſeru⁹.
C.de his qui ad eccleſiã cõfugiũt.& in.l.itaq;.
ff.ad.l.aqui.& Fel.in.d.c.dileƈti filij.n.7.apud
quod huius.q.diffinitio ſatis conſtat.

Quartò ſtabiliri poſſet ea ratione duƈt⁹ dif
ficilimũ enim eſt iuſtũ dolorẽ tẽperare.l.ſi a- 4
dulteriũ cũ inceſtu.§.imperatoris.ff.de adul.
Hipp.in cõſ.83.& rurſus in cõſ.137. & ſerioſe
id explicat Anto.Gom.c.3.deliƈtor.n.3. quã
frequentiori doƈtorũ calculo receptã ſenten
tiã verã eſſe exiſtimo cõtra cardinalat⁹ digni *Contra cardinalẽ licita eſt deffenſio.*
tate inſignitũ,hãc propriã deffenſionẽ etiam
ad necẽ vſq; licere gl.quæ expreſsim id aſſe-
uerat in.c.fina.in verbo percuſſerit,de pœnis
li.6.& inibi Ioã.Andr.cuius meminit Ang.in
l.vt vim.ff,de iuſti.& iur.& Iaſ.n.1. Dec.n.7.
ibi & omniũ diligentiſsime Franciſ. Curtius
ſenior in conſi.20.nu.39.

Secũdũs ſubiicitur caſus,hãc vitę defenſio
nẽ licere etiã clerico tametſi veſtib⁹ indutus
rẽ diuinã diceret,& ab aliquo impetitus & ag
greſſus licitũ eſt ei celebrationẽ dimittere, ac
aggreſſorẽ occidere,gl.in ſũma.23.q.1.expli-
cãt.dd.in.c.cũ volũtate de ſen.excom,Hipp.
ĩ cõſ.4.n.5.ac deinde ad altare redire aggreſ-
ſoreq; interfaƈto & rẽ duinã perficere.& hu-
ius ſentẽtiæ autores habeo Ioã.de Lini.in tra
ƈta.de bello iuſto.cuius meminit Abb.ĩ.c.cle
rici.in.1.de vita & honeſta.cleri.ac iterũ ĩ. c.
ſicut dignũ de hom.Soci.in.c. ad audiẽtiam
eod.tit.n.40.Hipp.in.l.1. in princ. ff. de ſicar.
itidẽ in.l.is qui aggreſſorẽ,n.2.C.de ſicar Gan
din.in rubr.de hom.col.10.Carol.Ruyn.cõſi.
119 Calderin.conſi.11.titu.de tregua & pace,
Deci.in.d.l.vt vim.n.6.& omniũ diligentiſsi
me Iacob Baul.loco paulò ante citato.& Lu-
do.Car.in praƈt.crim.§.homicidiũ.6.n.17.pa
gi.360.& nouiſsime Greg.Lup.in.l.4. tit. 10.
part.7.ĩ lit.e.poſt.Inn.ĩ.c.olim.đ reſt. expol.

Quib⁹ & illud ſubijciã an & is in irregulari
tatis labẽ incidat & nullã cõtrahi irregularita
tẽ,qui ad eius neceſſariã defenſionẽ ſuũ occi- 5
derit inuaſorẽ vti hac in ſpecie ꝓbat text.ad
id preſtãtiſsimus in cõcilio Bienenſi.in clem.
vnica in finali ſui parte de hom.qua quidem
deciſsione ſopita eſt veterũ hac de re cõtro-
uerſia,tametſi cõtra hãc conſtitutionẽ quidã
cõtrariũ eſſe exiſtimabãt:ſi quidẽ hũc homi
cidã irregularẽ eſſe.quorũ meminit gl.in ver
bo cõſil.c.ſicut dignũ,de hom.& in.c de hiis
50.diſtinƈt.idẽq; profeſſus.Thom.2.2.q.64.ar
ti.7.qui oẽs in ea ſunt ſentẽtia opinantes ante
Clemẽ.5.cõſtitutionẽ in præcitata.clem.eum
irregularem eſſe, qui ad propriam eius ac
neceſſariam defenſionem inuaſorem occi-
derit, quorum opinio prorſus hac noſtra
tempeſtate

tempeſtate ſublata eſt per prædictã conſtitu. vnicam, de homi. idemq; exiſtimat glo. in ſũma. 23. q. 1. gl. & inibi Abb. in c. ſicut dignum. n. 14. de hom. Etenim is qui ad neceſſariã vitæ deffenſionẽ aliquẽ occiderit, nullã culpam homicidij contrahit: ergo nec irregularis erit quippe qui priuatum homicidiũ abſq; aliqua culpa cõmiſerit, quod ipſe intelligendũ eſſe exiſtimo, quandocũq; mortẽ propriã aliter euadere non poterat probat tex. in præcitata clem. §. furioſus. cuius meminit. Abb. idẽ profeſſus, in c. olim. in 1. de reſt. expol. n, 17. itidem in c. clerici in 1. de vita, & honeſta. cleri. n. 2. Fel. in ea eſt ſententia. in c. dilecti filij. nu. 14. de exceptio.

6 Ex quo quaſi ex eodẽ fonte vel ſtipite videntur plures iuris appẽdices deduci poſſe, & primo, an in interioni foro licet vtiq; occidere ſe defendendo nec in irregularitatis labẽ incidit in ſpecie de qua paulò antea meminimus de clerico qui relicta miſſa aggreſſorem interfecit, optimo quidẽ iure poſſe rẽ diuinam perficere abſq; peccati, & irregularitatis labe ſicuti exiſtimat Nicola. Plobi. in tracta. de irregularitate. 35. irregularitate, ſi ſane fugere poſſet in labem peccati ac irregularitatis incideret longe quidem alias. ex Abb. loco prçcitato, & Carr. n. 17. vbi ſupra.

*Quid ſi fugere poſſit.*

7 Secundò, conſtat in irregularitatis labẽ incidere, qui percuſſorem ab eo fugientẽ occiderit tametſi hic minimè ſit pœna ordinaria afficiendus. quod paſſim doctores fatẽtur locis præcitatis, attamẽ exceſſus hic neceſſariæ defenſionis irregularem inducit, ſicuti hac in ſpecie aſſeuerat, glo. & frequentius ibi docto. in c, 3. de homic. & noſtræ claſsis doctores in clem. vnica de homicid. illud conſtitutiſsimũ eſt ſatis vtiq; eſſe ad irregularitatem contrahendam non eſſe homicidiũ cõmiſſum ad neceſſariam occidentis deffenſionem, ſicuti frequentiori doctorum calculo receptum eſt in dicta clem. 1. & inibi Card. q. 26. licet quo ad pœnam ſanguinis & alias temporales poſsit vtiq; affirmari hoc homicidium minimè eſſe puniendum, pœna legis ordinaria: ſed extra ordinaria iudicãtis arbitrio vt paulò poſt ſuo loco verba facienda erunt.

*Frequentior recepta ſententia.*

Tertiò, hinc deducitur quid dicendum ſit de illo qui ſibi inſidiantem interfecerit, ſi quidem mortis periculum ex alterius inſidiis inminebat. quã quæſtionem tradidimus ſupra agentes de pœnis proditorie interimẽtis.

Quartò illud cõſtitutiſsimũ eſt inter vtriuſq; claſſis, literatos hanc propriam vitæ defenſionem vſq; adeo licitam eſſe, quin & pro ſalute propria defendenda, pontificem ac imperatorem interficere licere, ſicuti aſſeuerat Campitius in deciſsione ſacrorum conciliorũ. 130. col. 2. & Ludoui. Carre. loco paulò antea citato, quin etiam pro defenſ. licere furioſum dormientem aggreſſorẽ occidere abſq; criminis pœna, ſi quidem cum iſtec defenſio competat contra animalia etiã bruta licebit vtiq; contra precitatos in. d. l. vt vim. col. 2. & in hac ſpecie tenet nouiſsime Antonius Gome. Tho. 3. delicto. c. 3. n. 20. ad fin. nec clericum interimẽdo ſe deffendens excõicatione nec irregularitate eſt nodatus. c. ſi vero el 1. de ſentẽ. excomun. Quin etiam in animalibus vtiq; licet, nec domin⁹ animalis tenetur ꝑ noxa animal dare tametſi animal occidatur, ſe deffendendo. l. 1. §. cum Arietes præcitato. & inibi glo. Bar. Alberi. Bal. Floria. in quo dubio perplexa valde exiſtimatur quæſtio illa quæ doctorũ capita torquet, an filius contra patrem & ſeruus contra dominũ poſsint vtiq; ſe defendere in quo Bart. in dicta. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure, exiſtimat patri licere filiũ vtiq; verberare, & vtiq; domino. & hiis reſiſtentibus patri domino, ve eos poſſunt impetiri ac aggredi ad necem vſq; per rationem paulò antea citatam dibantis. idemq; exiſtimat glo. in. d. l. vt vim. nam ex quo licita eſt offenſio patri in perſonã filij, & domino vtiq; in perſonam ſerui. Cui ſentẽtiæ accedit Alciatus in tracta. præſumptio. in. 1. regula præſumptio. 3. quibus ſuffragari videtur tex. in. l. prima. 2. 3. & 4. C. de patria. poteſt, & fere ꝑ totum. C. de emendatio. ſeruorum & propinquorum, & nos alio celebri loco trademus, quo fit minimè eſſe licitam defenſionem cõtra patrẽ ac dominum, ſicuti exiſtimat Hippol. in practica criminal, in. §. aggredior. n. 79 Quorum opinio quam ſit à ratione deuia nemo ſanẹ mentis deſitebitur, & iſthæc ſententia falſo Bartolo attribuitur in dicta. l. vt vim nec nutu, nec verbis, id annuenti ſed vtiq;. n. quarto, inibi exiſtimat filio minimè licere ſe defendere aduerſus patrem verberantem nõ tamen aſſeuerat ſi pater ira commotus velit filium occidere, quod teneatur, quo fit filio ac ſeruo licere reſiſtere patrẽ qui animo occidẽdi nõ tñ verberãdi impetit ſicuti hac ĩ ſpecie pleraq; id gen⁹ alia ducẽs extimat Fel. ĩ. c. dilecti filij de exceptio. d. 7. atq; ideo prima opinio eã tendit quando vtiq; ageretur de

verbe



verba ratione. 2. vero opinio quãdo pater ad necem vſq; procederet, quo caſu deffenſionem in filio ſeruoq; licitam eſſe atq; ideo diſcordata in concordia reducuntur.

8 Quintò, itidẽ hãc deffenſionẽ propriã vſq; adeo licitã eſſe, quod officiali iudiciq; de facto vtiq; procedẽte iure reſiſti poſſet probat tex. in. l. omnes. C. decurio. li. 10. tex. in authẽ. quomodo oportet epiſcopos. colatio. 2. idẽ profitetur Hipolit⁹ in. l. æditũ. n. 3. ff. de quęſ. Cui accedit Thom. gramm. in voto. 1. nu. 15. ac rurſus in voto. 32. n. 24. quibus admodũ ſuffragatur glo. in. c. ex literis in verbo denũciẽtis de officio delegati, & ad ſtipulatur illud ꝑuerbiorũ. 24. & 80. c. vbi id cõſtitutiſsimũ eſt vim inferenti reſiſti poſſe. gl. in. c. nõ inferenda in gl. fin. 23. q. 3. tex. in. l. cõtra præcepta noſtra. C. de executor. & exacto. li. 12. quib⁹ admodũ ſuffragari videtur Bal. in. l. additos. C. de epiſ. audiẽ. ſpeculator in tit. de citatio. in. §. ſed nũquid. Feli. loco Paulo ante citato Chaſſaneus in cõſue. burgun. in tit. des iuſtices. rubr. 1. §. 7. co.. 3. n. 5. Thom. gram. in cõſi. 56. nu. 26. Decius in cõſi. 469. n. 3. Mattheus de afflictis li. 1. rub. 8. n. 78. & nouiſsime inter primarios canonicę philoſophię cẽſendus Ioã. Bernardus diez de Luco epiſcopus Calagarritanus in pract. criminali. c. 95. quã exiſtimo frequẽtiori doctorũ calculo receptã eſſe hãc ſẽtẽtiã tametſi nõ deſunt. dd. in albo primariæ doctrine poſiti qui prorſus cõtrariũ exiſtimãt: nã & Bart. in. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſiam cõfugiũt, itidẽ in. l. fin. C. qñ liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vẽdicare in ea eſt ſentẽtia iudici iniuriã ac vim faciẽti, nec vtiq; licet reſiſtere, nec ſe defendere contra eũ. & in leg. quẽadmodũ. §. fi. ff. ad ſillania. Alberi. in tra. ſtatutorũ. 4. part. q. 36. Floria. in. l. ſeruus. ad legẽ Aquiliã ad finẽ. Ange. in. l. apud labeonem §. ſi quis de iniuris. Bal. cõſi. 105. volu. 1. itidem in. l. fina. C. de crim. repe. & in. l. ex patrono. C. ne filius pro patre. & in. l. 1. de vnde vi. col. penul. & in. l. nec amorẽ. ff. q metus cauſ. Hippoly. ĩ prac. §. diligẽter. 15. carr. Paris. in tract. ſindicatus. in verba. reſiſtẽcia Saly. in. l. 2. c. de his qui latrones occultauerũt. Quib⁹ accedit Cataldus in tract. ſindica. n. 172. Ioã. de Imol. in. l. ex cõſenſu. §. fi. ff. de appell. n. 39. Hippol. omniũ diligẽtiſsime in. l. 1. n. 78. ff. de ſicar. & præter hos. dd. iſthæc ſentẽcia cõueſtiri poſſet elegãti Ariſtotelis ſentẽtia. li. 5. ethicorũ. c. 5, vbi exiſtimat tametſi principatum habens quẽpiam percutiat minimè debet repercuti ex quo violẽtia à ſuperiore iuſte inſertur. Cui accedit tex. in. c. noli ad finẽ. 23. q. 1. c. bone. de ætat. & qualit. Quib⁹ admodũ pœna infligitur ei qui manus intulit ſuo duci tex. eſt in c. patet. 9. quæſt. 3.

*De eadem re*

*Freqũẽti ao opinio.*

V. Julium Clarum in lib. 5. recept. q. 19. n. 2

Secundò ſuffragari videtur illud eccleſiaſtes. c. 4. vbi aſſeuerat in hæc verba, *noli reſiſtere cõtra faciẽ potẽtis*. Idẽ exiſtimat apoſt. ad Romanos. c. 14. & illud Lucæ. c. 10. dicitur. Qui nos. ſ. iudices mũdi ſpernit, me ſpernit. c. ſi qñ de officio deleg. quã vltimam ſententiã vt pacem deſidẽtibus iuribus afferã intelligẽdã eſſe exiſtimo, ſi ſanè iudex, ſecũdũ ius procederet lõge quidẽ alias ſi quidẽ de facto procedẽte ac perperã exequenti violenter reſiſti poteſt iniuriamq; propulſare.

Sextò ad iſtius capitis interpretationẽ & illud adnotandũ eſt, qui poterit mortẽ vitare fugiẽdo an irregularis ſit, ſi omiſſa fuga inuaſorẽ occiderit & hũc eſſe irregularẽ ꝓbat gl. in dict. Clem. 1. & inibi Cardina. q. 26. itidẽ gl. & dd. in. c. ſuſcepim⁹. de homicidio. Abb. in. c. ſignificaſti. in. 2. eo. titu. idẽ in. c. 2, de vita & honeſtate. Sylueſt. verbo excomunicatio. 6. q. 9. Si quidẽ clericis ignominioſum nõ ſit fugere ab agreſſore ſicuti cõſtat ex. d. c. ſuſcepimus, & deniq; iſta eſt frequentiori calculo recepta ſententia. quod ſi fuga periculũ mortis inducet, vel ex eo quod inimici à tergo inſterent, vel ſanè, quia ipſe agreſſor facilius fugientẽ ſecutus fuiſſet, ac ex fuga maiorẽ capiens audatiã ipſum occideret, in hac ſi quidẽ ſpecie minimè clericus tenetur fugere, nec irregularis cænſendus ſi omiſſa fuga aggreſſorẽ occiderit explicat Felinus in. d. c. ſuſcepimus, Syklueſ. verbo homicidiũ. 3. q. 4. Hipp. conſilio. 25. numer. 44. & huius opinionis autores habeo Bart. in. l. prima. C. de confeſſ. & inibi Angel. Salice. Bald. in præcitata leg. vt vim, & itidem in cap. fin. de conſuetud. & in cap. 2. de vita. & honeſta. Angelus in. l. is qui cum telo. C. de ſicar. Floria. in. l. 3. §. qui cum aliter. ff. de vi & vi. arma. Abb. Anto. in dict. capit. ſignificaſti Iaſon & Decius in dicta. l. vt vim profitentur hanc communem. itidem Bald. in. l. ſi ob turpem. ff. de conditio. ob turpem. cauſ. Cæpol. conſilio. 42. & iterum conſilio. 28. Hippo. in dicta. l. furem. ff. de ſicar. itidem in ſingular. 69. & conſilio. 25. præcitato. in qua controuerſia hanc aſſeuerat communem Ludouicus Carre. in practica criminal. d. §. 6. n. 131. Hãc diſtinctionẽ cõmunẽ ipſe verã eſſe cenſeo adhuc in ipſis clericis, tametſi

*Frequentior opinio.*

maius

maius dubium videtur in eo qui cum eſ-
ſet laicus tempore aggreſsionis; poterat
fuga mortem effugere,& nihilominus ag
greſſorem occiderit ſiquidem laicus non
tenetur fugere quilibet tenetur hono-
rem conſeruare ſuum.l.Iulianus.§.1.ff.ſi-
quis omiſſa cau.teſtamen.& inibi Alberi.
Bal.Angel.& paſsim doctores tex.in.l.mi
les.§.ſoce. ff. de adulteriis & in.l.iſte qui-
dem.ff.quod metus cau.l.ſiqui aduocato
rum.ff.de poſtulandoC..l.in eadem cauſa
ff.ex quibus cauſis maior & in.l. iuſta. de
manu.vindicta.ff.& Fran.a Victoria in re
lectione de Indis ſiue iure belli. numer.4.
quia fuga eſſet ei ignominioſa teſtibus.
Bar. Socin Bal.& alij plerique in dicta.l.
1.C.vnde vi.Imol.& Cardina. in præcita.
clemen.vnica de homicidio Bal.in.cap.1.
in principio de pace tenenda Cinus . in.l.
ſi ex plagiis.§.tabernarius.ff.ad .l.Aquil.
glo.& Annan.in.c.Petro.de cleri.percuſ-
ſore.Bal.in.l.1.C.de edilitiis. actio. glo.in
cap.ſuſcipimus de homic.Anna.Abb.Fe-
lin.inibi profitentur hanc communẽ Ale
xan.conſilio.109.dicit hanc communem.
colum.3.lib.1.& conſi.116. colum.vlti.libr.
7.& Anton.Gomezius.ſerioſe id explicãs
cap.3.delicto.nu.23.

Quod intelligendum eſſe exiſtimo ſi
11 ſit nobilitate decoratus ſiquidẽ nobilis
ab alio impetitus minime fugere tene-
tur,ſiquidem ſine dedecore non poſsit fie
ri,huius opinionis autores habeo Cinum
in.l.ſi ex plagiis.§.tabernarius itidem in
l.ſcientia.§.qui cum aliter & inibi Floria.
ff.ad.l.Aquil.Cinus.in .l.filius.ff.de condi
tio. inſertis vbi Bal.Bart.in.c.1. col.5.verſi
culo.dicunt.titu.de pace tenenda. itidem
conſi.312.col.2.lib.4.Floria.in .l. quemad-
modum.§. ſi nauis alteram.ff.ad.l.Aquil.
Annan.in.c.porro.colum.penul. de cleri.
percuſ.Angel.in.§.iusgentium.inſtitu.de
iure natura.iterum in tracta.malefici.ver-
bo.& dictus Titius col.1.Hippo.in practi
ca.§.quoniam.num.88.ad id elegans in.l.
in eadem.ff.ex quibuscauſ.maiores & ibi
Bald.profitetur non ſolum in nobilibus
quinetiam in aliis qui ſine dedecore fuge
re non poſſunt Cinus in.l.1.colu.penult.
& ibi Bal.col.4.C.vnde vi. quorũ opinio-
nem aſſerunt eſſe communem Alex.con-
ſilio.109.nume.4.libr.1. Iaſon ,& Deci.in
dicta.l.vt vim .ad finem.& Ludo.Carrer.
in dicto.§.6.num.131.& præter hos nõ de-
ſunt præſtantiſsimę ad hanc ſententiam
fulciendam conſiderationes quod proba
tur ea ductus ratione: poteſt quis aggreſ-
ſorem occidere ad vitãdam iniuriam quã
vel alapa, vel fuſtibus,ſibi inferendam ali
ter vitare non poterat vt notat poſt alios
Alexan.conſilio.119.libr.7.Hippo.in.l.1.li
mita.9.ff.de ſicar.Ludoui.Carre.in dict.§.
6.nume.94.igitur poterit quis fugam omit
tere quæ ſibi iniurioſa eſt,& aggreſſorem
occidere: hoc autem obtinet quoad pœ-
nam temporalem atq; ad eius moderamẽ
etenim quoad irregularitatem mihi mul-
to melius videtur,quod & laicus cui igno
minioſum eſſet fugere homicidij culpam
aliquam habeat,quæ etiam ſi grauis non
ſit ratione honoris nihilominus culpa eſt
quæ quidem quoad irregularitatem ſuffi
cit,quare etiam in laico opinamur com-
munem ſententiam gloſ. & doctorũ in. d.
clemen.vnica cui accedit tradita per Ale
xan.conſilio.119.& inibi Carol.Molendi.
exiſtimat eſſe illam defenſionem immo-
deratam ſaltem non omnino equã , quod
ob honoris tutelam vitam quis alteri a-
dimat quod potuit ex Thom.probari.2.2.
quæſt.131.ar.1.

Ex huic rei maximo apice deſeruire vi
detur,quod vulgo circum ferri ſolet ſiqui
dem aggreſſus abſque dedecore infamiæ
labe fugere poſſet : qa procul ac lõge erat
inimicus ac ſimulatione vſus potuerit do
mum ingredi ac rixam euitare, vel ſane eſ
ſet vilis ac abiecta perſona : in qua quidẽ
honoris periculum non conſideraretur,
tenebitur, vtiq; fugere ſiquidem minime
ſibi noceret,& vtique aggreſſori ac reipu
blice prodeſſet argumento optimo .l.1 .§.
denique.ff.de aquaplu.arcen.l .1.§.ſi quis
ff.de aqua.quoti. & Eſtiua.l.1.§. aduerſus.
ff.nequid in flumi.publ.l.veteres.ff.de iti
ne.actuque priua.l.opus.ff. de ope.publi.
l.fin.de iniur.cui ſententiæ accedit Bal in
l.1.C.vnde vi.nu .4. & inibi Petrus .2. col.
Cinus penul.col.nume.6.Faber.col.penu.
Alber.colum.4.Bart.in pręcitata.l.vt vim
ad fin.& ſerioſe id explicat Hippo. in.l.1.
ff.ad.l.Corne. de ſicar. & iſthæc ſententia
veritati magis fauet,tametſi ab ea diſce-
dat Anna in.c.ſuſcepimus de homicid.ad
fin.& Bart.in dicta.l.1.C.vnde vi.col.2. &
ibi Salice.3.col.& Bal.in dicta.l.vt vim.fi-
nali.



nali.col.nec deſunt.dd.qui exiſtiment fuge-
re ſemp eſſe ignominioſum,ac nimis pericu
loſum,atq; ideo,neminem ſiue nobilẽ,ſiue i-
gnobilem,fugere tenetur,Bal.in.d.l. vt vim
col.pen.Angel.&Sal.in.l.1.C.vnde vi.Angel.
in.l.ſi quis cum tello,& in.l.2.C.de ſica. itidẽ.
& Imol.in.l.vltima.ff.de condit.inſtit. & hãc
profitetur,eſſe cõmunem Alex.præcitato cõ
ſilio.109.viſis,& vt oportet.col.3.verſi. quim
imo.vol.1.& rurſus conſi. 119. viſſo proceſſu
inquiſitionis ad finem.vol.7.quibus & cano
nicę philoſophię,autores accedunt. Anto.in
c.olim.col.penulti.de reſtit.Spoli,Anchar. &
Imol.in clemen.1.de homicidio.Abb.in. c.ſi
gnificaſti in.2.eo.tit,in antiquis.Io.Anna. Pa
nor.& Feli.Qui hanc eſſe cõmuni cõſenſu ſta
bilitam aſſeuerat in.c.ſuſcepimus.eo.tit,Flor.
in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l.Aquil.
licet pleriq; alij in contraria ſint ſententia; ſi-
cuti conſtat ex recentioribus in pręcitata.l.
capitalium.§.famoſus.ff.de pœn.deci.nu.85.
in.d.l.vt vim hanc eſſe cõmunem profitetur
*Due commu nes contrarie* Tiraquelus de nobili.c.20.n.64.Boer. deciſi.
168.in quo dubio diſcedẽdum non eſt à Bart.
diſtin.in.d.l.1.n.8.C.vnde vi. conſtituens di-
ferentię rationem inter nobilem & ignobilẽ,
quã & eſſe cõmunem inibi profitetur.

Quibus & illud addam,hũc aggreſſum te-
neri mitiori pœne,ſi quidẽ non erat in diſcri
mine vitę conſtitutus,& abſq; infamiæ labe,
ac dedecore ſaluo honore ſuo fugere poterat
iudicantis arbitrio pœna afficiẽdus eſt.l. qui
cum maior.§.libertus.de bo. liberto. ignoſcẽ
dum eſt ei vlciſci prouocatus tex.eſt in præ-
cita.c.olim,& in.c.ſignificauit de pœni. & re
miſsio.& eſt glo.in ſumma.23.q.1.ver.propul
ſa extatq; hodie regia.l.14.tit.27.par.7.

Et conueſtiri poſſet ratione aggreſſori im
putandum eſt qui cauſam delicti præbuit. l.
quoniã multa.C.ad.l.Iuli.de vi.pu. & in hac
ſpecie ferunt Bald.in.d.l.vt vim.ad fin.& Iaſ.
col.2.Dec.4.fortu.Garſi.n.8.itidem Bal. in.l.
1.C.vnde vi.6.col.q.10.& inibi Cyn.Faber.&
Sal.n.15.Bal.in.c.1.de pa. tenen. & eius viola.
2.col.itidem in.c.1. §.ſi quis vero de pa.iura.
firman.Fin.col.Florian.in.d.l. ſcientia. §. qui
cum aliter.col.1.Angel.in.d.ver.dictus Titi⁹.
5.col.verſ.aduertas itidem in.§.ius autem gẽ
ti.inſti.de iure natura gen.& ciuili.col.3. Hip
pol.n.41.in.l.1.ff.ad.l.corne.& in.l.2.eo.tit. n.
15.& in practi.ſua.§.quoniam.n.63. & noſtrę
claſsis viri huic accedunt ſententiæ Abb. in
præci.c.olim.n.15.& inibi Anton.fin. col. &
alij pleriq;.itidem in.c.cum te.de re.iur. ad ſi.
& in.c.1.de iniu.2.col.& in.c.dilecti.de exce
ptio.fin.col.Anna.in.c.1.de homi.q.9. Ioan.
Andr.ad ſpeculum.tit.de homi. ſuper rubri.
ad ſi.& omnium diligentiſsime Felin.in.c.ſi-
gnificaſti ĩ.2.ad ſi.de hom.& ĩ præci.c. dilec.

Quibus & illud adiiciã cõuiciantẽ poſſe p
aliã iniuriã propulſare explicat ſpeculator.ti
tu.de accuſa.verſ.quid ſi vocauit e latronem.
Angel.in tract.maleficior.verbo verba cõtu-
melioſa.Iaſ.in.d.l.vt vim.& inibi Dec.Bar.in
l.quæ omnia.§.1.ff.de pcura.itidẽ in. l. apud
labeonẽ.§.1.ff.de iniuriis.Alex.& alij noſtri
claſsis viri in.l.ſi quis.extraneos in princi.ff.
de acq.hæred.Alex.& Iaſ.in.l.fin.ff.qđ quiſ-
q; iuris.Alber.in tract.ſtatutor.q.43.Ludoui.
Carre.ſatis diligenter.§.homicidiũ.6.n.39.pa
gi.373.Abb.&.dd.in.c.cum te de re iudicata,
quod ſi quis aggreſſus fuerit verbis iniuriam
q; ppulſauerit aliter ad necẽ vſq; mitiori pœ
na per rationes paulò antecitatas afficiẽdus
eſt ſicuti in hoc dubio cenſet Augu.de Ari-
mi.in aditio.ad Ange.de malefi.in parte ver
ba cõtumelioſa.5.col.itidẽ Augu.ĩ verbo di
ctus Titius ſe defendendo.& nouiſsime An
to.gomez.c.3.delictor.n. 24. & adnotauim⁹
ſupra capit.1.numero.21.

Ex his & illud conſtitutiſsimũ eſt,ſi ſanè 13
aliquis eſt impetitus ab aliquo & percuſſus
fugientẽ inſecutus eſt cum interimat,tamet
ſi non ſe defendendo extra ordinem iudicã
tis arbitrio pœna afficiendus eſt ſicuti exiſti
mat Iacob.de Aret. in.l.1.C.vnde vi.n.8.cui *Iudicãtis arbitrio pœna.*
accedit Anton.de Butr.in.c.olim el.1.n.37.de
reſtit.expoliat.& inibi Abb.n.15.quos ſequi
tur idem profeſſus.Fran.Are.in cõſi. 80. n.9.
Angel.in tract.maleficio.in verbo & Titius
ſe defendendo.n.36.Hipp.in ſingul. 100. iti-
dem in.l.is qui aggreſſorem.n.18.C. de ſicar.
tametſi glo.in.c.1.23.q.1.& regia.l. 58. ſtilli.l.
tamẽ ſtilli.59.approbabit glo.in.c.3.de hom.
contrarium volẽtẽ,poteſt tamẽ prior.gl.pro
cedere quoad ipſam delicti pœnam,legibus
diffinitã.Illa etenim locũ nõ habet: poſterior
autẽ gl.erit intelligẽda quo ad aliquã puni-
tionẽ extra ordinẽ,vti Paulo antea ad nota-
uimus: hæc enim nullo pacto eſt omittenda
quæ intellect⁹ nõ tãtũ autoritate verũ & ipſa *gloſ. intellectus.*
ratione probabilior eſt,quem comperi ele-
ganti diſputatione defendete Didacũ â Co-
barru. archiepiſcopũ Dñicum inſulæ in.4.
decretalium,ſecunda parte. capit. ſeptimo.
§.7.numero vndecimo.

14 Ex hiis iuris apẽdix deducitur minimè in
irregularitatis labẽ eum incidere, qui aliũ oc-
ciderit non tantum ad propriã deffenſionem
neceſſariã propriȩ ſalutis, ſed & ſi deſcẽdat ab
*An irregularis ſit qui ob mẽbri mutilationẽ interfecit.*
alicuius mẽbri mutillatione. Quod aſſeuerat
Cardin. in. d. clem. vnica. Syluest. verbo ho-
mici. 3. q, 4. ea ratione cum mors & mutilla-
tio mẽbri ȩquipolentia ſint in hac ſpecie, ta
metſi Villadiego de irregularitate. C. de per-
cuſo. col. 14. diſcedit ab hoc intellectu. Cardi.
ꝑfecto verior eſt hæc interpretatio: quippe
quȩ deſcẽdat ab naturali defenſione quȩ iu-
re diuino, ac ipſa natura licita ſit, contingere
tñ poteſt quod ex accisſione mẽbri mors ſe-
quatur, atq; ideo qui defendit ſeipſum abciſ
ſione mẽbri aggreſſorẽ occiderit puniendus
nõ eſt, nec irregularis cenſetur, cũ iure licitũ
ei ſit ꝓpriã, propulſare iniuriã modo nõ ex-
cedatur moderamẽ inculpatȩ tutellȩ, ſi qui-
dẽ exceſſus defenſionẽ ipſam culpabilẽ red
dit ſicuti cõſtat ex. l. 1. C. vnde vi. & in. c. vt fa
mæ. §. vl. de ſentẽ. excom. c. ſignifica. in. 2. vbi
gl. &. dd. de homi. qui probat irregularẽ eſſe
qui modũ exceſsit in defenſione, idẽq; con-
ſtat ex. 2. par. tex. in clem. vnica de homicid.
dũ dicitur mortẽ aliter vitare non valens, ta-
metſi quo ad illas pœnas ſit ſemper remittẽ-
da pœne ordinariȩ pars propter defenſionẽ
ab aggreſsione, etiã ſi modus defenſionis ex-
cedat tex. ad id prȩſtantiſsimus in. l. ſi adulte-
riũ cũ inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. quẽ
notat Iaſ. in. d. l. vt vim. col. 3. Ioan. bap. de ſan
cto Seueri. in tract. de debitorib. ſuſpect. fu-
gi. col. 1. Aret. cõſi. 43. col. 3. Anto. & Abb. in
c. olim. 1. de reſti. expol. colũ. 7. Dec. in. d. l. vt
vim. Abb. & Rabe. in. c, 1. de iniur. Fel. in. d. c.
ſignificaſti. col. vlt. Hipp. in. l. 2. nu. 15. C. ad. l.
corn. deſicar. & iterũ in ſingul. 100. hoc ipſum
probat tex. in. c. ſignifica. de pœn. & remiſs.
cuius ad idẽ meminere Fel. in. c. dilecto. de ex
ceptio. col. penul. Boloninus cõſil. 37. colũ. 2.
eſt gl. in ſũma. 23. q. 1. & eſt frequẽtiori calcu-
lo recepta ſenten. vbi fatetur Ludo. Carre. in
practi. crimi. tit. de homic. §. 6. nu. 153. quibus
omnibꝰ cõuenit regia. l. 58. &. 59. ſtilli. & Ale.
idẽ tractatẽ cõſi. 119. li. 7. n. 12. Thom. gramm.
deciſsione. 5. &. 22. &. 98. ex propriȩ vitæ de-
fenſione tutellȩ moderamẽ modũ excedamꝰ
de quo moderamine vide Baulem. vbi ſupra
Ludo. Carr. in pract. §. homi. nu. 95. cum aliis
pagina. 393.

15 Ex quo primo deducitur venientẽ gladio
ȩuaginato contra mȩ tametſi minimè percu-
tiat poſſum precauentẽ defendere, regia. l. 7.
tit. 10. part. 7. inibi. *Del mal o de la fuerça que el
quiere hazer.* ſufficit aduerſarij volũtas, & vbi
q; conſtare debet per ipſum actũ nõ tamẽ ꝑ
ſimplicem minã. l. 2. tit. 8. par. 7. ibi. *Fueras ende
ſi lo mataſſe en deffendiendoſe, veniendo el otro con-
tra el, trayendo en la mano cuchillo ſacado, o eſpada
o piedra o palo, o otra arma qualquier cõ q̃ lo pudieſ
ſe matar,* Et regia. l. 2. titu. 16. parti. 2. inibi. *Mas
eſte defendimiẽto ſe deue hazer ſobre tal razon, ſi el
otro ſacare el arma contra el para le querer matar,
o le ouieſſe primero herido.* Si quidẽ minimè exi-
ſtimo expectare ab ipſo percuti vti hac ĩ ſpe
cie opinatur Bar. in. l. ſi explagis. §. taberna-
rius. ff. ad. l. acquil. itidẽ in. l. 1. C. vnde vi verſ.
quȩrit gl. eo etenim caſu quod probo contra
me ȩuaginãtem, mea ſanè deffenſio ſatis ſuꝑ
q; cõſtat aſſeuerat Bal. in. l. ſed & ſic quecũq;
per tex. inibi. ff. ad. l. acquil. itidẽ Bar. cõſi. in
cipiẽti Reynũ. Alex. idẽ profeſſus in. l. non ſo
lũ. §. ſciendũ. ff. de noui operis nũtiatio. An
char. cõſ. 272. Fel. in. d. c. ſignificaſti. col. 2. An
gel. idem ad ſtipulatur in. §. iniuria. inſti. ad. l.
acquil. idẽ in glo. & dictus Titius. 3. col. verſi.
& aduertas Bonif. in rubr. de inſultis. 2. colũ.
Anchar. & Card. in. d. clem. vnica de homici.
Iaſ. in. d. l. vt vim & itidẽ Dec. 3. colũ. notab. 2.
Thom. grãm. cõſi. 29. Abb. in. d. c. cũ olim de
reſtitu. expolit. Alex. cõſi. 109. Corne. cõſi. 162
col. 4. & cõſi. 204. col. 2. & cõſi. 174. vol. 1. qui-
bus accedit Angel. in. l. quẽadmodũ. C. de in
officio. teſta. Cepol. cõſi. 29. Anna. in. c. perfo
diẽs de homi. Hipp. id. cõſi. 4. & cõſi. 25. &. 31.
ad fin. &. 41. Ex quibus hãc eſſe cõmunẽ con
ſtat, & pro hac omniũ recepta ſententia ad
ſtipulatur ratio ad id prȩſtantiſsima, terror ſi
quidẽ armorũ iuſtũ incutere mætũ cõſtat, vt
ſanè ad defenſionẽ feciſſe dicatur. l. 3. §. arma
to. ff. de vi & vi. armata. l. ſed & ſi quicunq;.
ff. ad. l. aquil. Flor. in. d. l, ſcientiã. §. qui cũ ali-
ter, itidẽ in. l. ſi ſeruus. ad finẽ. ff. ad. l. aquil. Cȩ
pol. d. cõſi. 29. Anna. in. c. ſi perfodiẽs. de hom.
Quod exiſtimo in ſe præparãte ad defenſio-
*Cõmunis opinio.*
nẽ ſi quidẽ eũ offendere licet vti in hac cõtro
uerſia explicat Bal. in. l. lege. C. locati. & tam-
q̃; notatu dignũ idẽ ꝓfeſſus Iaſ. in. d. l. vt vim
aſſeuerans alias eſſe iudicatũ Hipp. ſing. 638.
incipiẽti prȩparatio. Thom. gramm. in voto
20. & cõſ. 18. & cõſ. 29. idq; prȩſertim obtine-
bit minatione præcedẽte, etenim ex ipſa prȩ
paratione poſsint me defẽdere. Ab in. d. c. cũ
olim. el. 1. 7. col. Hipp. ſingu, 640. Math. de A-
flict. in cõſtit. Neapo. incipiẽti pacis cultũ. 6.
notabilȩ



notabile verſi. pro declaratio. itidem in con-
ſtitutione intentionis.

16 Hinc tollitur grandis doctorũ que pluſq;
mediocris eſt ſi ſanè inuaſus nõ eſſet in pe-
riculo vitæ conſtitutus tunc minimè licet in
uaſo, ſuum occidere aggreſſorẽ tex. ad id ele
gans in clemẽ. vnica de hom. l. is qui aggreſ-
ſorẽ in verſ. in diſcrimine vitæ cõſtitutus. C.
*Quaſi non eſſet in diſcrimine vitæ.*
deſicar. l. 1. §. cũ moderamine. C. vnde vi. & in
ibi gl. magiſtra, itidẽ in. l. ſcientiã. §. qui cũ ali
ter. ff. ad. l. acqui. l. 1, §. vim vi. ff. de vi & ar-
ma. Is in hoc dubio cenſetur in diſcrimine vi
tæ cõſtitutus, ſi terror armorũ adſit vti pau-
lô antea adnotauimus, ex. l. ſed & ſi quecũq;.
ff. ad. l. aquil. l. licet. §. armatæ. ff. de vi & vi ar
mata, &. dd. prȩcitati tex. in. l. 2. §. 1. ff. de vi &
vi armata, & inibi Bar. Angel. & paſsim. dd.
itidẽ Bar. in. l. ſi explagiis. §. tabernarius præ
citato. & in. d. l. ſi furem. col. 2. Petr. à bel. per
tica. in. d. l. 1. C. vnde vi. & inibi Ang. 2. col. n.
8. Saly. 2. col. Floria. in. l. ſcientiã. §. qui cũ ali-
ter. ff. ad. l. aqui. n. 3. quibus neq; admodũ ĩui
tus accedit Angel. in tra. malefitiorũ in ver-
bo. & dictus Titius ſe defendendo. 2. col. Bo-
nifa. in tra. maleficiorũ, in rubri. de inſultis. 2.
col. Ange. in. §. ius autem gẽtiũ. col. penul. de
iure naturali gẽtiũ, & ciuile. Itidẽ in. §. iniuria
inſtit. de. l. aqui. n. 3. & in. l. multis. C. de libera
li. cauſ. ad fin. & in. l. & ſi certus. §. ſi. ff. ad ſilla
nia. Dec. col. 4. & Iaſ, n. 9. in præcita. l. vt vim.
ſatiſq; diligenter explicat Hipp. in practi. in
§. expedita. 4. col. nu. 19. & in cõſ. 4. n. 17. & cõ
ſi. 31 n, 52. & in. l. 1. ff. ad. l. corneliã de ſicaris: n.
37. regla. l. 2. tit. 8. parti. 7.

Illud etiã adnotãdũ eſt hãc defenſionẽ, vſ
què quo licitã eſſe nõ ſolũ quãdo mortis pe
17 riculũ immineret verũ etiã ſi imminet iniuriȩ
ꝑſonalis iactura, vti hac incõtrouerſia ꝓfite-
tur Bar. in. d. l. 1. itidẽ cõſil. incipienti banitus
Anto. de But. in præcitato. c. olim ad fin. ex-
plicat Alex. cõſi. 109. col. 5. vol. 1. Ange. in. l. 2.
C. deſicar. & Iaſ. & pleriq; quorũ ſupra memi
nimus, in. d. l. vt vim. n. 10. &. 36. Hipp. in. d. l.
is qui aggreſſorẽ, ac rurſus in ſingu. 100. itidẽ
in prac. crim. §. quoniã, & iterũ in. l. 1. limita. 9.
ff. deſicar. apud quos lõga eſt huius quæſt. diſ
putatio. & Ange. in præcita. l. is qui aggreſſo
rẽ ꝓfitetur pleroſq; liberaſſe, explicat omniũ
diligẽtiſsime Paul. Pariſ. in. c. dilecti filij. n. 36.
de exceptio. intelligo ſanè ſi ex tali iniuria pe
riculũ mortis verſaretur, vt in. c. fin. de homi.
li. 6. Si quidẽ pro leui iniuria occidere nõ licet
*Intellectus.*
explicat Dec. in. d. l. vt vim. Alex. cõſ. 76. vol.
1. Ange. in. §. ius autẽ gẽtiũ. inſti. de iure natu-
li, & itidẽ in. §. iniuria. inſtit. de iniuriis. & ĩ par
te & dictus Titius. Paul. Par. in. c. dilecti filij.
n. 36. de exceptio. ꝙ ſi ſine aliquo armorũ ge
nere manu vacua, me impetiſſet, ſi quidẽ ali-
ter iniuriã aggreſſus ȩuadere minimè poſſet
poterit vtiquè aggreſſorem occidere Bal. ĩ. l.
1. C. vnde vi. n. 11. & in Bar. n. 7. Ange. ĩ. d. ver.
& dictus Titi. Iaſ. in præcitata. l. vt vim. n. 10.
Bal. & Ant. de Butr. in. c. olim. de reſti. expoli.
n. 35. quibus accedit Anna. in. c. ſignifi. el. 2. de
hom. col. antepen. & nouiſsime Ant. Gome.
c. 3. delicto. n. 22. ꝙ ipſe intelligo tametſi ſecu
re poſſet iniuriã euadere arripiendo fugã, ſi-
cuti ante meminimus.

Ex quo etiã cõſtat minantẽ occidere poſ- 18
ſe ſi ſanè minȩ ad mortis occiſsionem tendãt
gl. Accurſiana quȩ expreſsim hoc ipſũ vult ĩ
l. 1. C. vnde vi rationem ſumens ex tex. ĩ. l. 1. qñ
licet ſine iudice ſe vẽdicate, idẽ profeſſus Cur
tius cõſi. 20. col. 15. q. 4. quã ſanè ipſe intelligo
qñ eſſet periculũ in mora poſt minas ſi quidẽ
expectabat ſocios quã citiſsime venturos,
*Intellectus autoris.*
quo fit cũ periculũ ei immineret, poſſet occi-
dere, quam ita adſtipulatur ſentẽtiã Anto. in
ibi in præcitato. c. cũ olim ad fin. cui accedũt
Areti in. §. ius aũt gentiũ inſti. de iure natura.
Iaſ. in. d. l. vt vim. verſ. nunquid aũt præter ſo
las minas. Ange. itidẽ aſſeuerat, in. l. quẽadmo
dũ de inofficioſ. teſta. C. & in. d. l. ſi adulteriũ
cũ inceſtu. §. imperatores. ff. de adult. Math.
in cõſti. terminũ vitæ notab. 6. Fallen. 15. Cor
ſetus idẽ profeſſus in ſingul. mætus. Hipp. ſin
gul. 640. Cardo. igitur huius cõcluſionis ĩ eo
verſatur: etenim propter ſolas minas minimè
minãtem occidere poſſe, ni minæ ſint in per-
cutiendi actu; vel periculũ in mora eſſet, gloſ.
in. c. cũ dilectus in verbo violẽtia, quod me-
tus cauſa extra, Bal. in. l. mætũ ad fin. C. eod.
tit. itidẽ in. l. ſi. n. 4. ff. de hær. inſt. & inibi Ioã.
de Imol. & huius ſentẽtiȩ autores habeo Ab.
in c. 1. de offic. deleg. & inibi Fel. n. 2. itidẽ in. c.
afferte mihi gladiũ. n. 12. de præſump. & ĩ. c. ſi
cut dignũ. n. 12. de hom. Mari. Soci. nu. 38. ĩ. c.
ad audiẽtiã eo. tit. Quibus accedit Ioã. de Pla.
in. §. ius autẽ gentiũ. n. 43. inſti. de iur. natura.
Abb. in. c. ſcribã de præſump. & in. c. qđ dici
tur de ver. verborũ ſignifi. Mõtal. in. l. 5. tit. 13.
par. 2. ſed vt hic locus deinceps põdus fortaſ
ſis nõ ſit tantæ difficultatis intelligo, vt paulò
antea adnotauimus quãdo minãs eſt in actu
ꝓpinquo percutiẽdi, lõge quidem aliter mi-
nãtem occidere licet, ſicuti exiſtimat Bald. in

r 2 tracta.

tracta.ſtatutorū in verbo.pax.verſi.1.itidē in l.1.C.quādo liceat vnicuiq; ſine iudice, & huius ſentētiæ autores habeo Iaſ.in.n.13.in. d.l. vt vim.& in.l.1.n.46.ff.de offic.eius cui mādata eſt iuriſdictio.Angel.in.l.quēadmodū.C.de in offici.teſtam.Ant.curſetus in ſingul. incipiēti mætus,Hipp.in ſingul.640.& ī practi.crimi.§.diligenter.n.87.& in.l.1.§.præterea.nu.22.ff.de quęſtio.& omniū diligētiſsime Math.de afflict.in conſti.Neapol.li.1. rubr.8.n.52.ex gl.in.c.cū dilectus verbo violentiā,ꝙ mætus cauſa. apud quos huius nodi ſolutio ſatis conſtat.

Secundò,ſubijciā intelligendā eſſe illā ſententiā ſi ſanè minator ſit ſolitus minas executioni mandare,ex Ang.de peruſio in cōſi. 215.Anchar.in cōſi.299. Chaſſaneꝰ in cōſuet. burgūdię in tit.dedriat.rub.3.§.1.fo.102. col. 4.& glo.in pręcita.c.cum dilectus.

Tertiò pręmiſſa ſñiaquā mō explicuimus etiā ad notationē meretur ſi ſane minator ſoleat executioni minas mādare,ſitq; vir maxima potētia,iuris ſi quidē eſt præſūptio, cōtra cū vt pote ſubijciatur torturę. huius ſentētię autor eſt ſpeculator,tit.de preſumptio.§.ſpecies,verſi.ſed pone Alberi.in.l.mętū, ꝙ metꝰ cauſa,C.quibus accedit.Bal.Imol.in.l.fin. ff. de hæred.inſti.Iaſ.in.l.fi.C.de ſeru. fugit.Fel. in.c. cū oportebat.n.9.de accuſa.itidē in præcita.c.afferte.n.12.Abb.in præcita.c.ſcribā.n. 4.& huius ſententiæ autores habeo Ange. & inibi Augu. Arimenſ. in tract.malefi.in verbo fama publica.n.39.Hipp.in practi. crimi. §.diligēter.n.85.& eundē cōſ.3.nu.3.Albertū Bru.in tract.de indiciis.col.13.verſ.quæro vlterius,Stephan.Bertrād.in cōſ.1.n.7.vol.1.& Rurſ.cōſ.127.n.12.vol.2.& in cōſ.293.vol.3. & hāc eſſe frequentiori doctorū calculo cōprobatā ſentētiā profitetur Marc.Anto.Blātius; in repetitio.l.fina.n.183.ff.de quæſtio. extatq; hodię regia.l.60.ſtilli.

*Freque:tior opinio.*

Ab eadē radice procedit ꝙ non ſemel negotium nobis fuit ex ſolis minis capitalē vtiq; oriri inimiticiam, vt argumento optimo deſeruit,tex.in.l.licet in verbo capitalis.ff. đ arbi.cuius meminit Chaſ.loco paulò ante citato.n.11.quin etiā ex iniuriis verbalibꝰ inimicitia capitalis naſcitur,ſicuti exiſtimat Bal.in c.veniens ad fin.per tex.inibi.ff.de iniuriis. Idem profeſſus Iaſon in leg. procuratoribus C.de procura.cui accedit Hippol. in conſilio. 3.n. 12.& in pręci.ato.§.præterea.n.23.

Super eſt tandē,vt ad propoſitā.q. reuertamur, & quaſi totius materię coronidē illud adijciā in eo ſanè in culpare tutellæ moderamē verſatur,ſi in continēti defendatur iniuriā ſibi illatā propulſando.l.1.C.vnde vi,& in præcita.l.vt vim l.3.§.cū igitur.ff. de vi & vi arm.extatquè hodie regia.l.2.tit.8.par.7.&.l. 3.&.4.tit.13.li.8.ordin.Math.in conſti.pacis cultū,Iacob Baul.loco iā citato in qua cōtrouerſia qñ dicatur in cōtinēti factū explicant gl.Cinꝰ & Bal.in.d.l.1.itidē Bald.in.l.cū antiquitas.C.de teſta.dd.cōmuni cōſenſu in.d. c. cū olim.exiſtimantes in cōtinēti fieri dici, ſi in ipſo fragāti crimine ꝓpulſet iniuriā.l.ſi ex plagiis.§.tabernarius.ff.ad.l. aqui.l.2. §. cum Arietes.ff.ſi quadru.paup.Bar.in.d. l.1. verſi. circa hoc,vſq; adeo celeritatē exigūt. dd. qđ debet articulari & probari alias minimè defenſio præſumitur,explicāt.dd.præcitati Ange.in tract.malefi.parte & dictus Titiꝰ.3. col. & verſ.debet fieri incontinenti, alij pleriq; in alia ſunt ſentētia,ſi quidē exiſtimantes arbitrio iudicis,hanc cōtrouerſiā reliquendā eſſe citati per Ludouic.Carr.loco præcitato.nu. 108.apud quē plura extant doctorū reſpōſa in hac ſpecie.& Abb.in præcitato.c.olim.de reſt.expol.Aug.ad Ange.n.26.locis præcitatis.hodie tñ iudicātis arbitrio minimè relinquitur ſicuti exiſtimat Nuni.Auēd.loco præcitato,ſed vtique ſi ſit in actu percutiendi,vt pote accepto inſtrumēto poſſum me defēdere.Hipp.in cōſ.12.n.42.Corſetus in ſing. ver. mętus,Carrer. in loco præcitato.nu.91.in ſacris iniciato quomodo ſit conſiderāda iſtec defenſio explicat.l.16.tit.6.parti.1.

20 Ex hiis tādē & illud libēter adiiciā,qua ratione ſit cōſiderandū hęc proprię vitæ defēſio,ſi quidē vt immunis ſit id exigitur vt fiat ad defenſionē minimè tñ ad vindictā aſſeuerat Ioā.de Amic.cōſi77.Bar.&.dd.frequētiori calculo,in.d.l.1.&.l.vt vim præcitatis, quo fit teſtiū teſtimoniū debere cōcludere defenſionē neceſſariā fuiſſe alias minimè cōcludit profitetur Bar.in.d.§.qui cū aliter Bal.in.l. 1. cōl 11.verſ.itē tu aſſeſlor.C.de cōfeſ.& in.l.2. C.de dona.propter nuptias.Ioā.de Amic.itidē profeſſus cōſ.77.Card.in clem.vnica đ homi.q.26.poſt gl.inibi,& tex.in.2.ſui part. Roman.in ſing.28.Fel.in.d.C.ſignificaſti ad fin. Flo.in.l.quēadmodū.§.ſi nobis.ff.ad.l. aquil. tex,in.l.is qui aggreſſorē.& inibi.dd.C. deſicar.tametſi ex doctor.catalogo.hæc videtur paſsim recepta ſentētia,tñ vt hanc opinionē multorū ad hoc eui ſeculorū perſuaſione cō-

*Qualiter cōſiderāda ſit defſnſio.*

firmatā



firmatā,quaſi pœnitus friuatācōuellamꝰ aut certæ labefactemus altius res ipſa tota petenda eſt ſi quidē minimè exigitur neceſſarię defenſionis probatio,cū in defenſione inhęreat quedā qualitas neceſsitatis ſicuti explicat Bar.cōſ.incipiēti quidā Bal.in.l.ſolā,ad fin.C. de teſti.Cor.cōſ.162.vol.1.itidē cōſ.134.vol.3. Bal.cōſ.211.vol.4. Dec.& Iaſ.in pręcitata.l. vt vim.rurſus Dec.cōſ.272.& cōſ.53.Alex.cōſi.109.vol.1.Ac deniq; hāc profitetur magis cōmunē Ludo. Car.in pract.crimi.§.homicidiū.6.n.126.pagi.401. qui iſtis noſtris nō eſt ſaciatus videat ad ambas vt aiunt aures Carreriū,inibi apud quem de proprię vitę defenſione pleraq; extant commentaria.

*Cōtraria ſentencia.*

*Cōmunior opinio.*

Hinc etiā poterit pontificia cōſtitutio in cō-
21 cilio Bienien.in clem.vnica de homicidio intelligi ſi aliquis defendendo ſuum occidat inuaſorē à labe irregularitatis immunis quidē eſt tametſi olim in hoc negotio eſſent diuerſæ doctorū ſentētię vtriq; maximè nominis alteri ab alteris diſſentiētes,vti explicat gl.in c.ſicut dignū de hom.§.clericus in gl.magna ad fin.& in.c.de hiis el.3.5.diſtin.& in.clem.ſi furioſus,de hom. & nos paulò antea adnotauimus.n.5.ſi quidē gl.verbo.ſum.expreſsim intelligit tex.inibi minimè eſſe locū dei conſtitutioni,ſi ſane quis occiderit aggreſſorem patris.fratris,alterius vecognati, alitermortē illius vitare nōvalens:etenim glo.ibi excipit ab irregularitate occidentē aggreſſorē ſuum aliter mortē propriā effugere nō valēs dubio procul p redicta cōſtitutio nō obtinet in eo, qui alterius mortē impediēs inuaſorē occidit & pro hoc intellectu autores habeo Cardi.q. 28.inibi Abb.& pleriq; alij in.c.ſi vero in primo de ſentē.excom.col.vl.itidē Abb.in.c.clerici.in.1.de vita & honeſt.cleri.Abb.ī.c.olim el.1.de reſti.expol.n.18.&in.c.ſicut dignū.n. 14.de hom.Paul.de Caſtr.in.l.1.§. iūs autem gentiū.ff.de iuſt.& iur.Iaſ.in.d.l.vt vim.n. 30 ff.eod.tit.Steph.Aufr.in clem.1.de offi.ordi. regul.3.fallen.5.Soci.in.c.ad audientiā de homi.n.36.Villadieg.in tracta.de irregularitate C.de percuſſore.co.15.Fel.in.c.dilecti filij.nu. 14.de exceptio.gl.in ſum.23.q.8.quorū ſententia cōmuni doctorū cōſenſu ꝓbata eſt,tametſi ex pluribꝰ difficultatē habeat,ſi quidē tex. in.l.§.itidē diuus.ff.ddſicar.vbi iuris cōſultus refert,homicidiū illud eſſe impunitū , quod quis cōmiſerit, aut perpetrauerit ad defenſionem propriam vel ſuorum.

*Cōmunior opinio.*

Secūdò cōmunē ſentētiā impetit,excomunicatus nō eſt qui defendēs cōſanguineū, clericū percuſſerit,ſicut notat Inno.Abb.Hērri. col.2.Anchar.Fel.& pleriq; alij in.d.c. ſi vero de ſent.exco.imo idē erit in defendēte extraneū.c.non inferēda. &.c.fortitudo.23. q.3. c.dilecto. de ſentē.excom.in.6.gl.adid præſtātiſsima,in ſum.23.q.8.qbus in locis probatur licitū eſſe cuiq; ꝓximū,& vicinū ac eadē ratione extraneū defendere ab iniuria inferēda tex.in.l.deuotū.C.de metatis.li.12.c.olim. in.1.de reſt.expol.& inibi itidē Abb.Henrri. &.dd.cōmuniter in.d.c.ſi vero ex illo tex.ſumēs rationē,Bar.col.penul.& alij cōmuniter ibidē teſtātur Iaſ.& Dec.in.d.l.vt vim. & eſt tex.in.l.lex cornelia.ff.de iniur.& in.l.2.&.3. ff.de libera.cauſ.tex.in.c.dilecto deſen.excōmu.li.6.& in præcita.c.nō inferenda.& in. c. fortitudo.23.q.3.c.error.83.diſtin.vbi quis poteſt repellere iniuriā inferēdā vicino ſuo vel proximo.Bal.6.q.Ange.n.7.Iaſ.n.26. in præcitata.l.vt vim.Bar.ī.l.prohibitū,& inibi Pla. de iure fiſc.li.10.itidē in.l.ſi quis in ſeruitute. ff.de fur.& inibi Ange.de Peru.Bal.in.l.1. C. vnde vi.q.8.& inibi Petr.à bella pertica. fin. col.Sali.n.17.c.vnde vi.Inno.in. c.51. vero in 1.de ſen.exco.col.1.& inibi.Abb.q.fin.& Felin.col.2.Anna.in.c.1.de hom.q.8.Flor.in.d.l. ſcientiam.§.qui cum aliter.

Qđ ſi licet amicū,agnatū.&patrē defēdere, ita ſanè licebit filij inuaſorē interimere aſſeuerat Bal.in.d.l,1.col.6.verſ.expedita eſt.gl. nā filius viſcerū pars eſt patris,ſiue & hiis naturalis ſit ſiue legitimus,quia natura cōmunis eſt.l.hos accuſare.§.fin.ff.de accuſatio.& pleniori manu tradimus de parricidiorū pœnis tratantes ſupra,nec ciuilis cōſtitutio poteſt naturam immutare, nec coartare naturales ſtimulos.l.amiciſsimos.§.Luci.ff.de excuſa. tutor.vidimꝰ etenim animalia filios tueri, ex quadā naturali iuſticia inſita,quæ hoc dictat omnibus animātibus,ac ferinis beſtiis. Ang. explicat loco præcitato,& dictus Titi.ſe defendēdo,verſ.quæro ſicut poteſt. Quod ipſe intelligo ſiue ſit in patris poteſtate, ſiue non profitetur etiā Ang.loco paulò ante citato. Gandi.in rub.de defenſo.aureo facta. Bonif. in rubrica quis poteſt aliū defendere apud quos id iure ſatis probat.

Verū enim,vero ancipiti cōtrouerſia diffiniunt.dd.idem eſſe in filio naturali,ex Bal.in l.cum accutiſsimo.C.de fide.cōmiſ.eiuſdem ſententiæ autores ſunt Bar.Bal.Iaſ.& Dec.in d.l.vt vim.in gl.& pro defenſione filij Bald. 22

idẽ aſſeuerans in.l.raptores.C.de epiſcop. &
clericis,Salicetus in.l.vnica.C.de raptu.virg.
Anna.in.c.2.de hom.Flor.in.d.l.ſciẽtiã.§. qui
cũ aliter.ff.ad.l.aqui.pro qua omniũ recepta
ſententia alegat text.in.l.ſed ſi vnius. §. ꝙ di-
ctum.ff.de iniur.eſt tex.ad id pręſtãtiſsimus
in.l.1.§.itẽ diuus.ff.de ſicar.inibi ſibi vel ſuis,
gl.quæ expreſſum hoc ipſum vult in.c.1.§. ſi
quis hominẽ de pace tenẽda,Inn.in.d. c. ſi ve
ro de ſenten. excom. Quibus & illud adijciã
vice verſa filiũ omnino teneri parentes defẽ
dere quin etiã non defendendo,pœna afficiẽ
*Filios aſtricto eſſe patrẽ deffendere.*
di ſunt,vti cõſtat ex.l.vtrũ.ff.de parri.d.l.1.§
diuus,& inibi Iacob.de Aren. idẽ adſtipula-
tur,Bal.in.d.l.1.q.2.& in præcita.l.cũ accutiſ
ſimi, tametſi ſpurius ſit filius,dubio ꝓcul na
turalem patrẽ defendere tenetur,& ex profeſ
ſoribus noſtris hanc ad ſtipulatur ſentẽtiam,
Bar.in.d.l.vt vim.& inibi Iaſ,Anna.in. d.c.2.
Iſerna ĩ pręcitato.c.1.§.ſi quis hominẽ. Card.
in clem.vnica de hom.q.28.dd.fere oẽs in lo
cis paulò ante citatis,quin& in filio ſacris ini
ciato ſiue clerico locũ ſibi vendicat vti expli
cat Abb.in.c.2.de clerico percuſſore Fel. ĩ.c.
ſi vero el.1.de ſen.excom.

23 Si ad amuſsim omnia declarẽtur quę ad a-
pertiorẽ huius capitis reſolutionẽ pertinent
illud obuiũ erit ſi ſane quiſpiã clericũ violẽ-
tiã patientẽ minimè defenderit incidat ne in
irregularitatis labẽ explicat Abb.ĩ.c. ſicut di
gnũ de hom.& Iaſ.in præcitata.l.vt vim paſ
ſimq;.dd.in.c.dilecto.& in.c.quã te de ſentẽ.
excom.in.6.& in excomunicationẽ incidere
cõſtat ex gl.in.d.c.quãtæ.peccatq; cũ poſsit
deffendere,& minimè fecit cũ poſſet. c. non
inferẽde.23.q.3.Inn.in præcita.c.quantę,Flo.
in.l.in leg. §.quotiens.ff ad.l.aqui.c.præcipi
mus.90.d.c.nulli.3.q.1.Iaſ.in.d.l.vt vim.

24 Et ad eius capitis faciliorẽ intellectũ illud
etiã ſubijciã amicũ maxima amicitia cõiun-
ctũ defendẽdũ eſſe. Cuius autores habeo Bal.
in præcitata.l.vt vim,& Floria.in.d. §.qui cũ
aliter.Bar.in.l.deuotũ.C.de meta.li.12.Hipp.
in.l.1.col.4.verſ.2.ex iſtis.C.de rapt.virg.Iaſ.
omniũ diligentiſsime in.l.1.de indicta vidui-
ta.Tollen.Cor.cõſ.204.vol.1.Alexan.cõſ.110.
vol.7.Thom.gram.conſ. 56.Hipp. dilatando
chartas plurimis remiſsionibus in cõſi.16. &
inibi explicat an liceat amicos cõgregare a-
*Cicero lib. 1. de finibus bonorum.*
pud quos lõga eſt huiꝰ qnęſtionis diſutatio.
Quibus admodũ ſuffragantur verba Cicero
niana lib.1.de finibus bonorũ & malorũ,ami
citiæ pręſidiũ eſt firmiſsimũ,&. 2. de finibus
amicitia colenda eſt,quod ſine ea, tuto,& ſi-
ne metu viui non poſſe,nec iucunde quidẽ.
Itidẽ in lelio in hęc verba ait amicitia nihil
aliud eſt,niſi omniumdiuinarũ,humanarum
q; rerũ,cũ beneuolentia,& charitate ſũma cõ
ſeſsio,qua quidẽ aut ſcio an excepta ſapien-
*Amicitia quid ſit.*
tia,quicquã melius homini ſit à diis immorta
libus datũ,&rurſus in eodẽ lelio,amicitiã om
nibꝰ rebꝰ humanis anteponamꝰ,nihil ẽ enim
tã nature aptũ,tã cõueniẽs ad res,vel ſecũdas
vel aduerſas,porro in eodẽ lelio quę vidẽtur
vtilia, honores,diuitię, voluptates, & cętera
generis eiuſdẽ,hęc amicitiæ nunq̃; anteponẽ
da ſunt,quo circa & abſentes ad ſunt, & ægẽ
tes abundant,& imbeciles valent,& quod di
ctu difficilius,mortui viuunt.&.2.officiorum
rerũ omniũ nec aptius eſt quicquam ad opes
tuendas ac tenendas,quã diligi,nec alienius,
quam timeri,& li.4.de finibus, ſine amicorũ
beneuolentia,nec in aduerſa, nec in ſecunda
fortuna quiſq̃; viuere poteſt,& in lelio Cice
ro ait in amicitia omnia inſunt quæ putant
homini expetanda,honeſtas,gloria, tranqui
litas animi,atq; iucunditas:vt cũ hæc adſint,
beata vita ſit,& ſine is eſſe nõ poſsit.& Salu.
in catelina.vere amitiæ vinculũ explicat hu-
iuſcemodi.Idẽ velle atq; idẽ nole hęc demũ
firma amicitia eſt interbonos inter malos au
tẽ factio eſt.& Cicero in lelio ait de amicitia
omnes ad vnum idem ſentiunt,& ea potiſsi-
mũ poſſet aſsignari ratio,ſi quidẽ magna ami
citia coniunctis conſanguineis ęquiparen-
tur tex.eſt in.c.Petr.ex.de homi.& in.l. hæc
autẽ.§.non defendit.ff.quibus ex cauſ.in poſ
ſeſsionẽ eatur.& in.l. aut qui aliter. §. ſi quis
denunciauerit,verſi.& ſi forte.ff.ꝙ vi,aut clã.
cum alienã.C.de leg.iuncto.tex.in.l.in teſta.
ff.de fidei cõmiſ.libertatibus Ioan.de Anna.
in.c.cum dilectus extra de accuſatio, vbi exi
ſtimat amicum poſſe agere pro iniuria facta
amico ſicuti coniunctus pro coniuncto.glo.
in.c.requiſiſti extra de teſtam. quę expreſ-
ſim vult delegato facto clerico à ſuo conſan
guineo minimè quartã epiſcopo deberi,pari
q; ratione ẽ relicto ab amico, & adſtipulatur
illud prouerbio.18.vir amicabilis â ſocietate
magis amicus erit quam frater.glo.in.l.2. C.
in quibus cauſ. colo.vel cenſiti libr.11. Andr.
Barbatius,in repetitione. l. cum accutiſsimi.
48.col.C.de fideicõmiſsis,vbi in ea eſt ſentẽ-
tia appellatione ſuorum intelligantur amici
magna amicitia coniuncti.glo.eſt in.c.nonul
li extra de reſcriptis ad beneficia. ſine man-
dato



dato,& alias id minimè liceret.cuius memi-
nit Abb.in.c.dura extra de crimine falſi, id-
q; probat tex.ĩ.l.quod ſæpe.§.ſi quis amico.
ff.de contrahẽda emptio.in ratione ſui.& eſt
*Appelatione ſuorũ amicos venire.*
tex.ad id omniũ pręſtãtiſsimus pro hac ſen-
tentia in.c.niſi ſpecialis extra de officio dele
ga.vbi princeps ꝓpter amicitiã delinquẽtis
pœnam vtiq; remittit,& inibi gl. expreſsim.
hoc ipſum vult iudicẽ,poſſe propter delin-
quentis amicitiam remittere eidem pœnam
Cuius meminit pro ſingulari Romanus in.l.
ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.ma.& omniũ diligẽ-
tiſsime id explicat Dioniſius Robinus Tolo
ſanus in l.filius familias.§.diui.ff.de leg.folio.
46.& Didacus à Segura in.l.imperator.ff.ad
Trebel.folio.62.

Quibus etiam conuenit ciuitatem ac rem
*Abitas an teneatur ciues defendere*
publicam teneri,homines ciuitatis defende-
re alias in pœnam inciderint ſi quidem ratio
ne iuriſdictionis ei incumbit defenſio. ſicuti
in hac ſpecie exiſtimat Andreas ab Yſerna in
c.1.§.ſi autem omnibus,& inibi eius additio
de pace tenenda in vſibus feudorum col.1.&
omnium diligentiſsime Campitius in deci-
ſione.130.ſpeciali.13.verſiculo & prædicta fa-
ciunt,itidem ciuitatem teneri officialem ac
iudicem defendere explicat Campitius in de
ciſsione.149.

Non leues ſolent oriri cõtentiones in hoc
25 dumtaxat tractatu in ea quæſtione fratrem
teneri fratrem defendere ad necem vſq; ſicu
ti in ea eſt ſententia Gãdinus in titulo de de-
fenſione,reo factis.Bonifacius,eodem titulo,
quis poſsit alios defendere verſiculo. Itẽ ad
defenſionem fratris,& inibi explicat liceat ne
nepotes Auum & Auiã,& alios deſcendẽtes
aſcendentes ve defendere,& Bal.in.l.1.penul.
col.verſiculo quæritur,& in.l.data opera. C.
qui accuſare non poſſunt,quibus admodum
conueniunt rationes quas ſerioſe tradidimus.
c. de parricidiorum pœnis tractantes ſupra.
Nec ſilẽtio illud pręterire libet fratrem rixã-
tem minimè teneri ad delicti pœnam frater
opem ferens ſicuti aſſeuerat Gandinus & Bo
nifacius locis præcitatis,& Bald.in dicta.leg.
data opera Hippolitus in.l.fina.ff.de ſicar. iti
dem in.l.prima.C.de raptu virginũ,& in pra
ctica criminali.§.conſtante tametſi liceat ag-
greſſorem ob tutelam vitæ occidere ſe de-
fendendo minimè tamen circuſtãtem ac me
diatorem vt ita dicam licet offendere Ange.
in dicto loco & dictus Titius penultima co-
lumna,itidem in.l.ſi cum ſeruo.ff.de iniuriis
Cępol.in conſilio.33.Hippolitus in.l. de mi-
nore in principio.ff.de quæſtionibus. expli-
cant paſsim doctores in.l.ſcientiam.§.qui cũ
aliter Boerius deciſi.237.part.2.&.164.&.168
&.83.parte.1.Fran.Abiles.folio.225.in capitu
lis prętorum,ꝙ intelligendum eſſe exiſtimo
ni in vitæ periculo eſſet conſtitutus ac pro-
prię ſalutis ꝙ ſi euadere minimè poſsit abſq;
eo quod mediatorem interimat,optimo qui
dem iure poteſt,explicant Ange.in.l.2.C. de
ſicar,Auguſtinus ad Angel.in dicta glo.& di
ctus Titius,Iaſſon in dicta.l.vt vim.verſicul.
nunquid.Math.in conſtitu. terminum vitæ.
10.fallentia.

Cui quæſtioni & illa ſubijciam.ſi ſanè ag- 26
greſſor mediatore vſus fuerit pro clipeo,ſi ali
ter tutellam vitæ defendere non poterat ta-
metſi ad aduerſario interfectus ſit reus homi
cidij minimè eſt qui vſus eſt mediatore pro
eius defenſione tex.eſt in.l.is qui aggreſſorẽ
præcitata,Decius in dicta.l.vt vim Felinꝰ.in
præcitato.c.ſignificaſti.Corſetus in ſingula-
ri in verbo metus, quibus accedit Thomas
gramm.in voto.28.Angel. Aretinus in quæ-
ſtione ab eo diſputata incipiẽte Atholus ga-
ium aggreſſus,& hanc profitetur cõmunem
Ludouicus Carrerius in practica criminali.§.
homicidium.n.174.

Hinc apparet manifeſta ratio ad apertiorẽ 27
capitis interpretationẽ,ſi alter ex rixantibus
interimat mediatorem vt ita dicam ac homi
cidij reus factus minimè teneri pœna ordina
ria homicidij,ſed vtiq; mitiori pœna.Ob cul
pam ſicuti in hac ſpecie profitetur Angel.in
l.ſi cum ſeruo.ff.de iniuriis,cui accedit Cępol
in conſilio criminali.23.& omnium diligen-
tiſsime Hippolitus in.l prima.C.de ſicar.&in
l.diuus.& in.l.de minore.2.col.ff.de quæſtio
nibus Petrus Girardus in ſingular. 9. ex no-
uioribus Boerius deciſ.83.numero.3. parte.1.
&.337.parte ſecunda. Quam diſputationem
& hi ſatis diligenter proſequuti ſunt nos ob
mittere hic poſſumus:id vnum addens,quod
maxime huic quæſtioni conducit, nec ali-
quis nodꝰ implicatior eſt in hoc dũtaxat tra
ctatu,ſi ſanè dolus interueniat,& dolo media
torẽ occiderit vel alias inimicꝰ fugã arripuit,
& cũ nõ poſſet ſummere pœnas ab inimico
ſuum occidat mediatorem, teneri vtiq; pœ-
na delicti ordinaria ni calor iracundiæ eũ im
munẽ faciat ſecuti in hac ſpecie explicat Lu-
douicus Carrerius,in practica criminali.§.ho
micidium.1.numer.62.& ſuffragatur Thom.

 gramma.

gramma.in voto.23.& Abbas in.c.olim.colū
na ſecunda de reſcriptis,Hippol.in.l.prima.9
columna.ff.deſicar.itidem in cōſilio.118. Qui
bus & quaſi per tranſenam illud addā,ſi ſane
mediator alicui rixantium animo ſedandi ri
xam iniuriam fecerit immunem eſſe ab iniu-
rię pœna ſicuti in hac ſpecie exiſtimat Inno-
centi.in.c.ſicut dignum de homicid.Bald. in
margarita ſua in verbo vadens, & huius ſen-
tentiæ autores habeo Angel in.l.ſecunda. §.
occiſſore. ff. ad ſillania:& paſsim adnotant
doctores in.l.excuſantur.ff.eodem titul. Cæ
pol.conſilio criminali primo,qui pleroſq; a-
lios allegat: quod intelligendum eſſe exiſti-
mo ni dolo mediatorem rixantem percuſiſ-
ſet,ſicuti in hac ſpecie aſſeuerat Angel.& Cę
pol.locis pręcitatis,itidem immunis eſt me-
diator rixę qui pro defenſione aggreſsi ag-
greſſorē baculo vel haſta percuſſerit, ex qua
quidem à vita diſceſsit immunem eſſe a pœ-
na homicidij ordinaria,ſicuti in ea eſt ſenten
tia Anton.Gomez.c. tertio delictorum, nu-
mero.21.ea vſus ratione ſi quidem mediator
animo inſitus fuit pacem vtiq; facere itidem
conſtat ex perſonarum & inſtrumenti ge-
nere.

Verum vt res apertiſsime inteligatur con
28 tendunt aliqui ſocium teneri defendere ſo-
cium cohabitationis ac etiam itineris ſi qui-
dem communis cenſetur iniuria teſte Cice-
rone pro Rocio Amerino in reb[9] minimis ſo
cium falere turpiſsimū eſt, propterea quod
auxilium ſibi ſeputat adiunxiſſe, qui cum al
tero,rem cōmunicarit, itidē actione.5.in ver.
ſocij putandi ſunt quos inter res cōmunica-
ta eſt.itidē ꝓ Rocio Amerino tecti ad alios
eſſe poſſumus,ſocium vero cauere qui poſsi
mus? quem etiam ſi metuimus,ius officij ledi
mus,&.3. de legibus idem exiſtimat tex. ad
id omnium preſtantiſsimus in.l.item apud.§.
tenetur.ff.de iniur.tex.in.c.hac ratione.23.q.
3.&huius ſententiæ autores habeo.Bar.in. d.
l.1.q.6.Bonifa.loco præcitato Ioan. de Arn.
in probl.59.& in ſingul.97.tametſi in hac cō
trouerſia,Socius minimè in teſtam. admiten-
dus ſit aſſeuerat Thom.gram.conſi.36. Aug.
gl.& dictus Titius quē etiā,idē exiſtimamus
in conſortibus,ſi quidē iniuria facta vim cēſe
tur facta toti conſortio profitetur Bar.in.l.cū
ſcimus.col.2.C.de agri.& cēſitis,li.12.Corne.
cōſ.107.vol.1.Panor.in.c.cū non ab homine
de iudiciis,verſ.& maxime Flor.in.d.§.quicū
aliter.& nos alio fortaſsis loco pleniori ma-
nū explicabimus,ad id etiam pertinet ꝙ & ad
notat Bal.in.l 1.6.q.C.vnde vi.Ange.de ma-
leficiis in verbo & dictus Titius Carrerius.n.
60.loco pręcitato.pro quib[9] ſuffragatur tex.
in.l.vnica.C.de raptu virgin.& in.l.raptores.
C.de epiſcop.& clericis.

Cæterum ancipiti quęſtione contendunt
doctores,an liceat domino ſeruum,vel vaſſal
lum,defendere ac abbati monachum & vice
verſa,explicat Bald.in dicta.l.prima.quæſti.
ſeptima,Florian.in dicto.§.qui cū aliter,An-
gel.& Gandin.in locis paulò antecitatis,idē-
q; eſſe exiſtimo in famulo mercede condu-
cto,& antea negotium nobis fuit agēs de pœ
nis mandantis cōmiti delictum,cum & is de
familia ſit ac proinde viribus & poſſe domi-
num tenentur ſubuenire,etiā cum ſui corpo-
ris periculo,tex.celebris in.l.1.§.eodē autē te
cto.ff.ad ſillaniā.l.cum dominus,eodem titu
lo.Alexan.poſt Bart.in.l.prima.§.ſedlicet.ff.
quod metus cauſa, vſq; adeo vaſſallus tene-
tur dominum defendere quod ſi non faciat
feudum amittit, etiam imminente periculo
vitę ſuę aſſeuerat,Bal.in.c.1.quibus mo.feud.
tique extēdit & verſa vice. Cui ſententię
ſe ſubſcripſit Ioann.de Anna.in. c.ad au-
dientiam.n.9.de homic.& Igne.vbi ſupra
Bal.in.l.ſed & militis.§.iam autem.ff.đ. ex
cu.tut.& in.d.l.2.& in.l.humanitatis Cur-
tius Iun.in conſilio.Si n.6.Alcia.in.l. 1.nu.
59.ff.de verb.oblig.Baber.in.§.item furio-
ſi.nu.28.Inſt.quibus nō eſt permi.facere te
ſtament.

*Montolonius*

Tametſi inuitus idem exiſtimat Ro-
man.loco præcitato.Cui ſententię ſubſcri
pſit Ioan.Montolini.in promptorio iuris
in verbo.furor.verſic.ex delicto. Guilier.
Benedictus in.c.Reinuntius in verb. ſi abſ
que liberis moreretur, in tracta.de exem-
plari ſubſtitutione.nu.23. Iaſ.& Ripa. ille
nu.30.hic nu.73.in.l.ex facto. ff.de vulgar.
cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Dec. & Hiero.
Canolus.num.1.in præcitata.l.in negotiis
ff.de regul.iu.& hanc eſſe frequentiori cal

*Communis.*

culo receptam ſententiam aſſeuerat Ludo
uic.Gomezi.in.§.item ſiquis in fraudē.nu.
6.Inſtitu.de actionibus. & idem profeſſus
eandem communem exiſtimat Hippo.n.
58.in.l.1.ff.ad.l.Corne.de ſicar.idem profi
tetur Iaſon.Tametſi inuitus in.l. ſi ſeruū.
nu.7.ff.ſi ex noxali cau.agatur Angel.Are
tinus.in tracta.maleſi.in verb. ſcienter.&
doloſè. nu.7.Marc.Anto.Baber.in.§.item
furioſi.nu.13.&.14.Inſti.qui teſtam. facere
poſſ.Anto.Gome.c.1.delicto.nu.72.& om
nium diligentiſsime ad ambas vt aiūt au
res Ioan.Igne.in.l.3.§.ignoſcitur nu.79.ff.
ad Sillan.à qua ſententia nec in conſulen-
do nec vtique in iudicando nec latum qui
dem vnguem diſcedendum eſt tunc quia
in pœnis & delictis mitior pars ſequenda
eſt tunc etiam quia iudex neceſsitate co-
actus ante ipſius ſententiæ executionem
ipſi reo tempus indulgere tenetur ad con
fitenda peccata ſua. explicant dd.ex illo
tex.ſumentes rationem in.l.Archigeron-
tis.C.de epiſcop.aud.ob quam cauſam iu

*Tēpore ſane mentis pœna differēda eſt.*

ſtiſsimum erit tempore ſane mentis pœ-
nam deferre ſuiſque ſumptibus alimenta
præbere alias de erario publico præſtan-
da ſunt argumento optimo ex his quę no
tant doctor.in.l. pregnantis .ff. de pœnis.
nec minimo apice deſeruire vidētur,funda
menta dictorum vbi ſupra exiſtimantium
furioſum pro abſente haberi rurſus mor-
tuo equiparari: ſiquidem eo tendunt illa
argumenta in proprio & vero abſente cō
tumace,in quo nec vtique dātur nec con
ſiderātur prædict.rationes ſecus in furioſo
vero qui quidem ficte & abſque aliqua cō
tumacia abſentis loco habetur ſicuti in
hoc dubio reſpondit Areti.in.d.l. ex facto
ff.de vulga.itidem mors ciuilis non equi-
paratur naturali, niſi in his caſibus à iure
expreſsis vti explicat glo. in.c .placuit el
2.16.q.1.cuius meminit pro ſingulari Bal.
in authen.ſi qua mulier.col.penul.C.de ſa
cro ſanctis eccle.idem profeſſus Aret.in.l.
ex ea parte co.1.de ver.obli.ff.Iaſ.in.l.ſi de
ceſſerit. ff.qui ſatis dare cogan.n.10.quib⁹
accedit glo.in.c. ſuſcepimus de reſcriptis
lib.6.in verbo.non morte alias id euiden
tiſsimum abſurdū ſequeretur tametſi ſer-
uus reus criminis factus eſſet eo quia cen-
ſetur ciuiliter mortuus corporali non eſſe
afficiendus pœna vt in.l.quod attinet. ff.
de regul.iu.quod quam ſit à ratione deuiū

*De eadem re*

nemo deſitebitur ex tex.in.l.1.ff. de pœn.
Poſtremo nec obſtat illud theologorum
ad pœnā furioſum iudicari ſecundū ope-
ra commiſſa ante furorē ſiquidē illud eſt,
quoad propriā conſcientiā & à deo iudica
tur q oīa ſcit & cognoſcit cui equidē ſine
aliqua probatione nota ſunt oīa:lōge qui

dem aliter iniudice qui non põt cognoſce
re furioſi defenſionẽ ſi vtiq; nõ allegetur
& probetur & denique ſacius nocentem
impunitũ relinquere eſt quam innocentẽ
condemnare. Et deniq; hanc cõem ſnĩã in
telligo niſimulatione vſus furorẽ fingat
tũc ſiquidẽ executioni mandanda eſt ſnĩa
l. obſeruare. ff. de cur. furio. d. l. diuus Bar.
Cæteri huius claſis. dd in præcit. l. cõgruit
Hip. in. l. 1. in prin. ff. de ſica. itidem in pra-
ti. crimin. §. opportune. 2. col.

Et vtrum quis vere ſit furioſus an ve-
ro furorẽ ſimulet vt impune delinquat me
dicorũ iudicio relinquitur teſtibus Iacob.
Areti. Nicol. Nea. Bal. in. l. obſeruare. ff. de.
cur. furio. & an egrotus ſit ſane mentis vt
iure teſtari poſsit etiã eis medici fides ad hi
benda eſt Cin. in. l. ſeniũ. C. qui teſt. facere
poſ. Bar. Bal. in. l. 2. ff. eo. & furorẽ per medi
cos probari conſtat ac dementiã vt in. l. 1.
ff. de ventre inſpiciẽ. & in. l. ſemel. C. de re
mil. lib. 12. & in. c. conſtituere. 50. d. Specul.
in tit. de proba. §. videndũ. col. 7. Bald. in. l.
in eo. nu. 2. ff. de teſta. & inibi. Ange. & Cu
manus quibus ſuffragatur Barb. in. c. cum
dilectus nu. 8. de ſucceſ. ab inteſta. Alex. in
conſ. 141. nu. 11. vol. 1. & omniũ diligentiſsi
me Marc. de Mantu. in conſ. 325. nu. 20. idẽ
in Apothe. 267. & 396. in magnis. quibus &
illud adiiciam dicto vnius medici ſtandũ
eſſe in hac ſpecie ſi ſane alii non reperian-
tur vt in authen. de non alienãdis. §. quod
aũt & inibi Bar. in. l. 1. ad fi. ff. de ver. obli.
idem in. l. 1. in rixa in fine. ff. de ſica. Abb. &
Canonice philoſophiæ authores in. c. pro
poſuiſti de probatio. præſertim Felin. n. 8.
tunc maxime fides adhibenda eſt dicto v-
nius medici ſi ſane à populo ſalariatus fue
rit per tex. ad id prꝑſtantiſsimum in. l. 1. n.
11. C. de ponderat. & auri illatione libr. 10.
cuius meminit Felin. nu. 7. in præcitato. c.
propoſuiſti & tradidimus. c. 13. nu. 10 §. li. 1
& an morbus redierit ex priori cauſa an ex
noua cauſa ſecundum Abb. in. c. preſbyte
rum de homi. ac deniq; fides eis adhibetur
in his omnibus quæ ad medicinam perti
nẽt Specul. tit. de prob. 2. par. §. vlt. verſic.
hoc quoq; notandum Bart in prœmio. ff.
in. §. omnem & in. l. 1. ff. de ventre inſpiciẽ.

Secũdo ſane eo tendit cõis hac in re aſ
ſertio quoad pœnã corporalẽ longe quidẽ
alter quoad pecuniariã vel publicationẽ
bonorũ exiſtimat Bal in. d. l. furioſum, &
in. d. c. 1. Areti. & Iaſ. in præcita. l. ex facto.

Tertio ſubiicitur caſus intelligendo nẽ
pe cõem ſnĩam quod ipſum furioſum pu
niendũ ſecus quoad alios operã dantes fu 3
rioſo vt homicidiũ ſiue delictũ cõmittat,
vt in hac controuerſia reſpondit Angel.
conſ. 287. Hip. pleroſque alios allegãs in. l.
nihil intereſt. ff. de ſica. & rurſus conſ. 7. &
hodie extat regia. l. 10. tit. 8. p. 7. aſſeuerans
quod ſi quiſpiã arma tradat furioſo & ho-
minẽ interimat homicidii pœna afficiẽdũ
eſſe explicant, dd. in. l. nihil intereſt. ad. l.
Corn. de ſica. & inibi Albe. explicat de per
mittente ex domo ſua ſummi arma ac de
inde ſequatur homicidiũ. l. quippe Cor. đ
ſica. tenetur & inibi explicat Ang. de pre
bente domũ vt pote inibi coloquia ac tra
ctatus homicidii fiãt tex. in. l. qua actione
§. celſus. ff. ad. l. Aqui. & dd. eã ſumentes ra
tionem idem explicant.

Illud etiam adiiciã furioſum dilucida 4
interualla habentẽ iuris prꝑſumptione ſa
ne cenſetur tẽpore furoris delinquiſſe ni v
tiq; aliud conſtet ſicut in hac ſpecie pro-
bant. dd. in. c. fi. de ſucceſio. ab inteſta. Bar.
& alii huius farinæ authores in. l. 2. ff. de bo
no. parte ſcienter poſſ. infanti vel furioſo
de Bart. Angel. in tract. malefi. parte ſciẽ
ter & doloſe. quꝑ opinio eo tendit quando
conſtat fuiſſe ſemel in furore ni probetur,
contrarium iuris prꝑſumptio eſt in furore
delictum commiſiſſe.

Præterea illud ſubiiciam beneficii
renũtiationẽ factã à furioſo habente dilu
cida interuala minime præſumi factã tem *Renunciatio*
pore ſane mentis. c. ſup hoc de renun. tex. *benefici fa-*
& inibi glo. in. c. fi. de ſucceſi. ab inteſtat. *cta a furioſo.*
ver. compotẽ explicat Lanfran. de Orian.
in. c. quoniã contra verb. teſtiũ. colu. 37. de
proba. Alex. cõſ. 141. vo. 1. itidẽ. conſ. 85. nu.
6. volum. 2.

Quibus & illud addam ĩ laborãtem fu-
rore nõ poſſe reſignare ſiquidem cõſenſus
deeſt ni dilucida habuerit interuala. c. quã
uis. 7. q. 1. l. fin. C. de cur. furio. l. furioſum. C.
teſtam. face. poſſ. l. negociis & inibi Dec.
Ferra. & Guil. Mayn. ff. de regu. iur. & Re-
buf. in praxi beneficio. 3. p. gl. 2. n. 19. & 20.
pagna. 510.

Quibus & illud proponã ĩ calce iſtius 5
c. furor ne ſupueniẽs nobilitatẽ exiſtimat
& minime tollere exiſtimo. Cuius ſnĩæ au
thor eſt Bar. in. l. 1. C. đ dig. lib. 10. col. 5. ver
ſicu.



ſicu. ſciendũ eſt ergo Lauren. Calca. conſ.
8. col. 7. ver. ex ſuperdictis. eſt tex. ad id prꝑ
ſtantiſsimus in. l. cœcus & in. l. furioſus. ff
de iud. quibus adde quæ congerit Tiraq.
in tract. de nobili. ac rurſus. c. 15, nu. 4. quo
in loco declarat an nobilitas parentum in
filios furioſos deſcendat.

Verum enim vero illud prætermitten
dum non eſt quona modo furor probetur
*Furioris pro-* paucis hãc quæſt. diluant tametſi. dd. hãc
*batio.* quæſt. non ſatis diſcuſere tñ tota vtriuſq;
6 iuris ſchola cõſentit furorem probãdum
eſſe ſiquidem quilibet prꝑſumitur ſane mẽ
tis. l. 2. C. qui teſta fa. poſ. l. ne codicilos. C.
de codi. ſed probatur furor ex actibus, &
ſignis exterioribus quibus iudex caute ar
bitrabitur furorẽ verũ eſſe non fictũ. l. qui
dam in ſuo. ff. de conditio. inſtit. res equidẽ
in animo conſiſtens p exteriora ſigna iu-
dicãda eſt. c. fi. de Renun. in. 6. l. dolũ. C. de
dolo. tex. ad id præſtãtiſsimus in. l. ob quꝑ
vicia. ff. de edilict. edict. vbi Vlpia. ita ſcri-
ptũ relinquit ſi forte propter febrẽ loqua
tur aliena vel qui per vicos more inſano-
rũ deridenda loquatur. l. 1. ad. fi. ff. eo. tit. ibi
& quaſi demens reſponſa dabat. l. ſi is cui.
§. diuus. ff. de tuto. & cura. datis ab his ini
bi ex ſermonibus iuncta glo. ad fi. ibi fu-
rioſi faciũt exitũ & glo. in. c. Gõſaluus. 17.
q. 2. inquit ſtultitiã probari per verba pro
ferentis ſi dicit quod nõ erat ſui cõpos iti
dem glo. in. c. hoc habet. 46. diſt. pro quibꝰ
tex. in. d. c. cũ dilectus de ſpõſalibꝰ ibi alie-
nata mente dixiſſe gl. quæ expræſsim hoc
ipſum vult in. l. ſi cũ dotem. §. ſi maritus.
ff. ſol. ma. & inibi. dd. tex. in. c. legimus. 93. d.
vbi aſſeuerat quod fatuus fatua loquitur
l. fi. C. de hered. inſtitu. tex. in. ca. 1. §. ſi vero
de cleri. egrotante in. 6. ibi ſi epiſcopus de
mens ſit & quid velit aut nolit exprimere
neſciat vel non poſsit. c. filii de hæret. lib. 6
inibi quod non ſit ſane mentis, & memo-
riam habeat inordinatam Bar. idem pro-
feſſus in. d. l. quidẽ in ſuo & pleraque id ge
nus alia congerit mirum inmodũ Xuar. in
allegatio. ſuis allegat. 1. colu. 2. glo. in. l. nec
codicilos. C. de cod. & in. c. Gonzal. in ver
bo. refutaui. 18. q. 2. Bar. in tract. de teſti. in
verſi. oppoſita prudentia. n. 94. Alber. in. l.
obſeruare nu. 1. ff. de teſta. Angel. in. §. præ
terea nu. 41. inſti. đ excep. Maria. Socin. in
c. ad audientiã nu. 11. de homi. Sebaſt. Ban.
in tract. de. nulli. ſnĩæ rub. 11. de nulli. ex de
fectu inhabilitatis nu. 17. Caro. Rui. conſi.
67. n. 8. vol. 1. Bartho. Soci. in. con. 42. nu. 2. &
in con. 61. n. 13. & in con. 143. n. 8. vo. 1. Deci.
in con. 448. n. 7. Stepha. Bertran. in con. 48
nu. 20. vol. 1. & 2. impreſſionis Angel. in au
then. vt cũ de appellatio. cognoſcitur in. §.
ſiquis de prꝑdictis. n. 10. colla. 3. Rober Ma
ran. in repetitione. l. is põt. n. 128. ff. de acq.
hæred. & Pau. Pari. in con. 87. n. 4. & in cõ.
88. n. 1. vol. 1. pleniori manu Marti. Azpil.
in. c. ſi quando. 9. exceptione per totã de-
reſcriptis quo in loco ad ambas, vt aiunt
aures explicat hanc quæſt. & omnium di-
ligentiſsime Pau. Pari. con. 87. pertotum
vol. 3. præſertim n. 4. pleroſq;. dd. allegans
pro hac omniũ recepta ſententia glo. iun
cto tex. in. l. 2. ff. de iud. & in. l. ſi cum dotẽ
§. ſi maritus glo. verbo. ferendus. ff. ſol. ma.
glo. in. c. 1. 46. d. Bar. in. tra. de teſta. in. c. in-
cipienti appoſita prudentia Bar. in. l. 2. ff.
de bono. poſ. infanti. & furo. delat. & in. l.
ſi is qui. §. fi. ff. de tuto. & cura. datis ab his
& in. l. nec codicilos. C. de codi. & in. l. ſiq-
dem. ff. ſol. ma. Bal. per tex. inibi in. l. diuus
ff. de offic. præſidis Bal. in. præci. l. furioſũ
itidem in rubr. C. ſi ex falſis inſtrum. dd. in
l. mutuum ff. de acq. hære. tex. in. c. filij. de
hæreticis. lib. 6. & inibi notant. dd. haben-
tem memoriam inordinatam præſumi fa
tuũ itidẽ in eo qui neſcit exprimere quid
velit tex. in. c. 1. §. ſi vero de cleri. egrotante
lib. 6. Alex. con. 64. Bar. con. 60. Iaſ. in. l. pa
tre furi. ff. de his. qui ſunt ſui vel alieni iu-
ris. 3. col. & in. d. l. furioſum. C. qui teſt. fac.
poſ. Alex. & Iaſ. in. l. apud. Iulian. §. con-
ſtat. ff. de leg. 1. Alex. con. 54. vol. 1. cum plu
ribus aliis quæ ad id adduci poterunt. ſig
na itidẽ vltra præcit. ex quibus furor præ
ſumi poſsit tradunt etiam. dd. in. d. c. fi. de
ſucceſſio. ab inteſt. & in. l. furioſum. C. qui
teſta. fa. poſ. Are. idem aſſeuerans in. l. 2. ff.
de teſta. Dec. optime. con. 448. nec admo-
dum inuitus accedit Alcia. de præſumpt.
regul. 1. præſumptio. 38. & Corn. conſilio.
22. vol. 4. & quibus illud argumentandum
eſt quod Lanfrancus. de Oriano. notat in
c. quoniam contra de probatio. §. teſtium
de poſitio. Abbas in dicto. cap. cum dile-
ctus Alexan. conſilio. 80. volum. 2. & iterũ.
conſilio. 54. volumi. 3. & in dict. l. ſi cum do
tem. §. maritus. ff. ſoluto. matrimo. & rur-
ſus conſilio. 54. volumine. 4. & Socinus ex
plicat hac in ſpecie con. 63. vo. 1. & inibi de

fatuo.& demente & iracundo ebrioſo & frenetico Alexan.poſt Barto. in.l. cōgrui. ff.de offic.præſidis Bal.in.c.1.an ille qui inter. fratrem domini ſui.

*De eadem re* Ex eadem reſolutione expediri poterit quod paſsim controuerti ſolet furorē probari per teſtes aſſeuerantes, quem nō eſſe ſane mētis nec verba ordinata loquētem ſicuti exiſtimat Nicolaus Belloni. in conſi.73.num.2.Bal.in.c.cleri. El primero. num.7.de vita & honeſtate per tex.in. l.1. C.vnde vi. exiſtimat quod vbicunq; intellectus abeſt ibi furor adeſt.cuius meminit Matth.de Affli.n deciſi.365.n.2.Quib⁹ admodum nec inuitus accedit Nico.Boe. in deciſio.23.n.47.& Sebaſtia.Ban.in tract. de nullitati.ſententiarū in rubri.11. de nullitate ex defectu inhabilitatis ſeu mandati comparandi pagina.195.n.15.& hanc eſſe ſufficientem rationem probandi furorem profitetur Corne.in.conſi.319.num.7. vo.1.& Soci.in.con.92.n.3.vol.3.

Rurſus illud conſtitutiſsimū eſt furorē probari ſi teſtes deponant furioſum ad interrogata minime reſpōdere ſicuti exiſtimat Bar.in.l.quid tamen in.§. ſi arbiter. ff. de arbitris.n.2.cui ſuffragatur Bal. in. l.ſolam.C.de teſtibus & in.l.conuenticula.n.5 C.de epiſco.& cleric.Bald.in.l.data opera n.35.C.qui accuſare non poſſ.& Ioan.& Imol.idem profeſſus in.c.quotiens.n.7. extra de teſtibus & inibi frequentius doctores & pleniori manu in ea eſt ſentētia Bartholo.Socin.in.con.92.n.3.vol.3.Corn. cō. 319.n.8. vol.1.

*De eadem re* Inſignis eſt & admodum perplexa.q. quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus nō infrequenter diſcutitur in hac ſpecie ſi ſane teſtes deponant ſcio, ſiquidē præſens fui vidique eum laborantem furore vel dementia & hos teſtes optimo quidem iure probare exiſtimat Bar.in tract.de teſte in verſi.opoſita prudentia.n.95.pro.quo tex. ad id celebris in authen.vt cū de appellatione cognoſcitur.§.ſiquis de prædictis in verſi.ſiquis viderit collat.8.& inibi ad hoc multū notat Angel.n.10.cuius meminit Iaſon in con.141.n.6.vo.4.itidē in.l.furioſum nu.5.C.qui teſta.fa.poſ.& inibi Dec. n. 28. idē Dec.in.con.448.n.7.quibus nec admodū inuitus accedit Corne.in.con.22. vol.4 & in cō.85.n.5.vol.2.& ad id adſtipulatur, tex.in.l.qui teſtamento.§.fin.ff.de teſtam.

Illud etiā cōſtat furorē probari ſi ſane vnicū tantū actum furioſi vel mēte capti egerit ſicuti exiſtimat Ange.in.d.l.furioſum per tex.ad id celebrē in.d.l.quidā in ſuo.ff de cōditio.Inſti.ſiquidē attendēda non eſt verborū pluralitas vel actū & inibi Bal.n. 1.per illū text.exiſtimat quod totus actus exigitur qđ ſit perfectus ſine furore vel demētia idē profeſſus ſequitur Corn.n.4. & Alex.n.2.inibi Rodi.Xua. in allegatione 1.pagi.8.Bar.loco.præcita.n.95.in tract.de teſtibus,& omniū diligentiſsimè Ange.de Gambellionibus in tract.de teſta.in.gloſ. 3.n.2.tametſi aliqua verba ſane mentis ꝓtulerit nihilominus ſi fecerit ſigna minime homini ſane mentis conueniētia furioſus ac demens exiſtimandus eſt Corne.in con.69.n.73.Caro.Ruin.in conſ.8.n.8.vo.3.

*De eadem re* Si ad amuſſim oīa quæ in hoc capite deſiderantur declarantur illud conſtitutiſsimum eſt furorē probari ſi ſane memoriā habeat inordinatā tex. eſt in.c.filii de hære. lib.6.& inibi Geminia. vbi exiſtimat paria eſſe quē laborare furore vel memoriam habere inordinatā Alex.in.l.ſi cū dotem §.maritus.n.7. ff.ſol.ma.& in con.86.n.10. vol.2.Iaſ.in.d.l.furioſum Dec.n.29.& Riminal.n.fi.inibi Barb.in præci.c.cū dilectus. n.3.Dec.conſ.448.n.2.& Iaſ.in con.151. n.6 vol.4. Anto.Babie.in d.§.item furioſi.n.37 Tho.Grā.in deciſi.2. nu. 1. Catel. Cota. in memorabilib⁹ iuris in ver.furioſus Rober. Maran.in pręcit.repeti.l.is pōt.n.128. Sylueſ.in.d.§.furioſi.n.2.Pau.Pariſ.in con.87 n.3.vol.3.extatq; hodie regia.l.13. tit.1. pa. 6.*Otroſi el que fueſſe ſalido de ſu memoria* & in.l. 5.tit.5.lib.3.fori idemq; exiſtimat Auicen. fen. 1.&.3.tracta.3. c.12.de ſubeth.aſſachar. & eſt tex.in.c.legimus.§.ſi vero de clerico. egrotante lib.6.ibi ſi vero. epiſco. demēs ſit, & quid velit aut nolit exprimere neſciat Iaſ.n.4.& De.n.29.& Reminal. maria. nu.fi.in præcita.l.furioſum idē exiſtimat, Roma.in.con.306.n.5.& Rober. Maran.n. 28.loco antea citato.Marc.Anto.Babie.in d.§.item furioſi.n.37.Sylueſ.in.§.furioſi.n. 2.Inſti.de cur.& omniū diligētiſsime Pau. Pari.in con.87.n.3.&.4.vol.3.

*De eadem re* Ad id etiam pertinet ſi ſane teſtes deponant quem non eſſe ſane mētis nec eſſe in recto ſenſu furorem probari, ſiquidē qui non eſt in perfecta quiete exiſtimatur demens ſicuti exiſtimat Paul. Caſtr. in cōſi. 155.nu.

idem Navarrus in c. si qn̄ de rescriptis. exceptio .10.n.1.



155.nu.2.vol.1.Corn.in con.73.n.10. volu.1. quibus accedit Socin.in conſ.62.n.3.&.17. vol.3.explicat Auice.loco præcitato.

*De eadem re* Quibus & illud adiiciam ſi fama feratur quem eſſe furioſum,itidem ab omnib⁹ pro furioſo reputetur ſufficiēs ſiquidem ratio eſt ad furorē probandum vel dementiā tex.eſt in.l.ſi furioſo impuberi in principio.ff.de cura.furio. & Bal.in.§.item furioſi Inſt.quibus non eſt permiſſum.& huius ſententiæ authores habeo Alex.in cō. 54.n.2.vol.1. & in conſi.92.nu.23.volu.4.Et rurſus in conſi.141.n.2.vol.1.Decius. in cōſi.443.n.4.iterum in conſi.86.nu.7. itidem in.d.l.furioſum.n.29 Paul.Pariſ.in.con.87 nu.7.vol.3.& qui iſtis noſtris non eſt ſaciatus videat an ambas vt aiunt aures Robe. Marā.in repetitio.l.is pōt.nu.128.ff.de acq. hæredi.

Intelligentes in vero demente non vtique in eo qui ſimulat vti maximo apice deſeruire videtur tex. in.l.obſeruare .ff.de curato.furio.& in.l.diuos primo reſponſo ff.de offic.præſidis.quorū ratio quomin⁹ in hac quæſtione militet, ſane mentis nemo vnquam defitebitur & nos alio fortaſſis loco dicemus. Inſignis tamen diffrentiæ ratio inter furioſum & mente captū aſsignari videtur à Baldo.locis paulo antea citatis,ſiquidem furioſus eſt qui cū rabie furoris euidenti furore laborat longe quidem aliter mente captus in hac ſpecie ille cenſetur,cui mens & conſilium deficit minime, tamen furoris morbo laborat in quo dubio pleraq; dd. reſponſa extant apud Iaſ.in.l.furioſum nu.2. C.qui teſtamen.facere poſ.& quilibet qui huiuſcemodi artē mediocriter caleat ingenue hoc fatebitur,Idem exiſtimat Bal.in.l.furioſi .C. de nuptiis. Anna.in cap.ad audientiam. nu.9.de homic.fulgo.in conſi. 79.n.1.&.2. Boerius in deciſio.23.nu.42.Stepha. Beltrādus in con.178.n.4.vo.3.primæ impreſsionis Igne.in.l.3.§.ignoſcitur.n.82.ff. ad Sillani.Sylueſt.Aldobran.in.§.furioſi.n.2.Inſtitu.de curat.Pau.Pariſ.con.87.n.11.& in conſi.88.n.5.vo.3.

In hoc capite ſolet verſari quæſtio illa quę doctorū capita torquet, an qui ante furorem crimen cōmiſit poſsit iuſte furore affectus pœna corporali puniri Bal.in præcita.l.furioſum itidē in.l.humanitatis C.de impu. aſſeuerat hūc non eſſe puniendum ſiquidem ratio potiſsima pœna in hoc extat,quod afflictione afficiat ipſum puniendum, quæ ſane ratio in furioſo deficit. Qua ratione ſic perpēſa eādē opinionem plures ſequuti ſint eamq; frequētiori docto.placito receptam eſſe profitetur Iaſon in.l.ex facto.n.30.ff.de vulg.idem col. penul.in præcitata.l.ſi furioſum Iaco.Baulen.vbi ſupra Bar.in.l.congrui.ff.de offic. præſid.Dec.in.d.l.in negociis Bal.in.d.c.1. Angel.de male.in verbo. ſcienter & doloſe & Hippo.in.l.1.ff.de ſicar.& omniū diligentiſsime Ludoui.Carre.in prati.crimin. §.6.n.14.quo in loco profitetur eſſe cōmunem ex eo quia nō poteſt formari proceſſus contra furioſum vti exiſtimat Bal. in dict.l.humanitatis & pleriq; alii in ea ſunt ſententia in.l.ex facto & in .d.l. furioſum quibus in locis apud Alex. Iaſonem Aretin.plura extāt in hac ſpecie Cōmentaria ſiquidem is criminis reus cū eſſet ſanę mētis delictum cōmiſit ac poſtrema ſnīa iudicis lata condēnatus fuerit ſi vtiq; poſt ſententiam condemnatoriam furore laboret executio ſententię minime fieri debet etiam ſi proceſſus legitime factus eſſet cū delinquēte ſanę mentis tempore, ſi ante iudicii executionē furor adueniat minime conuenit ratio pœnæ huic punitioni, quæ in furioſum furoris tēpore fit ſic Bald. & alii probant Maine.in.l.fere.ff. de regu. iu.fol.302.col.1.& eſt adhuc in hac ſpecie cōis opinio teſte Iaſ.in præcita. locis Bal. in.l.1.C.de profeſ.& in .l.humanitatis. nu. 46.C.de impu.& aliis.idem & Albe. in.c. 1.tit.an ille qui interfecit fratrem domini ſui in vſibus feudorū in fine principii. Quibus admodum nec inuitus accedit Ioan. de Imol.in.c.Reinun.n.143.de teſta.Tametſi in alio celebri loco vltro citroq; dilatando chartas pluribus remiſsionibus cogitādam hanc quæſt.relinquerit.in.l. ex facto. ff.de vulg.& pupilla.n.22. & huius ſnīæ authores habeo Alex.in.d.l. furioſum ea ductus ratione quia furioſus mortuo vtique comparandus eſt vt paulo antea meminimus & mortu⁹ puniēdus nō eſt ſicuti exiſtimat Cinus in præcita.c.2.& hāc eſſe frequentiori.dd.placito receptā ſnīam exiſtimo.

Cæterū ſuffragatur furioſus loco abſētis exiſtimandus eſt qui quidē minime cōdēnari pōt ſed pati tantū bonorū condēnationē.l.2.§.furioſus.ff.de iu.codicil.tex.

a[illegible]d præſtantiſsimus in. l.vbi non voce.
verſi.fi.ff. de reg.iu.Pau.Pari.conſ. 100.n.
13.vo.2.quinetiã loco abſentis vtiq; cenſe
tur non contumacis.Siquidem in eo con
tumacia non datur text.in.l.furioſo. ff.de
re iudicata.& inibi glo.& dd. paſsim & in
ſpecie in ea eſt ſententia Areti. in. l.ex fa-
cto.ff.de vulg & pupill.ad fin.

*Abſens iure regio condẽnatur.*

Ex quo iuris appendix deducitur, hac
noſtra tẽpeſtate abſentẽ dãnari poſſe iure
regio tametſi iure Ceſareo non. l. abſente
ff.de pœn. in aliquos caſus quos expli-
cat Bar.in.l.lege.§. & qui hoc de ſicar. iu-
re regio abſens condemnari põt.l.4.titu.3.
libr.2.fori.l.7.tit.8.par.3.l.6.titu.de los iuy
zios lib.3.ord.& pragmatica ordinis iudi
ciorum.12.fol.188.&.l.76.Tauri Epiſcopus
Callagu.in practica crimi.c.142.furioſus ſi
quidem dãnari nõ poteſt.nec vtiq; obſtat
ſiquis recti limatiq; iudicii vir ſubiiciat fu
roris morbo laboranti curatorem dari poſ
ſe ſicuti etiam datur minoribus ac proin-
de condemnari quod quam ſit ab ſcopo
veritatis dubio nemo ſanæmentis deſite
bitur.Siquidem minoribus conceditur vt
acceſſorium, vt maximo apice deſeruire
videtur tex.in.l.clarum.C. de autorit.præ
ſtanda longe quidem aliter furioſo datur
potiſsimũ vt in eo iudiciũ vtiq; fundetur.

Secũdo iſthæc ſnĩa conueſtiri poſſet iu
ris adagio furioſus mortui loco exiſtima
tur tex.ad id præſtantiſsimus in. l. bono.
ff.rem ratã haberi. At ille poſt eius obitũ
condemnari nõ põt nec vtiq; aliqua Pœ-
na affici vt in.l.defuncto.ff.de pub.iud.id
etiã ſequitur nec furioſus poſt furorẽ. Et
hãc eſſe frequentiori.dd.calculo cõproba
tã ſnĩam exiſtimat Iaſ.ad fi.d.l.ſi furioſum
itidẽ in.l.ex facto.ff.de vulg.co.10.n.30.&
inibi Rip.n.73.Flor.in.l.ſed & ſi quæcunq;
§.iniuriã.ff.ad.l.Aqui.ad fi.Ange.de male.
in verbo ſciẽter doloſe.4.co.Hip. in.l.1.ff.
ad.l.Corn.de ſicar.col.6,n.58.à dd. multi-
plici veſte ornatur iſthæc.q.vt etiã frigore
intentiſsimo caleſcat,tametſi non deſunt
dd.in albo primariæ doctrinæ poſiti qui
contrariam profiteantur ſnĩam. Siquidẽ
Roma.in præcita. l. furioſum qui tametſi
inuitus fatetur Bal.opinionẽ in praxi ſer
uari licet à veritate deuia ſit.

Nec deſunt p̃ter.dd.aliquot fundamẽ
ta & primo qualitas poſt d̃lictũ perpetra

*Ratio.1.*

tũ ſuperueniẽs, pœnã vtiq; mutat vt ma
ximo apice d̃ſeruire videtur tex.in.l.1.ver
ſie.per contrariũ.ff.de pœn. & inibi Bart.
Albe.ad id multũ notãt & argu. optimo
deſeruire tex in .l. ſiquis decurio .ff.d̃falſ.

*Ratio.2.*

Secũdo cõueſtiri poſsit ex præci.l.1.ff.
de pœ.aſſeuerãs in delictis publicis in qui
bus quidẽ à iure ſancita eſt pœna attendi
tẽpus cõmiſsi delicti qđ locũ tẽp⁹,& ple
raq; alia quæquidẽ delictũ augẽt vel dimi
nuũt tex.eſt ad id celebris in.l. qđ ait lex.
§.fi.ff.de adul.& inibi Bar. & paſsim. dd.
pariquidẽ rõne etiã qđ perſonã vti tota fe
re vtriuſque iuris ſchola in hoc conſentit.

*Ratio.3.*

Tertio ſuffragatur tex.ad id præſtãtiſsi
mus in.l.fi.§.ſed cũ antiquitas.C.de cur.fu
rio.in quo tex.id vnũ cõſtantiſsimũ eſt fi-
lio cõmittẽte cauſam ingratitudinis ac d̃
inde furoris morbo laborat exhæredari
quidẽ poteſt ad quod inibi meminere ad
id notãtes Itidẽ in.l.ex facto.ff.de vulg.

Poſtremo adſtipulari videtur, huic ſnĩę
illud tritũ iuris adagiũ,quo paſsim quæri
ſolet cõmittẽs peccatũ mortale tẽpore ſa
nemẽtis ac deinde furoris morbo laboret,
à vitaq; diſcedat eodẽ morbo laborãs,im-
munis equidẽ apud Deũ nouerit ſecundũ
theologos ac canonice philoſophiæ auto
res in c.maiores de baptiſ. & huic ſnĩæ ſe
ſcripſit Bar.in.l,nũquã.§.ſi vi.aut clã.ff.de
vſuca. quiquidẽ tex.ad id celebris eſſe aſ
ſeuerãs exiſtẽti in mala fide ſuperueniat
furor quoad oẽs iuris effectus mala fides
durare cẽſetur Iaſ.in.d.l.furioſũ & aduer-
ſus hãc oĩum receptã ſnĩam opponit tex.
in.d.l.diuus.Quo in loco Mar.& Cõmod⁹
Ceſares reſpõderũt furoris morbo nõ eſſe
dãdã veniã in criminibus puniẽdis.Cuius
ſnĩa tunc obtinet q̃do furor ſimulatur ad
euadẽdã punitionẽ.vel ſane vbi ob dilu-
cida interualla maxima eſt præſumptio
crimen commiſſum eſſe tẽpore ipſo quo
illi aderat ſanamẽs, vt cõſtat ex eiuſdẽ re

*Quando furor ſimulatur.*

ponſi ſerie & adnotata ſunt vbi tex. inibi
nec morbo ei⁹ dãda eſt venia ſi morbo er-
go furore ſiquidẽ qualitas adiũcta verbo
ſecũdũ tẽpus verbi cui adiicitur intelligẽ-
da eſt vti explicat ex in.l.in delictis.in.§.
fi.ff.de nox.nec vtiq; obſtare videtur ſi ali
quis recti limatiq; iudicii vir obiiciat ini
bi cõtrariũ probari.Siquidẽ tex. aſſeuerat
principẽ eſſe cõſulẽdũ an pœna dign⁹ ſit
nec ne qđ minime obſtare nemo ſanæmẽ
tis deſitebitur.Siquidẽ clarus p̃ſpicuuſq;
intell-



intellectus illi⁹ tex.is eſt ſi ſane ſit inſigne
dubiũ ſup ipſo facto vel iure & iudex nec
vtique poſsit diſcernere an cõmiſerit de-
lictũ ante vel poſt furorẽ in hoc dubio prĩ
ceps cõſulatur ſicuti in hac ſpecie ita ex-
plicat Alber.inibi & Bar.in.l.congruit eo.
tit.& regia.l.9.tit.1.p.7.& regia.l.15.tit.1.p.
1.& denique huius ſententiæ authores ha
beo cõtra Bal.& cõem ſnĩam Frã.de Alber
go.de Are.Quiquidẽ ſub diſciplina Bart.
militauit is inquã in.d.l.furioſo,Lud.Ro-
ma.in præci.l.furioſum ad fi. C. qui teſta.
fa.poſ.Iaſ.in.l.ſi ſeruum.n.7.ff.ſi ex noxali
cauſa agatur.Barb.in.c.literis de reſcript.
fi.col.Iaſ.in.l.ex facto de vulg.& pupilla.
col.10.n.30.In quo dubio in praxi minime

*Crebrior opinio.*

eſſe recedẽdũ à Bal.& frequentiori calcu-
lo recepta ſnĩa exiſtimat ex eadem reſolu
tione ſi adamuſsim omnia declarẽtur,quę
hic deſiderare videntur

Et illud adnotandũ eſt quaſi totius i-
ſtius coronidẽ,num ille, qui ſemel furoris
morbo laborat ſit vtiq; in dubio preſumẽ
dus ſemper furioſus & præſumi exiſtimat
glo.in c.cũ dilect⁹ verbo cõpotem de ſuc
ceſio.ab inteſt. quã inibi ſequũtur Anto.
Debutrio.Abb.& pleriq; alii.dd. paſsim
ad id adnotant dd.in.d.l. furioſum.C.qui
teſta.fa.poſ.Ancha.Card.in.clem. ſi furio
ſus.n.4.de homic.Cuius meminit aſſeue-
rãs eã ſingularem Lanfran.de Oria. in.ca.
quoniã cõtra falſam deprobatio.verbo te
ſtiũ.fol.vlt. & præpoſitus.col.2. in præci.
c.dilectus. idẽ profeſſus exiſtimat cõem
eſſe.Cui ſimilis eſt.glo.in.c.indicas herma
nũ.3.q.9.Quã ſequitur Iaſ.in.d.l.furioſum
& Are.in præci.l.2.Alex.in.con.147.nu.7.
cum aliis ad quatuordecimũ vſq; vol.7.iti
dẽ con.92.n.16.vo.5.&rurſus in con.86.nu.
12.vol.2.ac iterum in conſilio.141.n.4.vol.1
Et huic ſnĩæ accedit Iacob. de Sãcto Geor
gio.in.l.nec codicilos num.3.C. de codici-
lis.& in.l.hoc colore num.3.ff.de inoffi-
cioſo teſtamento & Xuarez in allegatio.
1.pagina.10. verſiculo confirmatur etiam
prædita. Quod intelligendum eſſe exiſti-
mo ſi vtique conſtaret furoris morbo la-
borare quodam tempore continuo nem
pe per menſem vel annum longe quidem
aliter ſi probetur in aliquot actibus furio
ſum fuiſſe:non enim præſumitur adhuc il
lum furorem durare ſicuti exiſtimat in hac
ſpecie Bartol.in.l.ſecunda.ff.de bonorum
poſſeſ.infanti delatis. Quem ſequitur.Ia-
ſon idem profeſſus in dicta .l. furioſum nu
mero.3.Alciatus omnium diligentiſsime in
tractatu de præſumptionibus regul. ſecũ
da.præſumptione.13. quibus ſe ſubſcrip-
ſit Stephanus Beltrandus conſilio.48. nu-
mero.24.& pleriq; alii in ea ſunt ſententia
& fere vtriuſque iuris ſchola idem cõſẽtit.

Secundo iſthæc frequentiori calculo re
cepta ſententia eo maxime procedit, &
dicti furoris preſumptio quoad actus qui
paulo poſt furoris tempus aguntur, ſiqui
dem tunc tempore actus geſti præſumi
tur eſſe in furore vti argumento optimo
deſeruit text. in.l.ſi ventri in.§. final. ff.de
preuilegi.cred.& in capitu. officii de ele-
ctione & in.l.lecta.in verſiculo. diſcedam
ff. ſi certum petatur & in.l.petens cum a-
liis.C.de pactis longe quidem aliter quo-
ad alios actus, qui longo interuallo poſt
furoris tempus aguntur in hoc dubio i-
ta explicat Imol.& Aretinus column.3.in
l.1.final.ff.de verb.obligatio. Anchatran.
in clemen.1.de homicidio.final. columna.
& ſignanter Bertrandus, loco paulo an-
tea citato atque hac ductus diſtinctione

*diſtin.quæſt.*

intelligens gloſſas præcitatas exiſtimat
Bald.& inibi Alexand & Iaſon in dicta.l.
furioſum vbi Philippus Corneus numer.
4.Et huius ſententiæ graues authores ha-
beo.Siquidem Ioan.de Imol.in.l.qui teſta
mentum.§.furioſum .ff. de teſtamen.in ea
ſit ſententia cui Bald.accedit, & Marcus
Antonius Baberia numero.26. in. §.item
furioſi inſtitu.quibus non eſt permiſſ.fa.
teſtamen.Angel Aretin.in.§.teſtes inſtic.
de teſtamen. Florianus de ſancto Petro in
l.ſed etſi in.§.iniuriarum,n.6.ad. l. Aquil.
ff.Alexand.in conſil.86.n.13.vol.2.Stepha
nus Belt.in conſi.48.n.24.vo.1. & impreſ-
ſionis & omnium diligẽtiſsime huic acce
dit ſnĩæ Nicolaus.Bœri.in deciſio. 23.nu.
89.Bartol. Cæpola in præcitata. l. obque
vicia.§.idem Iulianus nu.52.ff. de edilitio.
edicto.quibus admodũ conuenit Carolus
Ruin.in conſi.67.n.9.vo.1.apud quem plu
ra extant doctorum reſponſa in hac ſpe-
cie.Pro qua communi conſenſu recepta
ſententia adſtipulatur gloſſ.in.c.cum inter
canonicos in verbo reſolutus de electio-
ne quæ expreſsim hoc ipſũ vult hiſce mor
bum ducere ni prorſus contrarium pro-
betur ſicuti inibi exiſtimat Ioann.Andre.

&Anton.de Butrio. Cuius gloſæ cõcluſi-
onem profeſſus meminit Marc.Anto.Ba.
in præcitato.§.item furioſi.num.25.Inſti.
qui.non eſt permi.fac.teſta.Iaſon in dict.
l.patre furioſo.nu.5.& Rodericus Xuarez
loco præcita.

Tertiò iſthæc ſententia ſtabiliri poſſet
celebri Bartoli doctrina in .l.ſi cum dotẽ.
§.ſi maritus.ff.ſolu.matri. Vbi aſſeuerat,ſi
quiſpiam aliquo morbo laboret,ſi probe
tur furor vtiq; in futurũ paæſumitur du-
raſſe. Cuius meminit idem profeſſus An-
gel.de peru.in conſi.136.arti.penul.& hãc
Bartoli ſententiã mirabilẽ exiſtimat Frãc.
Aret.in l.in eo.nu.2.ff.de teſta.

Verum eninuerò quod attinet ad furo
ris probationem adhuc aſſeram audacter
teſtes vtiq; ſingulares ſufficere, ſicuti exi-
ſtimat Innoc. quem pleriq; alij ſequuntur
in.c.qualiter & quãdo. el2.itidem in.c.cũ
oporteat.& ibi Imo.de accuſa.Specula.ti.
de inqui.§.1. verſ.ſed quid ſi vnus. & in.§.
nunquid tractemus.verſi.quid ſi miles.&
in titul.de teſte.in.§. iam de interrogator.
ver.item à tempore.Bald.in l.1.C. qui nu
tut.ſe excu.Bart.in l.de mino.ff.de quęſt.
vbi in ea eſt ſententia,ſi ſanè teſtis de vno
furoris actu deponat,& alius de alio, pro
bationem vtiq; faciunt.Huic ſententiæ ſe
ſubſcripſit Deci.in conſi.448.nu.8.& in.l.
furioſum.nu.30.C.qui teſta.face.poſſ.Ale.
in con.92.nu.20. volumi.5. & in conſi.147.
nu,20volu.3.& in con.86·nume.11.vor.2.&
con.141.num.2 volu.1.Stephan.Beltran.in
conſi.48.num.22.vol.1.Paul.Pariſi.omniũ
diligentiſſimè in conſi.87. num.8.vol.3.&
Arnal.Lamber. qui niuibus hybernis ple
roſq; doctores allegat.in.c.1.quęſt.13.nu.50
de hære.lib.9.Caro.Ruy.conſi.67. num.8.
vol.1.Robert.Maran.in repeti.l.is poteſt.
num.130.ff.de acquir.hæred.Ea ratio aſſi-
gnari poſſet: ſi quidem iſti teſtes minime
deponũt ſuper aliquo facto in ſpecie: ſed
vtique in genere aſſerendo quem eſſe fu-
reoſum. Quod equidẽ probari poſſet per
pleraq; alia ſpecialia quæ Bart.probat in
l.titia.ff.de ſolut,Nico.Boeri.in deci.23.n.
44.Feli.in cap.licet.ex quadam.in 2.limi.
ex.de teſti.& Paul.Pari.in conſili.87.nu.8.

Ex cap. ſequenti.

1 *Vini vſus fuit interdictus apud pleroſque popu
los olim & plures vini deteſtationes inſcri
buntur.*

2 *Ebrium non pæna delicti ordinaria ſed iudi-
cantis arbitrio afficiendum eſſe.*

3 *Tres eſſe conſiderandos actus in homicidio ab
ebrio commiſſo.*

4 *Clerici vel epiſcopi qui immoderate potionib.
incumbunt, ſi moniti non deſiſtant depo-
nuntur & a communiõe fidelium priuã-
tur.*

5 *Si hominem tempore ebrietatis occiderit irre
gularem eſſe.*

## De ebriorum pænis quæ-dam veterum reſpõſa adno-tata. Cap.XXX,

EBRIetatem in maximis
viris adeo peroſam con-
ſtat vt Solon Athenienſi
um legiſlator legem ſta- *Lex Solo, in ebrietatem.*
tuerit,cuius verba hæc e
rãt.Princeps ſi ebrius de
prehendatur,morte mul-
tetur.Plutarchus in inſt.Laconi. vt ebrie
tatis quoque turpitudinem fugiendam eſ
ſe oſtenderent Lacedemonij ruſticos ſer-
uos multo mero ingurgitatos in iuuenũ
conuiuia inducebant, vt cernentes adole
ſcentes temulẽtorum inſaniam,deformẽ
præcipitemq; furorem ſobriè honeſteq;
viuerent.Et ebrietatem tanquam rem tur
pem & abhorrendam fugerent.Qua occa
ſiione nacta antiquitus lata lex fuit ac v-
ſu receptum eſt apud pleroſq; populos,
vini uſus eſſet interdictus feminis,ſicuti a
pud Romanos obſeruatum fuiſſe comme
morat Dionyſius Halicar. libro ſecundo.
Polybius idem profeſſus lib.ſexto. Mar.
Cato in Ora. pro dote,Tullius libro.3.de
natura Deo.itidem lib. tertio de republi.
Valerius maxi. de ſtatutis anti·Plini. lib.
14.cap.13.pleraq; id genus alia cõiecit Plu
tarchus in proble.Romano.Tertulia.in A
pologe.cap.ſexto.Quibus accedit Ambr.
in epiſto.Pauli ad Colloſſ.cap.3.& Aulus
Gellius libro 10.cap. vigeſimotertio .Lac
tãtius lib.1.cap:22.Hiſque accedit Bland.
lib.5.triũphãtis Rom.ſcribit inſtrumẽtũ
dota



dotale legiſſe ante annos plus minus.300.
apud Rom.vſu receptum eſſe cum pater
puellæ ſponſus promittebat quotiens pe
periſſet vinum illi octo primis diebus quã
tum deceret bibẽdum daret itidem de me
dici conſilio quandiu egrotaſſet inſuper
omni feſto ſolemni die potu illa vnico o-
blectaret,rurſus de milleſiis Theophraſtus
meminit & Cælius vir antiquitatis peritiſ
ſimus.lib.15.Antiquar.lectio.c.6. idq; per-
quam maxime reipublice cõuenit vti fœ
minæ abſtenues ſint.Et Vallerius Maxi.
lib.2.c.1.itidem lib.6.c.3.& Sanct.Thom.in
2.2.q.149.art.4.& Plato.lib.2.de legi.exiſti
mat legeque lata fuiſſe vt pueri vſque ad
decimumoctauum annũ vini vſum prſus
ignorarẽt necoportere ignẽ igni in corpus
atq; animam ſuggerere anteaquã viri effe
cti ſubire labores incipiãt deinde vino mo
derate vtantur vſq; ad ætatis annũ trigeſi
mum. ab ebritate vero & vini repletione
iuuenes omnino abſtineãt.hæc ille.& Pla
to.intimęo & rurſus lib.2.de legibus inter
dicit vino pueris vſq; ad annum duo deui
geſimum ne ignis(inquit) igni addatur&
Galenus lib.cui titulum fecit corporis tẽ
peraturã animi mores ſequi.§.ſiquidẽ oĩs
mulier vinolenta,eadem quoq; meretrix
eſt vti hac in ſpecie exiſtimat Diuus Chri
ſoſto.enarrans illud Matthæ.c.1.cum eſſet
diſponſata mater eius Maria &c. qua na-
te occaſione mulieres ſua ingluuie voraci
tate,bibacitate,victus intemperantia ſunt
podagrę obnoxię vti exiſtimat Hippocra
tes.li.8.Aphoriſmorũ.c.29.& pluribus lu-
culentiſsimiſque verbis idem profitetur
Galenus in enarratione eiuſdem Aphori
ſini.29.cui ſententiæ concinit quod ſcri-
bit elegãtiſsime doctiſsimeq; Sen. ad Lu
ciũ Epiſt.95.& his accedit pleraq; id gen[9]
alia congerens Petr.Apponen. tunc phi-
loſophus & medic[9] magni Mehercule no
minis in conciliatore Dſia. 9.& rurſus in
problematum Ariſt.lib.10.c.37. Cæterum
Promachus Bibaciſſim[9] oĩum iudicatus
palmam meruit & corona vnius talenti
à rege donatus eſt morbo præ ingluuie at
que illuſione ſubito correptus poſt tertiũ
diem interiit, & cum irriſione omnium
pompa funeris magno commitatu ei ce-
lebrata eſt ex Plutar.i apopht.hæc eſt ille
inquit helluonum potandi ratio vt quo
magis potant,eo magis ſitiant, ſcite illud
dici poteſt in omnes quod Scytharum le-
gati in ſolos Partos dicebat ur qui eos q-
to magis bibant tãto magis ſitire affirmãt
fuit etiam Alexa.hoc turpiſsimũ ꝙ poſt
multas victorias opiparum lautumq; con
uiuium amicis compluribus ſuis prebuit
in quo meracæ potationis certamen exi-
buit & palmam coronamq; victori propo
ſuit .Poſtremo Philippus Macedo.& Ale
xan.eius filius vterq; rex nimia vini aui-
ditate quã plurimas virtutes obſcurauit.
Quibus memoria repetere libet in Impe-
rio tria monſtrua ſucceſiſſe ſicuti Plati-
na ſcribit in vita Pontiani primi huius no
minis pontificis Diadumenus Macrinus
& Albinus. Albinus autẽ ſicuti ingluuie
deditus erat quia quicquid queſierat ven
tri donabat auaro ob edacitatem nomen
cepit qui centum Perſica campana decem
melones Hoſtienſes,quingentas ficos paſ
ſarias quadraginta obſtra vna cænacome
debat poſtremo luxui, & continuo ocio
deditus fuit & gladio à milib[9] impetitus
eſt author Ioan.Igneus in.l. neceſſarius.§.
non alias nu.859. ff. ad ſenatus conſultũ
Sillania.hinc & illud de duobus Impera-
toribus memoria proditum eſt Tiberio,
& Albino edacior & bibatior.ſcribunt nõ
nulli ſæpe vno die vini Amphoram bibiſ
ſe & libras carnis quadragĩta alii ſexagin
ta vno die cõmediſſe,tantæ craſitudinis,
exiſtimarunt eſſe, vt ſudore ſui corporis
(quem calice excipiębat) tres ſextarios
impleuerit policemque adeo pinguemha
buiſſe vt vxoris dextrocherio pro anullo
vteretur ab eo inde ortum eſſe prouerbiũ
ſicuti exiſtimat Igneus loco pręcitato nu
mero.862.,

Memento homo cum vinum potas te
terræ ſanguinẽ haurire ebrietas multa ma
la fecit vt conſtat ex Geneſeos capitu. 9.ſi
quidẽ Noe ebriatus vino dinudatus eſt
in tabernaculo ſuumque puniet authorem
Loth etiam inebriatus inceſtum cum fia
liabus commiſit Geneſeos decimonono.
& Leuitic.decimo.quicunque votum fe-
cerit Domino à vino abſtineat Numeri.
ſexto.etenim prima tentatio filiorum Iſ-
rael in deſerto ſane fuit de potu.Exodi. vi
geſimaſeptimo Amon in conuiuio Abſa
lon temulentus occiſus fuit.ſecundo .re-
gum.decimotertio.& 3.Regum.20.Holofe.
bibit

bibit multum vinum & Iudith ipſum in
terfecit Iudith.13.& Eſaias.22. Ptolomeus
conuiuium fecit ſummoſacerdoti ac dua
bus filijs eius cũ ebriati eſſent occidit eos
Machab.16.& Sanctus Thom.2.2.q.150. ar
ticu.vltimo.explicat quemdam Pithaco
ricum legẽ ſtatuiſſe grauiori pœna eſſent
afficiẽdi ebrij quã ſi ſobrij delinquiſſent
ſicuti explicat philoſophus .2. Politicor.
qui enim ebritatis crimen parum eſſe exi
ſtimat audiat Apoſtolum Paul.dicentem
nec fornicari nec Idolis ſeruientesnec ma
ſculorũ concubitores nec auari nec adul
teri nec ebrioſi regnum Dei poſſidebunt
cognouit & Homerus lib.6. Iliados potũ
maxime noxium eſſe & corpori &animę
vir inebriatus vacillat, & ab impubere
puero ducitur animam habens humidã
ignorans quorſum eat modeſte tamen ad
modum vtile eſt vti hac in ſpecie expli-
cat Plini.lib.14.c.5.& Paul.Aegineta. lib.
1.c.95.etſi ſacris ſcriptoribus Salomon ec
cleſiaſ.31.pluribus in locis multũ autẽ, &
immoderatum bibere multorum malorũ
cauſa eſt,profitetur Galen.lib. de ſuſtan-
tia potentiarum animalium . ca.3.& inibi
lib.cui titulum fecit quod mores animi tẽ
*Alex.Offro.* peramentum.corporis ſequantur Alexa.
Aphrodiſ.libro.2.Problematum.c. 89. &
ex Plauto conſtat non vinnm moderari,
ſed vino ſolent qui quidem probi ſunt.&
Plinius ait homini cicuta eſt vinũ& Plau
tus nimis eſt vile vinũ atq; amor ſi ebrio
atq; amenti impune facere quodlibet li-
cet itidem plauti magnum viciũ vino eſt
pedes captat primũ luctanti doloſus eſt,
& dubio procul ex Ouidio conſtat dũ ait

*Vina parant animos veneri:*
*In vinum confertur plerumque culpa*
*Quod ſi loqui poſſit ſe deffenderet.*

Quibus admodũ carmina ꝑperti aſtipu-
lant.

*Vino forma perit vino corrumpitur ætas.*
*Vinum memoriæ mors.*

Et id per quã maxime cõſtat ex Sophoc.
& Charet.Græcis autorib.quos refert Sto
bæus de cõti.& ſobrie.ſer. 17.in hac verb.

*Ventrem modis omnibus refrenare coneris:*
*Venter & multorum capax & paucorum*
*ventrem deus odit,ventrisque epulas*
*Propter iſta enim temperantia ſoluitur.*

*Ex Simo. ad Ariſtipum.* Et ex Simonis Epiſt.ad Ariſtippũ dubio
procul cõſtat in hæc verba profeſſus fa-
mis atq; ſitis non obliuici oportet :multũ
enim põt apud ſobrietatisac prudẽtię ſtu
dioſos.Et ex Demoſthe. cõſtat Socra. Ro
gatus:quonã à cæteris hoĩbus differret, re
ſpondit alij quidẽ viuũt,vt ædãt ego ædo
vt bibã. Et Pla.ſæpius ſiti laborãs è puteo
hauriebat aquã iterũq; fundebat vt ita cu
piditatẽ caſtigaret nimiũ vinũ ſemper eſt
malũ & ex Theog.ſnĩa cõſtat Græci auto.

*Turpe eſt virum ebrium apud ſobrios eſſe.*
*Turpe item ſi ſobrius cum ebriis fuerit,*
*Vinũ ſi bibas multũ noxiũ eſt:at ſiquis ipſum:*
*Bibat prudẽter iã non malũ,ſed bonũ eſt*

Et ex Theonide conſtat.

*Quis quis bibẽdo modũ ſuperauerit is nõ ãplius* *Ex Theo.ſnĩa*
*Suæ linguæ cõpos eſt :nec mentis ,*
*Verba effatur balba, quæ ſobriis dedecus fiunt.*
*Nullo.n.quolibet agendi pudore ducitur quam*
*Diu fuerit ebrius.*
*Qui prius ſapiebat tunc ſtultus efficitur heu tu,*
*Animaduertens,vinũ ne ſupra modũ ingurgi-*
*taueris.*
*Sed pri⁹ ſurge quã in ebrieris ne te ſibi ſubiiciat*
*Venter tanquam mediaſtinum improbum quo-*
*tidianis,*
*Laboribus inſeruientem.*
*Tam ſtolidi quam ſapientis vinum.*

Immoderat potum leuiſsimũ reddit ani-
mum.Cæterum & illud obuium eſt pluri
mum quidem potum maximum noxium
& corpori & animo ſicuti Plin.author eſt
& Pau.Agineta his in locis quibus & an-
tea meminimus nec id latuit Homero. li-
bro.6.Iliados.

*Nec mihi vinum afferas dulce venerãda mater,*
*Ne me enerues roboris aut ãtea vigoriſq; obliuiſcar*

Cuius ſignanter meminit Galenus libro:
de ſuſtantia potentiarum animalium.c.3.
itidem libro cui titulum fecit quod mo-
res animi temperantum corporis ſequã-
tur .Quibus in locis citat ſentẽtiam Theo
gnidis dum cecinit.

*Vinum potatũ multũ malũ ſi vero quis ipſum.*
*Potarit prudenter non malũ ſed bonum.*

Et Artemidorus mirum in modum id ex
plicans huic accedit ſententiæ de Som- *Artimido.*
niorum libro.1.capitu.63.Alexander Af-
frodiſeus li.2. problema.c. 89.li.2. Epigrã.
Grę.qđ ſic vertit Gelli.lingeę latine auto.

*Sumere nec nimiũ bacchi valet optimus vſus.*
*Nec nimiũ hinc meror prouenit inde furor*

Quibus & illud adijciã , quod ſi mode-
ſtè vinum ſumatur,admodum vtile eſt ex
Plinio



Plinio,& Paulo Aegine.hijs in locis qui-
bus & antea meminimus.Et cõſtat ex Ho
mero libro ſexto Illiados.

*Viro autẽ feſſo robur magnum vinum auget.*

Itidem libro.14.Illiados aſſeuerat Bac-
chum gaudium eſſe hominibus. Et Virgi
lius libro.1.æneidos.

*Tum victu reuocant vires fuſique per herbam*
*implentur veteris Bacchi.*

*Ex valeriano.* Et Valerius flacus libro.2.argonauticũ.

*Cæteri stum munere feſſas,*
*Reſtituunt vires,& parco corpora Baccho.*

Plinius libro.12. c.1. Galen⁹ huic etiam
accedit ſententiæ librotegni.3. c.12. Hyp-
pocrates libro.7.aphoriſmorũ.c.72.Et Ho
merus aſſeuerat libro Odyſſeæ.2. vinũ ip-
ſum dare vires & audaciam , dum ſcribit.

*Vinum & farinam,ſiue polentam eſſe medulam*
*Hominum.*

Itidem Homerus.li.20. eiuſdẽ operis &
libro.9.Illiados ad finem ſcribit.

*Nunc qnidem dormite delectati dilectum cor*
*Cibo & vino:goc enim robur eſt & fortitudo.*

Itidem libro.19.eiuſdẽ operis,cuius me
minit Alex.Afrodiſeus libro.2. problema
tum.c. 72. Et Macedonius ſignanter epi-
gramma confecit,quod extat inter Græ-
corum epigrammata.

*Febre laborantem medicus me inuiſſerat intro,*
*Vixq; ingreſſus,ait,tollite vina procul.*
*Tantũ indulſit aquã miſero,miſer ipſe, nec audit*
*Quod vinũ eſſe hominum robur Homerus ait.*

Et pleraq; id gen⁹ alia quæ curioſis cõ
ijciẽda relinquo candido lectori obuia e-
*Homerus* runt ex Homero lib.4.Illiados.& libro.2.
Odyſſeæ Gellius lib.17.c. 8. Macrobius.
lib.7.c.12.Dioſcorides lib.5. c.839. Plinius
togatorũ princeps lib.14.c.5.Lyricus Ho-
rati⁹ lib.2.Sermonũ ſatyra. 8. feruida vina
appellet Plato.lib.2.de legibus.Plini⁹ lib.
14.c.vlti.Home.lib.5. Odyſſeæ apud quos
plura alia reperiet cãdidus lector, quæ ne
charte diſpẽdiũ ferant cõſulto miſſa feci.
Vſq; adeo delicatũ eſt, & ingluuiei đditũ
noſtrũ ſeculũ,vt ſicut muſicę,& medicina
lis artis:ita etiã culinariæ extẽt cõmenta-
rij,qui gulã delicijs titillare docẽt, ſanita-
tẽ nocẽt.Hinc fit , vt ꝗ ferculis deliciãtur
lõgè min⁹ ſalubri valetudine fruãtur.ſunt
pleriq; alij hac noſtra tẽpeſtate delicatuli
picã expertis mulierib⁹ nõ diſsimiles. Nã
& ipſi,veluti ille familiariſsimos cibos fa
ſtidiũt ore vetriculi corrupto. Itaq; vt fer
rũ inutile acie noua ſemꝑ eget. ſimiliter
& illorũ ſtomachi inter edẽdũ, acui nun-
quã nõ poſtulãt,ſiue mero,ſiue aceto,ſiue
acerbo aliquo cõdimẽto.Quãtum ab iſtis
differt lacon ille qui cũ cõſpexiſſet quan
dã preciosam auiculã, ſibi appoſitam præ
faſtidio renuere.At mihi,dixit etiam vul-
tur & hirc⁹ ſapiũt. Si quidẽ loco ſemel da
to cupiditati in immẽſum creſcit.& hoc ſi
bi peculiari habet ciborũ atq; potũ luxu-
ria,vt ſemel cepta magis magiſq; augea-
tur,& ex ſentẽtia Xenophõtis cõſtat lib. *Ex ſentencia*
1.đ dictis & factis Socratis. Socrates cibo *Xenophontis.*
tã parce vtebatur,vt iucundè comederit.
Atq; ad illum ita ibat parat⁹, vt pro obſo
nio ſibi eſſet cupiditas cõmedendi.Potus
verò omnis erat ei grat⁹ propterea quod
nũquã bibebat,niſi ſitiret. & ex ſententia
Platonis conſtat gubernatur ebrioſus,&
quiuis cuicũq; rei ꝓfectus , oĩa ſubuertit,
ſiue nauigiũ,ſiue currũ,ſiue exercitũ, ſiue
quãcũq; rẽ fidei ſuæ cõmiſsã , homini vo-
luptatibus ſeruiẽti,nullã vnquã virtutem
conuenire,ꝙd enim intereſt inter hominẽ
incõtinentẽ & belluã?Nã quicũq; ea quæ
optima nõ ſint , cogitat voluptuoſa verò
omnib⁹ quærit modis exequi quid à pecu
dibus differt? Solis igitur cõtinẽtib⁹ licet
ea cogitare,quę optima ſunt, & dicere ac
facere,ac rerũ quidẽ diſcrimina ſecũdũ ge
nerã diſgregare,bona eligere,mala ſeclu-
dere,quo optimi atq; feliciſsimi reddãtur
Quas ob cauſas edẽdũ eſt,vt viuamus, nõ
vt voluptuemur. Et bonã hominũ partẽ
viuere exiſtimo,vt edãt,tẽperantia dediti
edũt vt viuãt & pleraq; id genus alia dila
tãdo cartas quã plurimis remiſsionib⁹ ex
tãt apud Stobæũ in ſentẽtijs ex theſauris
Gręcorũ deductis ſermoni.18. &.17. quib⁹
admodũ conueniũt verba Eratothenis &
Menãdri & Philemonis Gręcis autorib⁹
quos refert Stobæus ſermone.18. de incõ- *Ex Stobeo*
tinentia vbi ſupra. *in ſermonib⁹*

*Vinum igni æqualem habet vim:vbi hominem*
*Subierit,quem conturbat,vt libycum mare*
*Aquilo,vel auster.itaq; prodit latentia*
*In mentis receſſu,animumq; vniuerſum concutit.*
*Merum copioſum parum cogit ſapere*
*Non ipſa potus copia,ſi quis conſideret,*
*Debacchari cogit, ſed potantis ingenium.*
*Quid illum viuere iuuat , qui vitam ſuam neſcit.*
*Vinum in cauſa eſt.nullum enim bene potum ,ſi*
*quæras,*

In venc-

*In veneris qui non à potu, tanquàm ſeruus ſit dñs.*
*Carmina Homeri.*
Vti conſtat ex ſentẽtia Philemonis loco
paulo antecitato. Et ex Homero con-
ſtat in hæc verba.
*Vinum, quamuis ſapientiſsimum cantare,*
*Molliter ridere, & tripudiare impulit.*
Hoc etiam protulit verba, quæ ſatius ta-
cita fuiſſent. Vti conſtat ex Stobęo ſer
*Menander.*
mone.18.col.2.idq; conſtat ex Menãdri
ſententia in hæc verba,
*Moleſtum eſt, ſi quis præ vini nimis loquatur,*
*Ea quæ neſcit callere ſimulans.*
Et Euripidis ſentẽtia cõſtat in hęc verba.
*Nunc vinum me mente priuat, & fateor tibi.*
*Iniurium me fuiſſe, ſed inſcium & inuitum.*
Cum ergo tot tantiq; errores & quidã
alij pleriq;, ab epulãtibus cõmitti poſsint
ſtudẽdũ eſt tẽperãti futuro vt ſe ab omni
bus purũ & integrũ exhibeat: ita quidẽ ſi
multo exercitio cõſueſcat alimẽtis vti ad
alẽdi nõ delectãdi corpus finẽ non vt lenẽ
ac lubricã reddat gulã, ſed corp⁹ roboret.
Gula enim condita eſt, vt ciborũ meatus
eſſet. non voluptatis inſtrumentum.
Cæterùm quod de ebrio ſolet diſputa-
ri, an & is ſit aliqua pœna afficiẽdus ſi ho
minẽ tẽpore ebrietatis ociderit, dãnũ ve
fecerit. In quo dubio memoria repetere li
*Ex Ariſto.*
bet pulchrã Ariſt. ſentẽtiã.3. Ethic.c.5.ita
ſcriptũ relinquit. Ebrijs duplices pœnę in
ſtitutæ ſunt, nã vt inibi Euſtratius, tradit
Pittacus vn⁹ è ſeptem ſapiẽtib⁹. Ebrio de
linquẽti duplicẽ pœnã infligẽdã eſſe cõſti
tuit, alterã propter ebrietatẽ, alterã ꝓpter
crimẽ in ebrietate cõmiſſum vtraq; vero
pœna propriæ rõne ebrietatis hęc ille. Iti
dẽ.li.2.politicorũ ad finẽ cui⁹ meminit ſep
tima cõſi.26.in ſuis catolicis inſtitutiõib⁹.
Hoc ipſum cõprobatur ex autoritate iu-
ris cõſultorũ in.l.reſpiciẽ.§.delinquit. ff.đ
pœn.l.omne delictũ.§.ꝑ vinũ lapſis.ff. de
re militari. Quib⁹ ſuffragatur tex.in. c. in
ebriauerũt, &.c.ſane.15. q. 1. vbi ꝓbatur e-
briũ delinquẽtẽ in ipſa ebrietate nõ eſſe à
culpa liberũ, neq; à pœna: imò puniẽdum
aliqua punitione ꝓpter culpã, quã habuit
in cauſa ebrietatis eritq; loc⁹ pœne extra
ordinarię: ſi quidẽ ebrietas dolũ tollit mi
nimè tamẽ culpã glo.in.d.c.ſanè Roma.in
l.1.in princi.ff.de.verb.oblig.& glo.idẽ ꝓ
feſſa in.l.1.verbo temulentia.C.ſi quis im
perat maledixerit tex.ad id præſtãtiſsim⁹
in.d.c.ſanè, &.d.c.inebriauerũt loth. Bart
& doct.cõmuni cõſenſu explicãt in pręci-
tato.§.delinquit itidẽ in.l. aut facta in prĩ
cipio.ff.de pœn, & in.l.diuus. ff.de officio
præſidis Alex.poſt.Bar.in.d.§.delĩquit.&
in. l. dolũ ad finẽ. C. de dolo.idẽ profeſſus
Bal.in.l.data opera verſi.nũc de tertio.C.ꝗ
accuſare nõ poſsũt, & in.l.1.col. penul. C.
vnde vi Salice.in.l.1.C.de ſicar.Anchar.&
Imol.Cardi.in Clem.vnica.q.8.de homic.
Roma.in.l.1 §.adipiſcimur.ff.de acq.poſſ.
Geminia.in.c.vẽter.35.diſtin.Et tex. in p̃ci
tato.§. ſi ꝑ laſciuiã lapſis. Cuius hæc ſunt
verba, per vinũ aut laſciuiã lapſis capita-
lis pęna, remittẽda eſt, & militiæ mutatio
irroganda eſt: & inibi ad hoc multũ notat
Alber.Bald. in. c. à crapula de vita & ho-
neſt.cleri.1.col.n.3.Floria.in.l. ſed etſi que
cũq;.§.iniuriã.col.2.n.5.ff.ad.l.acquil. An-
gel. de malef.in parte ſcienter doloſe col.
penul.verſi.ſed quid ſi propter ebrietatẽ,
& rurſ⁹ in parte incẽdiario.col.2. Ang. idẽ
profeſſus in.l.ſi nõ conuitij. C. de iniurijs
Abb.in.c.ſicut de teſtibus, & Bal.idẽ exi-
ſtimans in.l.1.in repetitione col. penul.C. 2
vnde vi.pœna ebrij aliuianda eſt, quãdo
ſit tanta quod induxerit mentis alienatio
nem vbi enim ebrietas ibi libido domina
tur. c. furor diſtin.36. & in.c.venter.&.c.à
crapula præcitatis. Quo fit ebriorũ de fa-
ctis minimè curãdũ eſſe tex ad id celebris
in.c.ſicut nobis deteſtib⁹ & ſicut vinũ. ita
nẽpe amor inebriat glo. in prĩcipio inſti.
de ſucceſsionibus ſubla. Et illud ſapientis
*dict. ſapiẽtis*
adſtipulatur, vinũ & mulier apoſtatare fa
ciũt ſapientes & Eccleſiaſtes. 19. explicat
*Eccleſia. 19.*
Ioan.Lopius in rubri.de donato.§.28.n.6.
Ang.in.l.1.C.ſi quis imperatori maledixe-
rit Panormi in.c.ſicut nobis deteſtibus Fe
li.in.c.ſi cõſtiterit de accuſatio.in prin.Iti
dẽ in.c.ex literis de iure.iur. Bonifa.in tit.
de homicidio ad finẽ, & rurſus tit.đ inſul-
tis & ꝑcuſsionib⁹ ad finẽ, & in rubri, quid
ſit accuſatio.verſi.ſed pone quis ꝓpter e-
brietatẽ.Hypol.in.l.1.verſ.modo redeũdo
ff.de ſicar.col.7.nu.63.itidẽ in.l.quęſtionis
modũ.ff.de quæſt. Tametſi pœna ordina
ria huius criminis reus afficiẽdus nõ ſit ni
hilominus iudicãtis arbitrio puniri debet
ac ꝑinde mitius vti exiſtimat Card. Alex.
in.c.deniq;.4. diſt.Frãciſ.de ripa.in.l.fina.
n.79.C.de reuocã.donatio, Ioã. de Ana.in
c.đ infantib⁹.n.2.de his ꝗ filios occiderũt.
Roma. in dicta.l.1.n.9. ff. de verbo oblig.
cui ſen-



cui ſententiæ ſe ſubſcribunt, & Theologi
ſicuti in hac ſpecie refert Ioan. Gerſon in
regulis moralibus, lib.1.col.3.& nouiſsimè
Guilielm.Mayner.in.l.in totum.num. 68.
& itidem in.l.fere in omnibus.num.3.ff.de
regu.iur.Salic.in præcitata.l. diuus Abb.
in.c.1.de maledi.& omnium diligẽtiſsime
Cæpol.in.l.1.§.idem Iulianus.ff.de ædilit.
edict.Matth. de Afflic.in conſtit.terminũ
vitæ fall.9.notab.12.Ludo.Montal. in tra
cta.de reproba.ſententiæ Pilati.1.col.1.du
bio.nu.4.Iacob.Baulem in repet.l.capita
lium.§.famoſos.ff.de pœnis.20. limitatio,
& nouiſsimè Anto.Gomez. in tractat.de
licto.c.1.nu.73.& hodie extat.l.5.titu.8.par.
*Regia lex.*
7.& inibi Grego.Lopez.ex quibus autho
ritatibus hoc vnum ſatis conſtat ebrium
nõ puniri propter culpam criminis ab eo
cõmiſsi, ſed propter ipſius ebrietatis cau-
ſam in qua culpam habuit. quod in ſpe-
cie poſt Roma. aſſeuerat Cardina. Alexã.
in cap. denique.4. diſtinct. Abb.in.c.vlti.
de maledicis.text.optimus in.l.omne de-
lictum.§. per vinum.ff.de re milita. Abb.
in præcitato.c.ſicut nobis. & inibi docto.
paſsim, Ripa in.l. vltim. quæſtio.22. C.de
reuocan. dona. quæſt.62. ea ducti diffini-
tione, aut ſanè ebrietas fuit leuis tũc crimi
non excuſat, aut eſt grauis, & in ea ſpecie
non excuſat à toto, ſed mitiori pœna pu-
niri debet ſic explicat.Bald.in.d.l.data o-
pera, & docto.precit.in ea ſunt, ſententia
& Ludo.Carre.in pract.cri.§. homicidium
nu. 22. pag. 367. quod ſi ſciens ebrietatem
euenire ex potatione vini, & vt occideret
quẽpiam eſſet inebriatus occidendo pœ
na ordinaria puniri debet aſſeuerat Card.
in.d.cle.vnica.de homic.Et an per ebrie-
tatẽ blaſphemãs ſitne aliqua pœna puniẽ
dus explicat Matt.in conſuet.blaſphemã
tibus. Siquidem affectata nocere ſolẽt, vt
multis exẽplis Feli.cõprobat in.c. vlti. de
teſti.Io.Ign.in.l.3.§.ſubuenitur.nu.149.ff.
ad ſilla.Ripa in.l.quo te mihi.ſi cert.peta.
ff.Tiraquel, de retract.municip.§.35.glo.4.
nu.27.Septimac.c.26.n.9.in ſuis cathol.in-
ſtit. Tandẽ quaſi totius quæſtionis coro-
nidẽ in hac controuerſia ſic opinor diſſol
uendũ hũc nodũ, tres ſi quidẽ actus in ho
micidio ab ebrio cõmiſſo, conſiderantur.
Quorũ primus ipſa potatio. Secundus ip-
ſa ebrietas. Tertius ipſa hominis occiſio,
in primũ actum fertur voluntas directè,
vt potè quia ebrius voluit vinum bibere
immoderate, in ſecundũ fertur voluntas
indirectê, & per accidens non equidẽ di-
recte, & per ſe vti docet. S.Tho.1.2.q.76.ar
ticu.4.in tertium autem, hoc eſt in ipſam 3
hominis occiſionẽ, nec per ſe, nec per ac-
cidens voluntas fertur, alioquin ſi adhuc
indirecte fuiſſet voluntarius actus contin
gens in ipſa ebrietate profecto ebrio im-
putaretur, cuius contrarium probatur in
dict.c.in ebriauerũt. &.c.ſanè.15. q.1. qui-
bus & illud cõuenit, quod licet ebrius cul
pa ſua inebrietur illa culpa volendo ine-
briari, non adhibendo diligentiam ad eui
tandam ebrietatem. non eſt cauſa, proxi-
ma illius occiſionis, ſed cauſa remota: nã
illa culpa fuit cauſa ebrietatis, ebrietas ve
ro cauſa occiſionis. Igitur illa fuit cauſa,
mediata occiſionis: quo fit homicidium
non oriri proximè ab illa culpa, ſed ab e-
brietate. Ex quibus contra Cardina. & a-
*Cardinalis in errorem labitur.*
lios conſtat non eſſe irregularem ebrium
qui durante ebrietate hominem occide-
rit etiam ſi culpa ſua inebrietur. Tametſi
opinor Cardin.& aliorum ſententiam ve-
ritati fauere quando ebrius conſueuiſſet
in ebrietate arma ſumere, & homines per-
cutere: atq; offendere, tunc enim per po-
tationem immoderatam operam dat rei
illicite; idcirco irregularis erit ſecund. ea
quæ in hac ſpecie adnotat Socin.nu.15.in
præcita.c.ad audientiam.
Cæterũ ꝗa nõ oĩs ebrietas oĩno priuat
vſu rõnis, nec oĩs ebrij par. eſt cauſa non
ab re fuerit breuiter hic pauca tractare Igi
tur duo cõſiderãda ſunt in ebrietate circa
huius criminis punitionem actus p̃cedẽs,
& effectus cõſequẽs, & potiſsimũ circa pri
mũ diſtinguendũ eſt an ex pręcedẽti actu
ſubſecuta ſit ebrietas ſine peccato, vel è
cõtra, priori ſiquidẽ caſu peccatũ ſequẽs à
culpa in totũ excuſatur lõge quidẽ aliter
in caſu poſteriori cũ ex volũtate p̃cedẽtis
act⁹ illud peccatũ volũtariũ redatur, quo
fit ex modo, & rõne volũtarij, effectus cõ
ſiderãdus eſt, vñ ſi peccatũ cõmittendũ e-
bri⁹ pręuidet, is quidẽ nõ oĩno immunis
eſt, à labe peccati, tãetſi null⁹ poſsit pecca
re abſq; rõnis vſu, ex eo tñ quia ſe priuat,
culpabiliter rõnis vſu, ex tũc pro illo dũ-
taxat tẽpore peccare vult quo arbitrio li
bero cariturus eſt, ſicuti Thom.& Caieta.
diffiniere.22.q.150.articu.vltim.
Ex

Ex quibus ſanè, vt nihil hac in re deſideretur, memoriæ repetere libet ea vſus diſtinctione, aut ebrietas vſu rationis ex parte priuat, aut ſanè ex toto priori quidē caſu peccatum commiſſum pœna dignū eſt, quia voluntarium, ſed vtique pro modo culpæ temperanda eſt pœna poſteriori tamen caſu ea diſtinctione vtēdum eſt, aut ebrietas ſine culpa euenit ex eo quia vinum erat indomitum, ſi inebriatus eſt ignoranter ibi nulla præceſſit culpa tunc nulla erit pœna. Cęterùm, aut ebrietas ꝓuenit, culpa bibentis, & rurſus diſtinguere oportet, aut crimen in ebrietate committendum præuidit, vel debuit præuidere, & iſthæc pari ratione conſiderantur. l. quod re. ff. ſi cert. peta. & id quidem punitione dignum eſt, atq; ſupplicio. Rurſus, aut nec debuit prouidere, nec potuit, & tunc nulla erit peccati culpa, nec irregularitatis labis, ſed magis crapulę, aut ebrietatis effectus, aut ebrietas affectata fuit pecccandum, & grauius peccatum effici, quia potius illud auget, quam minuat. l. nunquam plura. de priuatis delictis.

*Diſtinctio in articu.*

Iure pōtificio ea ſancita eſt pœna, quia ebrietas omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt ideo placuit Agatēſis concilij venerandis patribus, vt clericus de quo fuiſſe ebrium conſtiterit, aut triginta dierum ſpacio à communione ſubmoueatur, aut corporali ſupplicio ſubdatur, vti maxio apice deſeruire videtur text. in. c. fin. 35. diſtinct. Hoſtien. in ſumma. de tempo. ordinando. §. & cui. verſi. pœna autem. vbi dicit. quod Epiſcopus, presbyter, vel diaconus quidem immoderate potioni vini operam dederint, ſi vtique nō deſiſtāt deponitur, ſubdiaconus vel inferior, ſiue clericus, ſiue laicus communione priuetur. c. ſi epiſcopus. 35. diſtinct. c. ante omnia. c. epiſcopi. 35. q. 1. aut ictibꝰ loris ve cæditur, explicat Ioan. de Firm. in tractatu de epiſcopo. lib. 4. part. 1. q. penult. in vltim. part. de degradatione Panor. & Felin. in. d. c. ſi cōſtiterit. de accuſa. Si verò ſemel ebrius fuerit, tunc pœna afficiendus eſt text. in dic. c. fina. Poſtremo Innocen. tertius, in concilio generali Lateranenſ. diſpoſuit clericum à crapula, & ebrietate non abſtinentem, & à ſuperiore monitus minime ſatiſfecerit ab officio, & beneficio ſuſpendendum, atque ita conſtat ex. c. à crapula. de vita & honeſta. cleri. Quibus & illud ſubijciam, ſicut miles cœleſtis militiæ, ſic equidem miles armatæ propter ebrietatem deponi poteſt ab omni militia tex. eſt ad id præſtantiſsimus in. l. omne delictum. ff. de re militari, z inibi communi conſenſu docto. quod intelligendum eſſe exiſtimo, ſi crebo inebriatur, vel ſaltim conſuetudinem habet inebriandi lōge quidem aliās quia ſi quotiens peccāt homines, ſua fulmina mitat Iuppiter, ex quo tempore nullus erit. Pro quo argumēto optimo deſeruit gloſſ. in. c. epiſcopus. 35. diſtinct. & in. c. epiſcopus. 67. diſtinct. & pleraque id genꝰ alia cōgerit Ioannes Sainſon. in conſuet. Turonenſibus. c. de droit. primo articulo fo. 239. tametſi olim milites non ita luxui ac ingluuiæ dediti erant, ſicuti cōſtat ex l. 1. & inibi gl. de erogatione militaris anone lib. 12. docto. in l. cum ſuper. de re milit. lib. 12. quibus æquidem conſtat milites acetum carnes veruecinas aquam, lardūq; comedebant, ac noſtra tempeſtate quam ſit à militibus alienum nemo ſanè mentis deſitebitur. Id vnū addam. ebrietatem minimè eſſe peccatum, ni aſsidua ſit, ſicuti exiſtimat Abb. in præcitat. c. à crapula. & Ioā. Sainſon loco pręcita. quo in loco Petrus de Ancharra deſcribit pleraq; id genus alia ebrietatis incōmoda, itidem beatus Auguſtinus in ſermone de ebrietate. qui inter ſua opuſcula impreſſus habetur quo in loco ſatis cōſtat quāta ſit eius grauitas, explicat Ariſt. lib. quem de ebrietate inſcribit Hora. lib. 1. epiſt.

*In Agaten. concilio.*

*pena clerici ebrij*

*Quid non ebrietas deſignat operta recludit*
*Spes iubet eſſe ratas in prelia trudit inermen.*

*Hpratius.*

Et vbi ineſt ebrietas nullum latet ſecretum, ſicut exiſtimat Ange. in. l. quæ adulterium. C. de adulte. Et rurſus eodem libro epiſto. 2. ait Horatius.

*Fecundi cælices quem non fecere diſertum*
*Tunc ſurgunt rixæ tunc pauper arma ſumit.*

Quibus admodum conuenit text. in cap. ne tales. de conſecratione diſtinct. 5. & Ecclesiaſtes. c. 27. ad finē. ſi quidem propter ebrietatē multi mortem obierunt, multæ ex delitiarum epulis moleſtiæ generātur, vti conſtat ex Hierony. ad ruſticum. c. ſecundo modicus temperatus cibus & carni & animæ vtilis eſt, itidem Hierony. ad Titum. c. 1. hic (inquit) ſcio mihi abſtinētiā nocuiſſe intermiſſam, & profuiſſe repeti-

tam



titā. Cognouit item homerꝰ quod vinum ipſum & cibos vires ac audatiam maxime pręſtare ſicuti, ſcribit lib. Odiſſ. 2. itidem Virgil. de venere & vino contra ebrietatem carmen ſcribit.

*Vt Venus eneruat vires ſic copia vini*
*Archanum Demens detegit ebrietas.*
*Sæpe manus itidem bachus ad arma vocat.*

*Virgi. carm.*

Et inibi Aſenſius pleraq; alia in ebrietatis deteſtationem addit, itidem Virgilius libro. 1. Aeneidos.

*Tunc victu reuocant vires fuſsiq; per herbam implentur, veteres Bacchi,*

Et Valerius Flaccus idem exiſtimat. libr. 2. Argonauticon,

*Valerio. Flaccus.*

*Reſtituunt vires & parco corpora Baccho.*

Idem profeſſus Gallenus libro. tegni, 3. ca. 12. & Plinius libr. 12. cap. 1. quibus & illud cōuenit adnotare inebriare cōſuetum, minime poſſe ordinibus ſacris initiari, vti maximo apice deſeruire videtur, text. in cap. epiſcopus aut præſbyter. 35. diſtinc. Et in ſumma eiuſdē tituli & Bernard. Diaz, de Luco, in practi. crimina. in verbo inebriari. cap. 71. & Rebuffus in pract. beneficiorū. glo. 4. titu. de clericis ad ſacros ordines male promotis. 2. parte. pagina. 441. Illud memoria repetere libet, ad ſacerdotium promouendū minime eſſe qui abſtemiꝰ ſit vinūque non bibat ſiquidem ex quo horret poſſet euomere ſacramentum, vti argumē. optimo de ſeruit. tex. in cap. ſi quis per negligentiā de conſecratio. diſtinct. 1. idemq; profeſſus Abb. in cap. ex parte de celebratione miſſar. & Ioan. Sainſon, in conſuet. Turonenſibus loco præcita. ad fin.

Quibus & illud ſubijciā clericos in conuiuio honeſtos ac ſobrios ī cibo & potu, & verbis debent ſegerere ſicut hac in ſpecie cōſtat ex tex. ad id præſtantiſsimo in cap. deniq; 4. diſtinct. & fere per totum. 35. diſtinct. &. 44. diſtinct. Explicantq; doc. in præcita. c. A crapula ſi quidem honeſtati ita debent ſtudere vt nec fabulas inanes inibi referant. cap. nullus. de conſecrat. diſtinc. 5. text. ad id celebris in ca. nullus. 22. quæſtio. 1. c. clericū. 34. diſtin. tex. ad id pręſtantiſsimus in cap. præſbyteri. 44. diſ. quin etiā eccleſiaſticos oportet viros in cōuerſationibus ſacrorū euāgeliorū lectionem audire vti conſtat ex cap. pro reuerētia c. quādo. 34. diſtinc. c. his ergo. 23. diſtinctio. adeo in potu clericos honeſtos eſſe oportere vt nec vltra trinam teneantur, bibere vicem vt in præcitato. c. quando explicant docto. pleraq; id genus alia cogerentes in cap. cum inſtantia de cenſibus, Et potiſsimū clerici vinum potantes, aqua dilutum bibendum eſt, ſicuti conſtat ex Homero. lib. 5. Odyſſeę cum nympha calypſo Vliſſem alloquētem ita ait.

*Socratiś vtile ꝑceptū in clericos maxīe.*

*Sed ego panem, & aquam, & vinum rubrum*
*Apponam placide, quæ à te famem repellant*

Sint ergo illius Socratici præcepti memores quo quidē dicebat cibos omnes, potuſq; vitandos eſſe, qui vltra ſitim, famēve ſedandam appetitum longius producerent. ſi quidem dies ſolemnes ac feſtiuos nō aliter ſe celebrare putent ni comeſſationibus deſeruiāt in quos inuehit Auguſt. in ca. comēſationes 44. diſtinc. & tex. in dicto. cap. deniq; 4. diſt. in his etenim diebus clericalis modeſtia ſtudioſius obſeruanda eſt vti conſtat ex cap. cū ad monaſteriū, de ſtatu monacho. verſi. in refectorio, & inibi ſpeciatim, id explicat Ioan. Andr. adducēs illud Hieroni. diem ſolemnem non tam ciborū abundancia quā ſpiritu celebremus, etenim valde abſurdum eſt ac clericis obſcænum nimia ſaturitate martirem honorare velle quē ſcias deo ieiunijs placuiſſe. & Hierony. ait cōfuſio, & ignauia eſt Ieſum chriſtum crucifixum pauperem & eſurientem farſis corporibus prædicare & ieiuniorū doctrinam rubentes buccas tumentiaq; ora proferre ſicuti explicat text. in capit. eccleſię principis. 35. diſtinc. quę quidē rationes nō ſolum in ſacris initiatis quin et in laicis militare ſane mentis nemo vnquā deſitebitur.

Huic autem quęſtioni proxime accedit ꝙ hic diſputatione eget, an is cenſendus ſit irregularis ſi hominē tempore ebrietatis occiderit & eum irregularem exiſtimāt eſſe Zenzelinus, Cardina. nu. 9. Imol. in dicta clementi. vnica, de homicid. quos ſequitur, idem profeſſus Gonſalus à Villa diego, de irregular. ca. de percuſſore colū. 11. Syluester verbo homicid. 3. quæſt. 4. quibus ſaffragatur tex. in cap. inebriauerūt, & cap. ſane. 15. quæſti. 1. vbi probatur ebrium delinquētem in ipſa ebrietate nō eſſe à culpa omnino liberum nec à pœna q̄a ſaltim ex ebrietate vitium contraxit culpāq; cōmiſit, irregularitas ſatis procedit à culpa, homicidij licet ea nō ſit omnino perfecta, vt de caſuali homicidio diximus quod etiam cōprobatur, ex autoritate iurium in princpio al legatorum.

5

Cæterum ſi abſq; eius culpa, dolo quidem alterius inebriatus eſt quod ex varijs cauſis accidere pōt, & in hoc dubio fatetur Maria-

t nus So

nus Soci.in cap.ad audientiam,nu.15.de homicid.rurſus & eum eſſe irregularem vbi ea intentione ſe inebriauerit vt ebrius occideret hoc homicidiũ voluntariũ,& iõex eo contrahitur,irregularitas quod profitetur Cardin. in dict.clem.vnic.quæſtio.8.Alfonſ. à caſtro inter ſacri theologiæ maxime cenſendus de poteſtate.l.pœnalis lib.2.cap,14.verſi. prima principalis cõcluſio.

Super eſt hic examinare queſtionẽ illam quæ doct.capit.torquet ſitne irregularis cenſendus qui culpam ebrietatis habuit ex hac ſimplici culpa,ſi aliquẽ occiderit & hũc minime irregularẽ eſſe exiſtimo,primo quòd homicidiũ cõmiſſum ab ebrio proceſſerit ab eo qui vſu rationis caret atque ideo irregularitatem non inducit vti conſtat ex dic.conſtitutio.vnica,de homicidio quæ nullã habet aliã decidẽdi rationem quã quod furioſus infans & dormiens nullũ habeant prorſus rationis vſum.Secundo eo iuris ſtimulo conuincitur quia ebrius furioſo ſimilis eſt capi. venter.35. diſtinc.ſed furioſus non eſt irregularis per.d. pontificiã conſtitutionem vnicam,de homicidio,ergo nec ipſe ebrius. Nec tamẽ obſtat, quòd ebrietas per nimiam potationẽ acciderit,& ſic ex culpa ipſius ebrij,poſſet etiam furor ex furioſi culpa,contingere quod adnotant doct.quorum Gardin. in dicta clement. quæſtio.6. meminit tametſi ab eis diſsentiat & probatur in cap.ſi quis inſaniens.15.queſt. 1.& nihilominus habet locum dicta; conſtitutio .Rurſus,vt cõtrariæ opinionis rationem effugiamus hoc habeto ebrium puniri non propter delictum commiſſum in ebrietate nec de ipſo delicto , ſed vtique de illa ebrietate quæ maiori pæna digna eſt ex eo quod criminis cauſa,fuerit licet remota,conſtat ex cap.inebriauerunt.15.quæſt.1.ex Auguſti. libro.22.contra fauſtum Manicheũ.ca.44. culpandus eſt Loth.non tantum quantũ ille inceſtus ſed in quantum illa ebrietas meretur, hæc Auguſt.idem aſſeuerat Ambroſius libr. de Abraham patriarca cap.6.ita ſcriptum relinquit, ſi quis per vinum delinquerit, apud ſapientes iudices venia quidem facta donãtur ſed leuitatis dãnãtur authores . hactenus Ambroſius quem Gratianus refert in cap.ſane.15 queſtio.1.explicat Bonauentura,in.2.ſententiarum diſtinct.22.articul.1.queſt.3.Alphonſ. à caſtro de poteſtate.l.pœnalis.libr.2. cap.14 verſic.prima principalis concluſio,& an matrimonium ab ebrio contractum valeat nec ne explicuimus in cap.et qui verbis non animo contraxit.

*Ebrius de ebrietate punitur.*

Cæterum in huius criminis deteſtationẽ inquit Pau.ad Epheſ.5.nolite inebriari vino in quo eſt luxuria cuius meminit gloſ.in.l. quæ adulterium in verbo intẽperantiæ.C.de adulte.& his accedit illud Salom.,puerbio.20. Luxurioſa res eſt vinũ,et Ezechias ca.31.ſanitas eſt animę & corporis ſobrius potus vinũ multum potatũ irritationẽ & iram & ruinas pleraque facit & Thom.22.quæſt.147.artic. 8.in reſponſione ad primũ argum.Egidius Rom. lib.2.de regimi.principũ parte.2.cap.12. id q; affatim in Decretis habetur p totũ.24.diſtin. & in cap.à crapula,de vita & honeſta. cleri. & ſuffragatur,illud philoſophi libro problematũ.30.cap.1.ſcribit vinũ cupiditatẽ veneris in primis accendere poſſe idemq; profeſſus Diodorus ſiculus lib.5. blibiotheces qui vino indulgent ſunt ad venerẽ ,pniores .Cui accedit Pauſia.lib.9.quo beotica deſcribit author eſt Lampſacenus priapum ipſum Dioniſium ac veneris eſſe filium dicere.Euſtach. autẽ tradit priapum et ſilenos Bacchi comites,ideo dici quod ebrij ſalaces ſunt.At Silius libr.5.punicorũ ſcribit ebrietatẽ veneris eſſe comitem nam venerẽ alloquẽs ebrietas(ait) tibi fida comes ſiquidem Iginius Poeta ſcriptum relinquit.

*Pau.ad Epheſios.5.*

*Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.*

Itidem concinit Ouidius libro vltimo de remedio amoris.

*Ouidi. de remedio amor.*

*Vina parant animos veneri.*

Idem ſcribit libr.3.De arte amandi.

*Cum veneris puero non male bacche facis,*

Et fœminæ ſunt huic bibacitatis vicio ex more & ſexus natura , admodum obnoxiæ vti ex comicis cõſtat apud plautum in curculione mulierum quãpiam profuſi vini odorẽ ſentiens hæc ſcripta relinquit verba.

*Flos veteris vinis meis naribus obiectus eſt.*

*Eius amor cupidã huc me per tenebras prolicit*

Ex illo etiam intelligi poſſet.qđ antiquus ille demon.Euã viro pretermiſſo impetiuit ſciebat ſiquidẽ genus mulierũ in hoc generis vitio eſſe propenſiorem multo citius obtẽperaturam ſibi fœminã.Quib9 mirum in modum conuenit quod ſcriptum relinquit mantuanus in ea Egloga.4.in qua mulieres infinitis admodum epitetis configit eas inter alia bibaces vocat & multis ante ſeculis Ariſtophanes ex Euripide ſcribit.

*Ariſtopha. et Euripides*

*Vini bibaces, proditrices garrulas,*

Nihil-



*Nihilq; ſanum, maximum viris malum*

Atque huic rei maximo apice deſeruire videtur illud Pauli.1.ad Timothe.2.mulieres ſobrias eſſe præceperit,itidẽ ad Titũ. cap.2. ne anus multo vino ſeruiat, Iuuenalis autem in Satyra.6.in muliebrem vini bibacitatem.

*Paul. ad Timo.ca.2.*

*Tanquam alta in dolia longus*
*Deciderit ſerpens, bibit & vomit.*

*Iuuenal.car.*

Qua occaſione natus Plinius libr.10.ca.72 exiſtimat ſerpentes per quam maxime vinũ appetere,& Plini.libr, 14.cap.22.in Ciceronẽ Tullij oratoris filiũ binos vini congios hauri ſolitum nimirum cupientẽ hanc gloriam auferri interfectori patris ſui.M.Anto.viro omnium vinoſiſsimo quo fit qđ Accurſi.in hac ſpecie exiſtimat leuem eſſe quotidianã ebrietatem in muliere in .l.1.§.taceat verſi. mores, C.de rei vxo.action.itidem in.l.vlti.C.de repudi.ad finẽ,idemq; profitetur,Dionyſi.Halicarnaceus.lib.2.tametſi abhac ſentẽtia prorſus diſcedat Chriſoſto.tunc in mattheo.Homelia.16.tunc earum quæ ſunt ad populum Antioche.de rebus diuerſis Homelia.71.grauiter pronunciauit nihil eſſe turpius ebrioſa muliere,& Hierony.in regul.ſanctimonialiũ ad Euſtochium ca.36.ſacrilegium eſſe, vt pote deteſtabile in fœmina ,& Ouidius.lib.3.de arte Amandi ſcribit.

*Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo,*

Et apud Eccleſiaſtes ſcriptũ vtiq; eſt.c.27. mulier ebrioſa ira magna & contumelia, & turpitudo eius minimè tegetur.

*Eccleſ.c.27.*

Quapropter omnes homines ſummo ſtudio niti debent vt ſobrietatis ſtudio operam dent,quæ cibi viniq; optima moderatrix eſt quę quidem ſobrietatis ratio adeo neceſſaria eſt,vt qui ea careat omnes alias virtutes,quas in ſe habebit obſcuriores reddat & ab omni humanitatis cõmertio,excidiſſe videantur,et cum belluis potiuſquã cũ hominib9 cenſendi ſint.hæc ſobrietatis virtus valetudinẽ noſtrã conſeruat quin etiã corporis animæq; ſenſus ad vltimum vſque vitæ noſtræ finẽ producit integros atq; incolumes qui vero vino,ciboque ſe immergunt ſtolidi ignaui obtuſique fiunt raro longeui ſunt, facile egrotant,magna cũ difficultate curantur, à corporis viribus animiq; virtute quã primum deſtituũtur,fiũtque deliri & oĩbus contẽptui ludibrioq; ſunt adeo vt neceſſarij ac familiares omnes eis interitum optent.eſtoq; memor illius Socratici præcepti quo quidẽ dicebat cibos omnes potuſq; vitandos eſſe qui vltra ſitim famẽuè ſedandam appetitũ, longius produceretur, & Socrates ſobrietatis etiam munere per omne vitæ ſuæ tẽpus inoffenſa fuit valetudine vti in ſpecie cõmemorat Franci.Patric.de regno libr.6.ca.26.de ebrietate ad finẽ,ſobrietas deniq; cõmunis eſt virtus,ab omnibus enim debetur omneſq; eam præſtare poſſunt,nõ fortuna, quibuſuis opibus nõ doctrina indiget ſed ſola animi diſpoſitio eã perficit, hæc ille & profecto nihil eſt:illud enim obiter dicendum,duximus quod magis ſanitatẽ tuetur & conſeruat quã ſobrietas,abſtinentia, frugalitas vnde Horat.lib. ſermo.2.Satyra itẽ.2.

*Accipe nunc victus tenuis quæ, quantaq; ſecum,*
*Afferat: in primis valeas bene.*

*Horati. car.*

Plinius libr.28.cap.5.ſcribit vtiliſsimã eſſe temperantiã in cibis & lib.26.ca. 8. ſcribit eo mores veniſſe, vt homo maxime pereat cibo & Theognis in ſuis ſententijs elegiacis, multo ſane plures quã fames, ſacietas perdidit iã, nam & vulgo ſcitum eſt illud, plures occidit gula,quã gladius,& in hanc quoq; ſententiã multa congeſsit diuus Hieroni. in Iouinian. libr,2.& multa itidem in cap.nihil & ca. ne tales,& cap.legimus.de conſecrat.diſtinct.5. diuus Chriſoſto.apud Anto.monachum meliſſeæ,libr.1.ſermo.39.pedum dolores & capitis grauitas & oculorũ hebetudines ; & manuũ egritudines & tremores,& morbus regius.et febres longæ ex voracitate & repletione ſolent produci,nam cibo non ſaturari ſanitatẽ eſſe medicorũ filij pronuntiant & Philop.in eodem ſermone inquit continentiã ſanitas & robur ſequitur:incontinentiã vero infirmitas & egritudo morti vicina eſt,hæc quæ dixim9 de ebrietatis deteſtatione nec eo cõſilio hæc dico vt ſane hoĩes, Eccleſiaſticoſq; viros abſtemios fieri velim, ſed vt moderate vinum ſumant eis perſuadeã,vtque ſententiam Anacharſis optime interpretetur,qui ait vitã treis vuarum ſpecies ferre primã voluptatis,ſecũdam ebrietatis,tertiã meroris, Anacharſ.primum quidẽ poculũ ſanitatis eſſe dixit,alterũ voluptatis,tertiũ contumeliæ,vltimũ inſaniæ Pythago.Ebrietatẽ inſaniæ meditationẽ vocitabat,ſicuti ex Chriſipo conſtat turpiſsimaque res eſt procul dubio voracitas,ſicuti conſtat ex Muſonio de victu,ſiquidẽ quotiens cibum ſumis,multis pecandi modis occaſio datur;tam ſtolidi,quã ſapientis vinũ immoderatum potum leuiſsimũ reddit animũ. Satis ſit vinum libare & valetudinis gratia ſumere,cũ turpiſsimum ſit, ſe mero ingurgitare, & ſto-

*Lepidũ adaxium.*

*Philoſ.dictũ;*

machum quaſi cloacā vino abluere qđ quā
ſit deteſtatione dignū nemo ſanemētis deſi-
tebitur,& deniq; vt colophonē addā his quæ
in hoc capite deſiderantur,qui iſtis noſtris nō
ſit ſatiatus videat ad ambas( vt aiunt ) aures
Ludouic.de veritate contritionis in tractatu.
de gula,fol.86.cum alijs& rurſus in capite de
ſenſu guſtus,fol.113.quibus pleraq; id genus
alia congerit Petrus de leſandriere in tracta-
tu de doctoribus,quarta parte. quæſtion.62.
& Angelus.in.l.qui adulterium.C.de adulte-
rijs.& canonicæ philoſophiæ autores in cap.
ſi conſtiterit de accuſatio.& in ca.in ebriaue-
runt Loth,& in cap.ſane præcitatis. Valerius
maximus in.2.libr.ca.1.Plinius libr.14.de na-
tu. Hiſtoria,& deniq; vetus eſt ac verū pro-
uerbium,ſine cerere & baccho friget Venus,
ſit ergo & hoc ſane(ſilibet )nouū.Nam eque
verum adagiū à Cerere & Baccho feruet Ve
nus,ac ſuo feruori per inſipientiā mēbra, exi
tus illicitos & pœnitendos acquirit ſaturitas,
& ocij,& laciuiæ parens,Sodomæ & Gomo.
& propinquis vrbibus,exiciale ac memora-
bile cōparauit incendium.peccatū filiorū Eli
illius magni quem diximus ſacerdotis,tanto
expiatum ſuplicio, non aliud fuiſſe legimus
quam gulæ voraginē, quam tamē nunc iam
vix inter vitia,cōputari videmus:quin glorio
ſum plurimi ac beatum cenſent, epulari quo
tidie ſplendide atque opipare quod quam
ſit deteſtabile nemo ſanemētis defitebitur,ſi-
quidem gulæ voragini ſatisfaciens, ſalaciſsi-
me veneri irritamenta procurant,deniq; qui
ventris voluptates ſequuntur,edendo potan
do veneris illecebris tempus fallentes, ſicuti
Democritus ait breue omnino delectationis
tēpus habent,interim dum taxat, dum edūt
ac bibunt cure vero & triſtitiæ multū ſequū-
*Ex Democr.* tur,ſemper etenim earūdem rerum deſiderio
torquentur:& cū quæ appetunt,nacti fuerint
voluptas,cōfeſtim tranſit,cum nihil in ſe bo-
ni.quā momentaneā titillationē habeat, ita-
que,mox ijſdem indigent,quid autem turpi⁹
vti muſonius, de vita ait quā ita ſe præſtare
circa vitium,vt bruti,potius animalis quam
prudentis hominis imago ſit:hoc igitur cum
turpiſsimū ſit,nimirum eius contrarium pul
cherrimum erit,ordinatè modeſteque cibo
*Moſonius.* frui, ad alendi non delectandi corpus finem,
non vt lenē ac lubricam reddat gulā,ſed cor-
pus vt roboret,gula enim condita eſt vt cibo
rum meatus eſſet, non voluptatis inſtrumen
tum,venter in animali eadē gratia, qua radix
in omnibus plantis,factus eſt.Etenim vt plā-
tam radix aliter forinſec⁹ nutrimētū attrahēs
ſic venter animal nutrit, cibis & potationi-
bus in ipſum deriuatis,Cæterum vt plantę al
luntur perdurationis, haud voluptatis cauſa
non ſecus hominibus vitę ſuſtentandæ reme
dium, victus eſt conceſsus,porro quod deus
hominū conditor cibum atq; potum pro in
columitate, non delitijs largitus ſit, hinc inte
ligi licet:quippe alimentū dum maxime mu
nere ſuo fungitur in cococtione digeſtione q̄
nullo ſuauitatis lenocinio nos afficit, ſed nu-
trit dum taxat,& vires reficit, quāuis multo
longius tēpus interim eat,quam dum edim⁹
oportuiſſet autē ſi deus delectationis gratia
cibum nobis machinat⁹ eſſet,longiori illo tē-
pore voluptatē ſentiri, non breuiſsimo tan-
tum inter deglutiendū,tametſi tam momen-
taneo ſit iſthæc glutientium ſuauitas,infinita
tamen obſonia excogitauit. Maria nauiga-
tur,ad vltima vſq; littera , maius ſtudiū coqs *Studium ci-*
quam agricolis impenditur,aliqui tota præ- *borū deteſta-*
dia in conuiuiorum apparatu cōſumunt, qđ *bile.*
miſertimū eſt & deteſtabile dignū. Siquidem
nihil vtilitatis corpori accedat,ex tam ſum-
pſuoſa dapium ſtrutura. Quas ob cauſas ędē
dum,vt viuamus,non vt voluptuemur ſi qui
dem ad optimā Socratis ſententiam nos accō
modare voluerimus,qui bonam hominū par
tem viuere dixit vt ædant,ſe autem ędere vt
viuat,enim verò quiſquis probitatis ſtudio-
ſus fuerit , haud quaquam vulgo hominū ſi-
milis erit viuendo vt edat, ſicut illi præcuntis
ciborum illecebras captantes,porro videtur
mihi vt colophonem addam huic capiti idē
in hominum conuiuijs,quod plantis vſu ve-
nire, nam ſicut hæ , ſi nimium cælitus made-
ſcant, erigi nequeunt , nec ab auris præſpiſſa
ri,cumvero tantum imbiberint humoris,quā
to egebant, tum & in rectum augentur ad
modum, & Floridæ ad fructuum maturatio-
nem perueniunt, ita quoque nos, ſi potum ſi
ne delectu ac modo offerimus, mox & cor-
pore & animo laboramus, ne reſpirare qui-
dem amplius recte', ne dū ad loquendum i-
donei, & ſicuti Pythagoras ait nihil egregiū
comparatur , quod non continentiæ labor
præceſſerit & gratia eſt habenda naturæ bea
te, quæ neceſsaria parabilia fecerit, difficilia
autem paratu non neceſſaria,et Cicero.5. tu-
ſcula.in hæc verba ait , iucunditas victus eſt
in deſiderio, & non in ſacietate itidem .2.lib.
de finibus ait, cibi condimentum eſt fames:
potionis



potionis,ſitis &.5.lib.tuſcula, exiſtimat men
te recte vti non poſſumus,multo cibo & po-
tione cōpleti.& libro.parad.aſſeuerat in hæc
verba,non.intelligunt homines , quā magnū
vectigal ſit parſimonia,rurſus libr.4. tuſcula
& in cato.maiore opinatur tātum cibi & po
tionis adhibendum vt reficiantur vires:non
opprimantur, & officiorum.1.victus cultuſ-
que corporis, ad valetudinem referantur &
ad vires nō ad voluptatem, Alia multa de e-
brietate ſcripſit Plato libr.1. &.2. de legibus
Seneca epiſt.84.Chriſoſt.pleraq; id, gen⁹ alia
q̄ curioſis legēda relinquo ſup Geneſ.Home.
29.& ex noſtris iuris ꝓfeſſoribus multa in ea
ſpecie q̄ iuſtū profecto volumē exigerēt ſcri
bit Lucas à pęna in.l.de erogatione militaris
Anone Ripa.in.l.vlti.C.de reuocā.dona: qō.
22. eleganter Salomonius in.l.1.de legibus ad
finem Hippol.in.l. de ſiccar.& ex noſtræ cla
ſis hominibus Socin.in ca.ad audientiam de
homicidio.Felin.in cap.ſi conſtiterit,de accu
ſat.tex.& inibi canonice Philoſophiæ autho
res,in cap.acrapula.de vita & honeſt.clerico.
ſumiſtæ in verbo ebrietas,& regia.l.5.titu.8.
part.7.ex nouioribus Didacus à Courr.in cle
men.vnica de homicidio.aliqua coniecit.

## Ex capit. ſequenti.

1 *Concilij Vienenſis Clementi .V.in clem.vnica de homic.2.Germanus intellectus adducitur .*
2 *Quidam tam alto ſomno demerguntur, vt etiam inter ſomnum ipſum obambulent.*
3 *Actus dormientis an poſsit eſſe peccatum.*
4 *Dormienti iniuria an ne fieri poſsit, & ſi fiat clerici dormienti, an excōicationis labes obducatur?*
5 *Dormientem offendentem vtrum liceat occidere.*
6 *Dormiens an ſit immunis a pæna, qui in vigilia datæ iniuriæ, vltionē in ſomnis ceperit.*
7 *pollutio nocturna quāuis ab ingluuie aut praua vigilantis cogitatione procedat, peccatū nec mortale nec veniale quidem eſt.*

## 1 De his qui incumbentes ſomnio deliquerunt, de que illorum pœnis.

## Cap. XXXI.

HOC In capite agendum
eſt de vero ac Germano
intellectu concilij Viennē
ſi Clementis Quinti in cle
menti vnica, de homicid. 2
in cuius intellectu tametſi
plura extent doctorum re
ſponſa nō verebor breuitati ſtudendo in me *Sunt qui nul-*
dium aliquod præpoſitiones afferre,quæ par *lo motu cor-*
tim concilium aperiam partim deffiniam. *poris expergi-*
Sunt quidam qui tam alto ſomno demer- *fiunt.*
gūtur,vt inter quietē obambulēt.nec aliquo
motu corporis expergefiunt , vt de thitorio
ſtoico philoſopho ſcribit Laercius, & de ſer- 3
uo periclis Athenien.quem refert dormien-
tem per ſūmum etiam tectum incedere ſoli-
tum teſtatur Franciſc.Patricius de regno.fo-
lio.201.
Atque ideo actum dormientis nō eſſe pec *Ariſtotelis.*
catum de per ſe ni ad rationem cauſę,a qua ꝓ
ceſsit quotiens quis ſomno vtitur vt vinculū
naturale, ex virtute nihil agit teſte Ariſtote.
libr.1.Ethico.cap.5.quo fit dormientem ipſi⁹
homicidij tempore,nempe quia dormiens a-
liquem occiderit minime puniendum fore
ſi quidem parcendum eſt vitio naturali:text:
ad id celebris in.l.Fluminū.§.vitium.ff.de dā-
no infecto,poſſetque iſthæc ratio conueſtiri
ſiquidem is intellectu & ratione caret,ac fu-
rioſo ſimilis eſt cap.merito cap.ſane.15.quæ-
ſtio.1.cap.maiores.§.item queritur,de baptiſ
mo.l.ſi ſeruus ſeruū. §. ſi fornicarius & inibi
Florian.ff.ad legē aquil.Barto.in.l.1.ff. de par
ric. Guilelm.in.l.diuus.ff.de officio.præſidis,
explicat Roman.Alexan.Aret.& Iaſo.in.l.1.
§.adipiſcimur.ff.de acquiren.poſſeſ. Florian.
idem profeſſus in.l.qui occidit.§.in hac. ff.ad
legē aquil.Ancha.& Cardin.idem exiſtimāt
in clement. vnica ex illo text.ſumentes ratio
nem de homicidio.Barto. Iaſ.& Decius, in.l.
vt vim.ff.de iuſti.& iure,itidem in.l.1.C . vn-
de vi.colū.vlti.Bonifa.in rubrica. de inſultis,
& percuſſoribus ad finē.Hippol.in.l.1.in prī
cipio verſi.redeundo limitatione,10.ff. de ſic
carr.Angel.in tracta.maleficiorum parte ſciē
ter & Antonius Gomez.de delictis,capitu.1.
nume.74.& nouiſsime Ludou.Carre.in pra-
ctica crimina.§.homicidinm nume. 25. pagi. *Dormiēs fu-*
31.&68.Guillel.Maynerius in .l.libertas.§.fe- *rioſo equipa-*
re in omnibus pœnalibus,num.3.ff.de regul. *ratur.*
iur.& huius ſententię authores,ea dicti ratio
ne profitentur,ſi quidem dormiens equipara
tur furioſo dict.capit.maiores.§.item quæri-

 tur de

tur de batis. Quo ſit dormiētem minime peccare poſſe vti hac in ſpecie exiſtimat gloſ.in capit.teſtamentum.60.diſtinctio.& cum dormiens teſte Ariſtote.libro.1.Ethico.capitu.5. ex virtute nihil agit,atque ideo ſicuti dormiens delinquendo minime punitur ita & vigilans ei iniuriam inferens pœna aliqua nō eſt afficiendus aſſeuerat Cardina.in clemē.1.de pœnis Felin.in capit.nuper de ſententia excommunicationis, qua ratione ſic perpenſa dormientis delictum minime punitur;niſi eo caſu quo vigilans ipſe ſatis cognitum habebat, quod dormiens arma capiebat, & homines proſequebatur, tunc enim ſi non adhibuit diligentiam quam debuit in prę cauendo claudens oſtium cubiculi quo ipſe dormiebat ne dormiens alicui noceret profecto puniendus erit pœna ſane extraordinaria,mitiori quidem de culpoſo homicidio vti hac in controuerſia, explicat Barto.Roman. Iaſo.& plerique alij in dicto.§.adipiſcimur et inibi Alexand.colū.2.& huius opinionis authores habeo Barto.in præcit.l.pen.ff.de parri.Hippo.in dicta.l.1.10.limitatio.ff. de ſicca. Bonifac.in tractat.de malefic. in rubrica de inſultis,& percuſſionibus,Decius & pleroſq; alios doctores paſsim in dic.l.vt vim Ancharra.& Cardinal.in dicta clement.vnica,de homicid.debent ſane præcauere qui hoc vitio laborāt vt ſolus incubiculo iaceat ianua clauſa, alias tenebitur,ſicuti putans arborem qui minime tranſeuntes vt præcauerent admonuit.l.in lege.ff.de ſiccar.l.ſi putator.ff.ad legē aquil.cum alijs & expreſsim hac vſus diſtinctione,profitetur Gullielm.de Cuneo, & Iacob.de Rauena.in.l.diuus Marcus de officio præſidis,& inibi ad id multum notat Albert. fin.colū.idemq; profeſſus Bart.in.l.pen.ff.ad legē Pōpeiam de parricid.Florian.in præcit. l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi fornicarius.ff. ad legem aquil.co.fin.nu.4.Ancharr.in clem.vnica. de homicidi.nota.2.nu,3.quibus accedit Ange. in tracta.malefic.in verſic.cōparuit dictus inquiſitus & in termino defenſionis fol.107.verſicul.quid ſi dicat glo.in præcitato.§.ſi fornicarius in verſ.vel ignem idem profitetur,Grego.Lopez,in.l.5.titu.8.part.7.in verſic. no apercíuieſſe de ella, explicat Iacob.Baulē in repetitione.l.capitaliū.§.famoſos.ff.de pœn.19 limitatio.quorū opinio cōmunis eſt extatq; hodie tex. ad id preſtantiſsimus de iure regio in.l.5.titul.8.part.7.& inibi expreſsim adnot. Grego.Lop.& ante eum Alex.in di.l.1.§.adipiſcimur prædictis rōnibus præmoti ſunt viri non mediocris notæ imò in albo primarię doctrinæ poſiti.

*Dormiētis delictū non punitur.*

*Frequentior opinio.*

Et omniū,diligentiſsime Ludo.Carre.in practica crimina.§.homicid.nu.25. ad finē pagi. pręcitata,quod ſi ex conſulto incūberet ſommo apertis ianuis ſciēs hoc vitiū euenturū aliquem interimat huius criminis reus ſit explicat Bonifac.in præcita.rubrica de inſultis, & percuſionibus ad fin.ſin minus neſciebat hoc vitium euenire tunc ſane immunis erit vtique â delicto,ſiquidem furioſo & infanti equiparatur pręcitato.§.item queritur,in hac ſpecie Explicat Gandinus in rubri.de pœn.1.co.Alexand.conſi.140.volu.2.Angel.in tracta.maleficio.in gloſ.culpa inquiſiti.5.col.verſi.quid ſi dicatur Iacob.Baulē.loco præcita.

4 Quibus & illud ſubijciā, an dormienti iniuria fiat & an ſi fiat clerico dormienti in excōicationis labem incidat,tametſi irrogās iniuriam clerico & in veſtibus ſit excōicatione notatus glo.in cap.ſi quis pulſatus de pœnit.diſtinc.1.& in cap.ſi quis ſuadente.17.q.3. in verſic.manus,idemq; profeſſus Innocen. in cap.nuper de ſententia excōmuni.Bart.in l.1.§.hoc autē interdictū,de noui oper.& in.l. licitatio.§.quod illicite.ff.de public. idem pfeſſus Bald.in.l.1.§.hęc verba.ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt,quod ęquidem intelligendum eſſe exiſtimo ſi ſane clericus ſit excitatus longe quidē aliter ſi ſomnoincumbat ſi quidem tunc lacerans illi veſtes,ſiue iniuriā irrogās minime eſſe excōmunicatione nodatum & huic ſententiæ ſe ſuſcripſit Cardinal. in clem.1.in princ.quæſt.6,de pœn.cuius meminit Felin.in cap.nuper de ſenten.excōmu. nu.6.colū.vlti.& omniū diligentiſsime Hippol.idem profeſſus in ſingul.188.Ludo.Carr. loco præcitato. itidem de dormiente, explicat vnum ex multis ſatis ſingulare Nellus in tractat.bannitorum,in.2.parte.2.partis.quæſtio.33.ad finē.

*Intellectus nō vulgari.*

Illud etiam non erit prætermittendum ſi ſane quiſpiam dormientem occiderit qui offendebat eum an immunis ſit ab homicidij pœna naturali ſiquidem iure inſpecto videtur,quod ille dormiens licite offendi poſsit ſicuti in hac ſpecie exiſtimat Bart.in.l. vt vim ff.de iuſtitia & iure.Cui nec admodum inuitus accedit Alexand.in dicto.§.adipiſcimur nume.3. in qua ſpecie eſt vtique videndus. Bald.in.l.1.col.10.C.vnde vi.

5 Quo ad irregularitatē eadem ſane diſtinctio



adhibenda eſt quam paulo antea meminimus.Siquidem dormiens neſciebat illum euenire vitium tunc ſomno incumbens homicidium cōmitens ab labe irrregularitatis immunis eſt text. ad id pſtantiſsimus quem analitica explanatione explicant doctores in præcitata.clemen.vnica de homicidio, ſiquidem is intellectu & ratione caret ac furioſo ſimilis eſt ſicuti tradidimus in huius capitis principio.Eotamen caſu quo dormiens arma capiebat &homines perſequebatur,tūc enim ſi ſciebat hoc euenire poſſe & non eam adhibuit diligentiam in præcauendo ne dormiens alicui noceret puniendus eſt. & propter culpā pœnas, extra ordinarias luere debeat ſicuti exiſtimat Guillel.de Cuneo.Iaco. de Rauena.in.l.diuus.Marcus.ff.de officio pſidis,& inibi Alberi.ad finem.&Bart.in.l.penul.ff.ad legē Pompeiā.de parricid. & huius ſententiæ authores habeo Florian.in præcita l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.ff.ad legem aquil.colū.fina.nu.4.Ancharr.in clemē.1. de homicid.num.3.notab.2.Ange.de maleficijs. in verbo comparuit dictus inquiſituset intermino defenſionis fol.107.verſic. quid ſi dicatur,ac rurſus in irregularitatis labe huius criminis reum incidiſſe cōſtat ex doctorum doctrina locis præcitatis,notatq; eleganter Marian..Socin.in hac ſpecie in precitato cap.ad audientiam nu.14.idemq; ſenſere Cardinal. Ancharr.& docto.frequentiori calculo in dicta clem.vnica.quo in caſu erit irregularitas plane contracta.

6 Illud etiam conſtitutiſsimum. eſt. quod ſi vigilans adeo iraſcatur contra alium vt illum occidere conatus fuerit vel in mentem præmeditatus fuerit,& hac occiſionis cupiditate affectus ſomno incumbat & ſoporatus ſomniet eaque acciderunt in vigilia,& hac fantaſia motus ſurgat è lecto.adhuc dormiens, & arma capiens alium occidat immunis ab irregularitate erit vti in hac ſpecie exiſtimat Gōſalus à Villadiego,de irregularitate hanc profeſſus cōmunem,itidem doctores cōmuniter in conſtitutione ſi furioſus,de homicidio. eādem ſequitur ſententiam Marianus Socinus in dict.cap.ad audientiam nu.14. quorum ſētentia calculo non caret ſi quidem ab ea ſententia prorſus diſcedat Pauluda.in.4.ſententiarum,diſtinctio.32.quæſt.1.articul.3. exiſtimans hac in ſpecie in irregularitatis labem incidere,quia ex illa vehementi occidendi cupiditate aucta eſt imaginatio ſenſus & creuit apetitus ſenſualitatis quæ cum in dormiente maneant poſſunt membra ad illa opera exteriora exercenda mouere & conſtat cauſam dediſſe ipſum homicidium in vigilia. igitur ſicuti ipſe fatetur irregularis eſt cuius ſententiæ exploſa, priori me ſuſcribo, quia hac noſtra tempeſtate Alphōſus à Caſtro,libr.2.de poteſtate legis pœnalis cap.14.verſic. prima & principalis concluſio adſtipulatur.Argmētum paulo antea citatum parum mouet Petri Paluda. vti pleniori manu, explicat Alphonſus à Caſtro loco præcitato,nec aliquo apice iuris deſeruire videtur quod in hac ſpecie Cardin.& Imol.notant in dicta clemē.ſumentes rationem cap.ſane.15.quæſt.1.ſi quidem illic Ambroſi.inquit apud ſapientes iudices veniam dari his,qui per vitiū delinquerunt,& de ſola leuitate eos damnari. & inibi glo.explicat tex.veniam dari qui minori pœna puniuntur quam ſi ex certa ſcientia vtiq; feciſsent,vide lector candide quiſquis veritatem amas quod fortiſsimis armis pro mea ſtat ſententia ille tex.nam ſi ebrius occidendo minime pœna afficiendus eſt quam ſi ex certa ſcientia occidiſſet inde illic ſequitur, minime puniēdus eſſe irregularitatis pœnā. nec itidem obſtat tex.in ca.inebriauerunt Loth, ex Auguſtin.libr.22.contra Fauſtū Maniche. qui reſpondit Caſtro vbi ſupra.

*Crebrior ſententia.*

*Obiectiōis reſponſio.*

Quibus & illud accedit quod homicidiū cōmiſſum ab ebrio qui ebrietati cauſam dedit minime efficit eum irregularem ſicuti paulo ante adnotauimus nec vtiq; obſtat Paludani ſententia quod ira procedens in vigilia eſt cauſa non omnino certa,& admodum remota cauſa atq; ideo ſufficiens non ſit ad irregularitatem ſic pollutio nocturna dormiētis & ſociantis per ſe peccatum nō eſt nec mortale nec veniale ſiquidem omne peccatū dependit ex iudicio ratiōis quia primus ſenſualitatis motus non eſt peccatum ſicuti ex litteris ſacris conſtat & ſanctorū doctorum ſentētijs & philoſophorū Iacob.Apoſt.in ſua epiſtola canonica.c.1.idem exiſtimat & paulus epiſtola ad Roman.ca.7.ſancti quoq; doctores id etiam cōſentiunt Auguſt.libro.de vera religione libro.15.queſt.1.cap.quòd autem.§. vſq; adeo itidem libr.2.contra Fauſtum & libro.3.de libero arbitrio quis peccat in eo qđ vitare non poteſt.& Hierony.in epiſto.ad demetriadem. Grego.lib.10.moralium ver.que

*Pollutio nocturna peccatum non eſt.*

dam autem peccata &c. dubio procul ex Ari
ſtotele conſtat. 3. Ethico in naturalibus deſi-
derijs nemo peccat.

Niſi in quantum iudicio rationis reprimi
pōt, quo ſublato, tollitur etiam ratio pecca-
ti & in dormiente ratio non habet liberū ar-
bitrium, nec iudicium, idcirco quod agit dor
miens non imputatur ei, ad culpam ſicut nec
illud quod agit furioſus, ita explicat S. Tho.
2, 2. quæſt. 154. articu. 5. quo pollutionem no-
7 cturnam aſſeuerat nō eſſe mortale nec venia-
le peccatū tametſi ab ingluuie procedat aut
à praua vigilantis cogitatione poterit tamen
peccatum eſſe per rationem ad ſuam cauſam
à qua ꝓceſsit quia rationem habet culpę ex-
parte cauſæ quod ſanctus Thom. explicat di
cto articul. 5. & in. 3. parte quæſtio. 80. artic. 7.
Floren. 3. parte. titu. 15. cap. 6. §. 10. maior in. 4.
ſententiarum dictio. 9. quæſt. 2. poſt Thom.
ibi quæſt. 4. & Paludanus quæſt. 3. & iſthæc o
pinio cōmuni theologorū ſententia affirma-
tur. Quibus ſuffragatur tex. & ibi gloſ. elegās
verſi. rea & inibi doctores in cap. teſtamentū
6. diſtinct. ex diuo Grego. cap. 11. interroga-
tionum Augu. propter hanc culpę rationem
quæ dormientis pollutio habet quo ad eius
cauſam abſtinere debet ſacerdos eo die à ce-
lebratione miſsarum quotiens culpa eſt mor
talis ex concilio autem vbi cauſa fuit culpæ
venialis teſte Thom. dicto artic. 7. Floren. di-
cto. §. 10. Palud. in diſtinct. 9. quæſtio. 3. & ini-
bi Thom. quæſtio. 4. Syluester verſic. Eucha-
riſtia. 3. quæſtio. 10. tex. ad id elegans in dicto
cap. teſtamentum vbi glo. in verbo humiliter
addit Paludanus dicta queſtio. 3. quem Sylue
ſter ſequitur, & Ioannes maior dicta queſtio.
2. celebrare ac cōmunicare poſt polutionem
nocturnam contingentem ratione cauſæ quę
mortalem culpam habet ac cōmunicare non
eſſe peccatum mortale etiam intra decem ho
ras, modo præmittatur cōmunioni contritio
& confeſsio illius culpe mortalis & pollutio-
nis ex ea ſequutæ, quaſi nullibi ſit hoc præce
ptum quòd quem ſit à ratione deuium ne-
mo ſane mentis deſitebitur cum ex eo ſeque
retur, poſſe ſacerdotem qui nocte præterita
dormierit cum fœmina ſtatim celebrare pre
miſſa confeſsione & contritione poſſet tamē
*Exploſa quorūdam ſnīa.* opinio Paludani & aliorum admitti cuman-
te pollutionem pæniteret quis eius culpæ à
qua ea proceſsit. In ea tamen ſpecie ipſe ad-
monerem ſi comode fieri poteſt vt quis ea
abſtineret à cōmuniōe ꝓpter honorē qui ſa-
cramento ſacroſanctæ euchariſtię debetur.

Poſtremo & illud adijciam actum dormiē 8
tis non eſſe peccatum poſſe niſi ad rationem
cauſę à qua proceſsit quotiēs quis ſomno vti
tur, vt vinculo naturali liberi iudicij: at ſi quis
per ſomnum, vt inſtrumentum exequatur
ſcelus præcogitatum tunc actus in ſomno
contingens peccatum eſt, eo modo quo act⁹
exterior in executione eſt peccatum docet
Gaieta. 2. 2. quæſtio. 154. articu. 5. ex cuius ſen
tentia deducitur nocturnam pollutionem eſ-
ſe peccatum, vbi quis data opera ſic dormit
vt polluatur, ita qui iraceretur in vigilia & de
mum dat operam vt aliquem occidat dormi
ens erit homicidij reus ſicuti exiſtimat Boni-
fac. in rubric. de inſult. & percuſsio, ad finē
idque probatur ex ratione Cardin. Caietani.
in qua ſpecie minime obtinet conſtitutionis
deciſio clemen. vnic. de homic.

Et vt obiter agam ſomnum remedio eſſe
laſſitudini, in Vlyſſe naufragio ſignificat, Ho *Home. lib. 4. Odiſſæ.*
merus li. 4. Odiſſeæ ad finem, cuius verba ex
græco tranſlata ſic habēt.

Huic autem Minerua.

*Somnium in oculis fudit, vt ipſum quieſcere face*
*ret celerrime,*
*Agrauibus doloribus charas palpebras circum-*
*tegens.*

Vnde illud Virgilij lib. Aeneidos. 3.

*Feſſos ſopor irrigat artus.*

Et Homer⁹ Odiſſeæ. 18. aſſeuerat ab illo re
ſolui mēbrorum cōpages dū cecinit.

*Dormiuit autem reclinata, ſoluta ſunt autem ei*
*membra omnia.*

Et li. 20. & 23. & Seneca tragediograph⁹ in
hercule furēte ſomnū domitorē laborū dicit

*Tu quoque ò domitor*
*Somne laborum, requies animi*

Quod etiā mirū in modū adnotauit ex me
dicinæ authorib⁹. Paul, ægineta li. 1. c. 97. cęte
rū Home. libr. vlti. Odiſſę cecinit.

*Vt lotus eſt comeditq́;*
*Dormit moliter, hæc enim iuſtitia eſt ſenium.*

Quo fit Senibus p q̄ maxīe cōuenire ſōnia
qđ etiā cōprobat Gale. de ſanit. li. 5. Plato. aūt
li. 1. đ legib⁹ in ea eſt ſnīa ſōniū īmodicū cor *Plato. libr. 1. de legibus*
pori, & aīo obeſſe & Home. lib. 5. Odiſſeæ.

*Triſtitia, & multus ſomnus*

Et ex medicis huius ſnīæ authores habeo
ſomnū īmodicū nocere Hipocratē, aphoriſ-
morū. 2. ca. 3. haliabas lib. 5. Theoricæ & Aui-
cena



Auicena in. 2. primi doct. 2. c. 12. & in canticis
c. 39. & in. 2. parte eorundem. c. 28. & vtrobiq;
Auerrois in commentarijs, & etiam lib. 6. col
ligi. & Raſis rd Almanſorē, lib. 4. c. 3. & conti
nentis, lib. 25. & ante hos, Caſius, qui proble-
matō medicorū. c. 24. quærit, & rationem red
dit cur nimius ſomnus, & nimia item vigilia
capiti grauitatem pariant.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Infans, qui ad vſum rationis nondū peruenit,*
*pœne homicidij minimè ſubijcitur.*
2 *Infans quis dicatur.*
3 *Maior infante, ſi tempore delicti nō erat doli*
*capax nō incurrit irregularitatem.*
4 *Eius verò ſi dicatur doli capax, & ad cogno*
*ſcendam pubertatem an nudus inſpicien*
*dus, ſit plura non inconcina.*
5 *Minor in atrociſsimis delictis pœnam non ef*
*fugit.*
6 *Nō tamen puniendus eſt pœna ordinaria.*
7 *Mater quæ filio impuberi tutorē non petijt,*
*eius hæreditate nō priuatur, ſi tēpore mor*
*tis mariti, filius adhuc minor erat.*
8 *Minor etiā pubertati proximus minimè ex*
*carnis delicto tenetur.*
9 *Si tamen virginē immaturā minorē & im*
*puberē per vim cognouit pœna ordinaria*
*plectitur.*
20 *Iudex vtrum teneatur, iuris neceſsitate pœ-*
*nam minoris, doliq; capacis minuere.*
11 *Minor pubes, vel pubertati proximus ex quo*
*cūq; delicto tenetur, quod in faciendo con*
*ſiſtit.*
12 *Torturæ ſubijci an poſsit minor*
13 *Si tamen in tortura delictū abſq; tutoris au-*
*toritate cōfiteatur, an huiuſmodi confeſsio*
*fidem faciat.*
14 *Iudicium cum minore, abſq; tutoris autorita-*
*te ſuſceptum nullum eſt.*
15 *Seniores mitiori pœna afficiendos eſſe, quam*
*& iuuenes dubio procul conſtat.*
16 *An & ſenes torturæ ſubijciantur, & à qui-*
*bus incipienda ſit analeticæ declaratur.*
17 *Senex, in quadruplici differentia conſiderari,*
18 *An & mutus, & ſurdus criminis rei fa-*
*cti aliqua affirmantar pœna.*
19 *Pœna amiſsionis ciuitatus in ſeruum, minimè*
*cadit.*
20 *Sola ſerui confeſsio probationem facit.*
21 *Domino tamen integrum ius relinquitur con*
*trarium probandi.*
22 *Licet ſeruus ex proprio delicto condēnari poſ-*
*ſit, dominus tamen cauſæ ad eſſe poteſt,*
*eumq; defendere ratione proprij intereſſe.*

# De delictis puerorum, de que illorum pœnis iure cæſareo regio ve ſancitis.

## Capit. XXXIII.

DE infante itidem delinquēte, vti 1
q; verba facienda ſunt qui cum
careat vſu rationis minimè ei
homicidiū, nec aliquod delictū
imputandum eſt tex. celebris in
l. infans. ff. ad. l. cornel. deſicar. ſi quidem con
ſilij imbecilitas eū excuſat talis quippe ętas,
quid videt ignorat. l. 1. C. de falſ. mone. tex. in
l. 1. C. ſi aduerſus delictum adnotat gl. Idē pro
feſſa in clem. vnica de homicid. verbo infans,
& in. l. 2. ff. đ termino moto, in. l. fere. ff. de reg.
iur. & gl. inibi niuibus hibernis crebriora iu-
ra ad id allegans regia. l. 9. tit. 1. & l. 17. tit. 14.
& l. 8. tit. 31, par. 7. & l. 15. tit. 1. par. 1. & l. 4. tit.
18. par. 6. Cardinalis poſt pleroſq; alios in di-
cta clem. vnica prima oppoſitio. Iacob. Baul.
in repetitione. l. capitalium. §. famoſos. ff. de
pœnis. 16. fallen. Bal. in practica ſua, in rubric.
quod dictus Titius. 3. col. Boniſa. in rubri. de
homicidio. Angel. in tracta. maleficio. verbo.
ſcienter & doloſe Hipp. in. d. l. infans, Math.
de Aflictis in conſtitutione terminū vitæ. 7.
fallentia notabili. 12. Ludo. Carr. in practi. cri.
§. homicidium. 6. n. 2. ſi quidem infans delin-
quens immunis eſt à delicti pœna, vti cōſtat
ex precita. leg. infans explicant doctor. in ca
pit ſecundo de delict. puero, & in locis præ
citatis extat hodie regia lex quarta titulo de
cimo nono. part. ſexta, & lex nona, titul. pri- *Regie leges.*
mo, part. ſeptima, & leg. ſi quis in ſuo. §. final.
de in officioſ. teſtament. C. text. in leg. impu
berē. ff. de furtis, leg. quinta. §. ſed ſi infans.
ff. ad leg. aquiliam & Ludouicus Carrerius lo
co præcitato, & nouiſsime Antonius Gome
zius in tracta. delictor. capit. primo, numero
57. & quis in hac ſpecie infans dicatur expli-
cat gloſſ. in præcitata clemen. vnica de ho-
micid. aſſeuerans eum dici qui non dum ſe-
ptimum ętatis ſuæ annum egit & cōſtat ex. l.

T 5 ſi infanti

ſi infanti.C.de iur.delibe. c. 1.de deſponſatio
*Quis infans dicatur.* impub.libro.6.glo.in.c.1.in verbo infanti.31.
quæſt.2.tametſi quandoq; pro maiore ſepte
nio ſumatur, vti inibi explicat gloſſ.itidem
in.c.1.28.diſtinctio.&quę differẽtiæ ratio aſsi
gnetur,inter infantem,puerum,adoleſcẽtẽ,
puberem iuuenem & ſenẽ, & hiſce ſimiles
pręter doctores in.l.ſi infanti.C.de iur.delib.
& doctores in rubr.de delictis puerorum eſt
glo.verbo perfectus in prooemio ſexti,cuius
meminit pleriq; id genus alia addendo Fran
cus in.c.ſi pater de teſtam.& in.c.1.de deſpõ
ſa.impub.Chriſtopho.por. in.§.minorem in
ſtitu.de actio.Archid.in.c.1.de clerico egro-
tante.Bal.in.l.infante de iur.delib.C. Guiller
mus Lorrubil in diſcretione iuſticiæ,& iniu-
ſtitiæ,libro ſecundo.c.de adoleſcente ſine o-
bedientia Caſane.in conſuetud.Burgundiæ.
titu.deſenfans,rubri.6.§.4.fo.219. column.4.
numero.15.Ioan.Oldendorpius in tracta. de
vſucapione.c.de ætate hominis,& earum tẽ-
poribus,numero primo.fo. 8. columna.2.in
volumi,8.tractatuum,Thom.gram. deciſio-
ne.34.numero ſecundo,Dominus.ac præce-
ptor meus,Ioann.Corraſ.in. l. præcibus, nu.
19.C.de impub.& aliis ſubſtitutio.Hippol.in
l.infans.numero ſexto.ff.de ſicariis, Nicolaus
Bellon,in rubrica inſtitu. Quibus modis re-
contrahitur obligatio,nnmero ſecundo.Ioã.
Montolonius in ſuo prõptuorio iuris in ver-
bo.ætas.qui omnes meminere de præcitata
gl.cui ſimilis in.l.1.§.puericiam.ff.de poſtul.
& infantem imbecilitas conſilij excuſare cõ
*Infans delinquens non punitur.* ſtat qua ratione infans,nec poena criminali
pro delicto punitur,ſicuti frequenti ori do-
ctorum calculo approbata eſt ſententia in
præcitata leg.infans.Et cum in hoc homici-
cidio voluntas aliqua, non adſit occidendi,
ſequitur inde à poena immunem eſſe,atq; ir-
regularitatis labe text.ad id omnium præſtã
tiſsimus in concilio Bięnienſi Clemẽtis quin
ti in clemen.vnica de homicidio.Cuius cõſti
tutionis ratione reprobatur ſententia Ho-
ſtien.in.c.1.de delictis puerorum contrarium
aſſeuerãtis eſt tamen prædicta pontificia cõ
ſtitutio intelligenda,niſi infans eſſet doli ca-
pax:tunc enim propter culpam eſſet irregu
laris ſic per dictam conſtitutionem intellige
runt Ioan.Andr.Abb.in dicto.c.1.de delictis
puerorum,& inibi Annania Hippol.in.leg.ſi
quis te.C.de ſicariis, Villadiego de irregulari-
tate.c.de percuſſore,col.12.itidẽ Hipp.in.d.l.
infans,& ſing.628.Soci.in.c.ad audieutiã,nu.
12.de hom.Lud.Carr.diligentiſ.in pract.cri-
mi.§.homicidiũ.6.n.3.dd.fere omnes in. d.c.
1.tametſi Barb.poſt abbatẽ ibi in apoſtilis in
errorẽ aliquos atraxerit,cuius ſententia omni
no exploſa, eſt tex.optimus ad hoc in.l. im-
puberẽ.ff.de furt.explicat Dec.in.l. pupillus
& in.l.fere.ff.de reg.iur.Fel.in.c.ſi vero.de ſen
tentia excommu.

3 Hinc deducitur maiorẽ infante nõ eſſe ir-
regularem ſi ſane ei cõtingerit hominẽ occi-
dere eo pacto,vt non ſit eo tempore doli ca-
pax,& ſi puer ſit teſte.gl.in.d. clemẽ. vnica.
verbo infans,quam inibi ſequũtur.dd. cõmu
ni cõſenſu præſertim Anchar.Boniſ.&Imol.
quã opinantur tutiorẽ,pfitendo eã cõmunẽ
Gonſal.à Villadieg . loco paulò antecitato,
col.12.& Ioan.Igne.in.l.1.§.impubes,n.18.ff.
ad ſillania. idem profeſsus , Socin.in.d.c.ad
audientiã.n.12.quin etiã minimè poſſe hunc
minorẽ pro ęre alieno incarcerari, vti in hac
ſpecie exiſtimat Bal.in.l.1.num.20. C.qui bo
nis cedere poſsint,cuius meminit idẽ profeſ-
ſus Iacobi.de ſancto Georgio in.l.nec impu-
beris.n.3.ff.de iniuſ.vocando.Caſſane.in con
ſuetudinibus Burg.in tit.des rentes in rub.5.
§.2.n.14.fo.209.col.4.pro quo eſt gl.idẽ pro-
feſſa in.l.3.§.ſed vtrũ de minoribus.Ang. ĩ re
petitio.l.nemo carcerẽ.C.de exacto. tributo
rum.lib.10.& huic ſententię nec admodũ in-
uitus accedit Romanus in conſilio.120.nu.4.
hæc ſententia tametſi,ita recepta ſit vt impro
bari minimè poſsit ab hac tamen opinione,
recedit Bar.in.l.ſi filio la.2.ff.ſol.ma.idem in
*Contraria opinio.* tracta.de carceribus.n.6.quo in loco profite
tur præcitatam gl.cõmuni doctorũ voto dã
nari.idemq; exiſtimat Bald.poſt Cinum in.l.
alio.C. quod cum eo. Cui ſentẽtiæ accedit
Hippol.in ſua practica criminali in. §. attin-
gant.numero.69.atq; ita communiter tranſi
re doctores aſſeuerat Baptiſta Cacialupus in
tracta.de debitore ſuſpecto.q.5.numero.8. in
hac tamen ancipiti quęſtione exiſtimo prio
rem opinionem,glo.in præcitato.§.ſed vtrũ
intelligendam eſſe,& eo hanc opinionem tẽ-
dere quandocũq; filius familias minor eſt, ſi
quidem tunc minimè poteſt pro ere alieno
incarcerari. Cui ſentẽtiæ accedit Baptiſta lo
co præcitato,numero octauo.& Paul . Pari-
ſien.nouiſsime,conſilio.94.numero . 41. vo-
lumin. primo,ac ſic intellecta diluuntur erro
rum cauſę, & in concordiam diſcordata re-
ducutur,& tandem ad mediocrem modum
peruenitur.

In qua



4 In qua iuris propoſitione adnotãdum eſt,
quaſi totius materiæ coronidem quis dica-
tur doli capax,ſunt qui quo ad delicta illum
eſſe proximum pubertati opinatur , cui ad
ętatem perfectam ſex tantum mẽſes deficiũt
tex.eſt in.l,3.§.penul.ff.de lib. exibend. qui
tex.parum me mouet tex.tamen eſt ad id ce
lebris in.l.non tantum.ff.de excuſatio.tutor,
glo.Innocentius,Hoſtien.& pleriq; alij in. c.
continebat de deſponſatio impub. Bal.in.l.
excipiuntur.ff.ad ſillaniã,quem igneus ibi ſe
quitur,& Iaſſon in authen.ſacramenta pube
rum.num.15.C.ſi aduerſus vend.itidem Iaſſ.
in.§.& ſi quidẽ. l. properandum de iudiciis.
ſunt & alij exiſtimantes proximum puber-
tati eum dici qui annum decimum, & dimi-
diũ peregerit,ſi ſit maſculus,ſi vero foemina,
ſi annum nonum cum dimidio compleuerit
vſq; ad duodecimum.glo.in.§.pupillus inſti.
de inutilib.ſtipul. & in.l.pupillũ.ff.de regul.
iuris,& in.l.1.ff.de nouatio.glo.in ſumma in-
ſtitu.de oblig.quæ ex delicto.Bart.in.l.ſecũ-
da.ff.de nouationibus,columna ſecunda,nu.
6,& inibi Paul.& Imol.quas aſſerit commu-
niter aprobatas.Iaſſon in dicto.§.& ſi quidẽ
Socinus in leg.prim.§.adiſpicimur.ff.de acq.
hæred.Aretinus in dicto.§.pupillus , Decius
in dicta.l.pupillum.& inibi Hieronymus Ca
nol.numero ſecundo,& probat regia.l.8.tit.
31.par.7.l.9.tit.1.part.7.l.15.titul.primo.part.
*Regiæ leges* 1.l.6.titulo quinto,par.6.l.4.titul.final,par.6.
l.3.titul.octauo,par.7.&.l.8.tit.31.par.7. Nos
tamen priorem ſententiam firmamus non ſo
lum in delictis,ſed in aliis quibuſcũq; actib⁹
glo.in.c. ateſtationes , & in.c.continebatur
de deſponſatio impub.probatur tex.in.l.no
tantur.ff.de excuſatio.tuto. explicat Zaſius
in quęſtio.2.de iudeis dilatat chartas plurimis
remiſsionibus Ioan.Igneus in.l.1.§.impubes
*Frequentior ſententiã.* ff.ad ſillanianum quam opinionem in coniu
gali contractu profitetur eſſe cõmunem Ioã
nes Staphileus in tractatu de literis gratiæ &
iuſtitiæ.foli.74.hiis tamen omiſsis opinor ar
bitrio iudicis eſſe relinquendum tamq̃; iure
nõ deciſſum argumento.l.1.§.1.de iure delib.
quis dicatur pximus pubertati:hoc enim iu
dex arbitrabitur ex diſcretione pueri,&ex a
liis circũſtãtiis cõtingẽtibus ita Ioã.Faber.in
d.§.pupillus,Salic.ĩ.l.impunitas. C.de poeu.
Annania in capit.primo de delictis puerorũ.
Anto. in.c.atteſtationes in fine.Abb.& Præ
poſ.in dicto capit.continebatur de diſponſ.
impub.Decius in dicta.l.pupillum, columna
ſecunda.& Hierony:Canol.numero tertio in
præcitata.l.pupillum,& eſt tex.ad id præſtã
tiſsimus in ſumma inſtitu.de oblig. quæ ex
delicto naſcuntur,ibi & id intelligat ſe delin
quere,& eſt text.in præcitata. l. impunitas.
C.de poenis pleniori manu , Ioann. Igneus
in præcitato.§.impubes,& Faber.in dicto.§.
pupillus,hoc ,tamen arbitrium iudicis ante
illam ætatem diffinitam,non eſt paſsim exi-
bendum imo iudex cautiſsime id agat ac tã-
dem raro.at poſt illam ætatem non eget iu-
dicis arbitrium, ita vrgentibus coniecturis
ſat enim erit aliquot ſigna perpẽdere ex qui
bus arbitretur puerum doli capacem eſſe, ac
proximum pubertati ex hiis omnino falſa *Opini gl. falſ*
eſt glo.in.c.primo de delictis puerorum quæ
dicit puerum doli capacem puniendum eſ-
ſe intelligit in puero ſeptẽnij ad illius tex.in-
tellectum legendus eſt Decius in.d.l. fere. ff.
de regul.iur.Hippol.in.l.ſi quis te.C. de ſica-
riis.Quod intelligo ſi ſane infans ſit doli ca-
pax,non erit immunis à poena,Abb.in.c.1. d
delict.puerorum,qui tametſi aſſeuerat infan
tem minimè eſſe puniendum delinquentem
quem intelligendum eſſe cenſeo,niſi ſit doli
capax Ioann.de Annania,numero tertio, in-
bi Hippol.in.l.infans,numero quinto de ſica
riis,& in.l.1.n.91.eo.tit.& in.l. ſi quis iſte nu.
3.C.eo.tit,quod ipſe exiſtimo verum ad hoc
vt puniatur , ex delicto longe quidem aliter
ad hoc vt incidat in irregularitatẽ.qui tamet
ſi,ſit doli capax,vſq, ad ſeptimũ annum,nul-
lam contrahit irregularitatem,explicat Ma-
rian.Socinus,in.c.ad audientiam,numero.13.
de homicidio. Et quando infans poſsit eſſe
doli capax,explicat glo.in.c.final.de ſenten.
excommun.cuius meminit Annania in ru-
brica de delictis puerorum ad finem,& text.
in leg.ſi alterius. C.ſi minor ſe maiorem di-
xerit,& quis dicatur doli capax præter do-
ctores in clementima prima de homicidi. &
in capit primo de delictis puerorum, ille cen
ſendus eſt qui proximus eſt pubertati.vti ex
plicat text.in.l.apud celſum,in.§. quæ indu
ctore.ff.de doli exceptione, Ioann. Igneus,
nu.25.in præcitata.l. excipiuntur,& nos pau
lo antea tradidimus.

Rurſus non abs re cum de puerorum de-
lictis tractauerimus illud memoriæ repete-
re libet , ad cognoſcendam pubertatem an-
tique leges marem tantum inſpici nudum
iuſſerunt , vt pro inde cognoſceretur , pu-
bes ne eſſet an impubes , foeminas vero
nudas

nudas ob id conſpici uon patiebantur, impudicũ illud, atq; indecorũ iudicãtes, & Plato. in ea ſpecie, ſanxit lib. de legibus. 11. cõueniẽtiam, ait ætatis, ad nuptias, & contra iudex nudos omninos mares, pubẽ vſq; inſpiciens iudicet. Hæc ille & eſt text. in. l. vltima. C. quãdo cura. vel tutor eſſe deſinat. §. 1. Quibus mo. tutela finia. diffiniẽtes impubes, ne eſſet inſpiciẽdus nudus, & ſi aliquando fœminas nudas conſpici oporteat, leges & canones eas inſpici voluerunt à mulieribus honeſtis, ꝓbateq; fidei n on tamen à viris, leg. prima in princi. ff. de ventre. inſpicien. c. fraternitatis. c. vltimo de frigidis & maleficia. c. cauſã matrimonij. c. propoſuiſti de probatio. c. nec alia. 27. q. 1. inibi manus obſtetricum, & memoriæ repetere libet, quod in ea ſpecie Solinus, capit. quinto, ad finem, & Plini libro ſeptimo cap. 17. ſcribũt virorum cadauera, ſupina fluitare fœminarum probo veluti pudori defunctorum parente natura, atq; ita incadaueribus mortuorum natura, pudenda mulierum magis quam uirorum obtexit. & fœminarũ nudatio, virorum animos exaſperat, ſicuti cõſtat Ezech. 16. vbera tua intumuerunt, & pillus tuus germinauit: nuda erat & confuſione plena. & Eſaiæ. 20. c. nudã & diſcalciatam diſ coopertis natibus, ad ignominiam Aegipti, &. c. 47. nuda turpitudinem tuam, & diſcooperi humerum, releua. &c. & id conſtat Hieremiæ. 4. & Hieronymus ad demetriadẽ, de virginitare ſeruanda ait, tibi ſit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter ſocias, & procedens ad publicum, non pectus, non cola denudat, nepaleo reuolutoceruices aperit, & à Marciale, libro ſecundo virgines patauinas laudat, quoniam non ipſę aperta facie ꝓdeunt in publicum dum cecinit.

*Quando mulieres nudas conſpici oportet.*

*Eſaiæ. 20.*

*Hierony. 4.*

*Martialis li. ſecundo.*

*Tu quoque nequitias noſtri luſus que libelli,*
*Vda puella leges, ſis patauina licet.*

Et Plinius, libro epiſtola. 1. Plutarchus in problematis. c. 162. & perſarum legibus ſancitũ fuit ne mulieres extraneis viris inſpiciendas ſe preberent, ſicuti fideliſsimus autor Ioſephus, libro vndecimo antiquita. capi. nono ſcribit Tertulianus in lib. de virginibus velãdis, Plutarc. in apophtegmatis laconicis. Cornelius tacitus, & apud Romanos, Caius ſulpicius Gallus, vxorem dimiſsit, quod eam capite aperto foris verſatam cognouerat, autore Valerio maximo, libro ſexto, capit. tertio, Plutar. in precep. conubia.. c. 32. Ambro. libro epiſtolarum octauo, epiſto. 64. mirum in modum increpat ſinagrium vero nenſem epiſcopum, qui virginis accuſatę ſtupri ſecreta genitalia inſpici iuſſerat ad deprehendenda libidinis veſtigia. Acteon quoque cum inter venandum forte fortuna Dianam nudam conſpexiſſet in fonte, indignatione eiuſdem inceruum commutatus, ſicuti Ouidius recẽſet. libro tertio, Metamorphorſeos, & Pauſanias libro nono, Silliꝰ libro duodecimo Claudia in Ruphinum, nonus poeta græcus. lib. 5, latine tranſlatus ait.

*Felix tyreſia, tu quidem vidiſti citra perniciem*
*Nudã in vite miſericordis palladis.*
*Viuis tuorum occulorum perdito lumine, noſtrorum autem.*
*Occulorum ſplendorum, cum mente commutabit pallas.*

Er illud propertij.

*Parce occulis hoſpes, lucoq; abſcende verendo.*
*Cede agedum, & tuta lumina linq; fuga.*
*Iuter dicta viris metuenda lege piatur.*
*Quæ ſe ſumota vindicat ara caſa.*
*Magnã tyreſias aſpexit pallada vates.*
*Fortia dum poſita, gorgone membra lauat.*

Et ad id illud Vergilianum alluſiſſe videtur.

*Transq; caput iace, ne reſpexeris.*

Et Homerus libro quinto, illiados. & Euſebius libro tertio de præparatione euangelica, capit. duodecimo, Platonem reprehendit quod in libris de republica, atq; de legibus inſerit mulieres ingimnaſiis nudas cum viris luctari, quod olim licebat ex propertio, lib. elegiarum. 3.

*Multa tuæ, ex parte miramur.*

Et rurſus.

*Neore tu egentis nitida dum nuda paleſtra.*
*Ludis, & eſt nudis fœmina mixta viris.*

Et illud euripidis in andromache latiue trãſlati.

*Nec ſi vellit quiſpiam.*
*Caſta eſſe, queat, ſpartana puella.*
*Quæ cum iuuenibus relinquentes domus.*
*Nudis femoribus, & tunicis diſolutis.*
*Curſus palleſtras, quæ non tollerabiles mihi.*

Et pleraq; alia congerere poteris ex Valerio maximo, libro ſecundo, capit. quinto, ex Eraſmo chiliade. 5. centuria, ſecunda. c. 47. đ Plutarc. in libr. de claris mulieribꝰ. c. 2. pollux, li. 7. Onomaſticon. c. 13. Plutarchus in licurgi, ac nume Põpilij cõparatione. Theodoricus lib. de legibus, Chriſoſtomus homelia in mathe. 6. multis inuehitur in mimos, alioſq; huiuſcemodi ludos quibus producuntur



cuntur mulieres nudæ veluti maxima libidinis incitamenta. Anto. Florẽ. nu. ſecũdo. par. titul. 5. c. 1. laudatur, tamen à Plutarcho in lib. de claris mulieribus. c. 15. Micca. filia Ariſtodemi, elienſium tyranni, quod moribunda megiſtionem rogauit, ne cnm à vita deſcederet turpiter nudatam iacere pateretur, Pliniꝰ Iunior. libro epiſtola. 4. & Lucianus in enconio Demoſthenis & Ouidius, libro. 13. de pollixena loquens cecinit hiis carminibus.

*Tunc quoq; cura fuit partes vellare pudendas.*
*Cum caderet, caſtiq; decus ſeruare pudoris.*

Itidem libro ſecundo faſtorum de Lucretia verba agens ait.

*Tunc quoquè iã moriẽs, nec non procũbat honeſtæ.*
*Reſpicit, hæc etiam cura cadentis erat.*

Et Homerus libr. odiſſeę. 6. cum Vliſſes nudus eſſet ę mari ęlapſus ramo frondenti, ſibi pudẽda cooperuit ad quod alluſiſſe videtur Vergilius in priapeis.

*Huius & alcinoi mirata eſt filia membrum.*
*Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.*

Ex quibus ſatis iam ſatis candido lectori conſtabit, quam probroſum, hanc nuditatẽ mẽbrorum, quanto magis apud nos qui dei cultum profitemur, & iſta incitamenta libidinis aſpernenda ſunt, ſed quæ longo ſubſelio tractauerimus, vt quo abij redeam. Illud memoria repetere libet ne perplexo doctorum cõmentario lectorem fatigemus

Quibus & illud ſubiiciam, ſi ſane minor dolo commiſit delictum, vtiq; puniendum eſſe text. eſt in. l. ſi ex cauſa. §. ſi commiſſum, &. §, nunc videndum. ff. de minoribus. Thoma. Grammat. in deciſione 23. numero duodecimo. Guillermus Mainerius in pręcitata l. fere. numero decimo quarto. ff. de regul. iur. Iacobinus de ſancto Georgio in. l. prima numero ſecundo & tertio. C. ſi aduerſus delictum.

5 Illud etiam conſtitutiſsimum eſt in atrociſsimis delictis grauioribuſq; minorem pœna afficiendum eſſe, vti conſtat ex l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minoribus, & in dicta. l. fere & quę atrociſsima delicta cenſeantur explicat Mainerius in. l. fere, numero. 18. Innocen. in capit. primo de conſtitutio. Hippo. in. leg. vnius. §. cognitorum, numero. 70. ff. de quæſ. Iaſſon in. l. cum ſeruus. num. 7. ff. de cõdictione cauſa data.

6 Hic vero non eſt prætermittendum, quod doli capax delinquens in ætate minore non eſt puniendus pœna ordinaria criminis, ſed ęxtra ordinaria arbitrio iudicis, text in. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. l. diuus ff. de termi. moto. gloſ. in. l. tertia. ff. de infamibus, & in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de hiis qui notant. infamia, text. optimus vbi gloſ. & doctores in capit. primo de delictis puerorum, Decius explicat in dicta leg. fere. Blãd. in. l. & ſi ſeuerior. ff. de hiis qui notant, infamia gloſ. in capit. primo de ſenten. excõmu. & inibi doctores cardinalis in capit. ſecundo de delictis puerorum. Bartol. in. l. adminiſtratores. §. corporis. ff. de excuſatio. tutorum. Bald. in leg. data opera. C. qui accuſare non poſſunt, Auguſtinus poſt Angel. in dicto verbo ſcienter, Cæpol conſilio. 30. Ancharr. conſil. o. 287. Paul. Caſtren. conſilio. 20 Abb. in dicto capit primo, Cæpol. in authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis, & eſt tex. ad id præſtantiſsimus in. c. fina. de ſentent. excõmunicatio, & in. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus, Canol. & Decius, numero tertio in præcitata leg. fere Igneus, numero 49. in dicta leg. excipiuntur, Ludouicus Carrerius in dicto. §. ſexto, numero quarto, & quinto, Thomas. gramma. deciſio. 23. Decius conſilio. 535. regia leg. octaua, titulo. 31. par. 7. quæ conſtituit minoribus intra decimum ſeptimum annum delinquẽtibus minuendam fere pœnam ordinariam.

*Ext. a ordinaria pœna minor punitur.*

Illud etiã hoc iure apparet in cõgrue proxime traditis difinitio illius quæſtio minorem puberem, pubertatiq; proximum, delinquere poſſe, & vtiq; ex delicto teneri tex. eſt in. l. pupillum. ff. de regul. iur. vbi conſultus ſcriptum relinquit pupillum qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe furandi & iniuriam faciendi text. eſt ad id præſtantiſsimus, cuius pleriq; doctorum meminere in. §. in ſumma inſtitu. de obliga. quæ ex delicto naſcun.

Extatq; hodie regia. l. nona, titulo primo part. ſeptima. & regia. l. 15. titulo primo part. prima, & leg. ſexta, titulo quinto part. ſexta & ea ſi quidem ratio eſt, ex quo minor eſt pubes velutiq; pubertati proximus compos mentis, ac doli capax cenſetur, vti hac inre probat text. in præcita. §. in ſumma, inibi ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere Cardo igitur, dubitationis in eo verſatur, ſi ſane intellectũ ad delinquẽdũ habeat, & huius ſententiæ autores habeo Ang. de Aretio cęteroſq;. dd. in pręcitato. §. in ſũma, quo fit minorẽ teneri ex delicto.

*Ratio prima.*

ſicuti

ſicuti exiſtimat gl.in.l.ſi quis ĩ tãtã,in.3.q. C.
vnde vi.Ange.in.l.fulcin⁹.§.adeo.ĩ fin.ff. ex
quibus cauſ.in poſſ.atur Paul.Caſtr. conſil.
183.in cauſa,col.vlt.li.1.Bar.col.3.in præcita-
ta.l.ſi quis in tantam,itidemBar.in.l.is cuibo
nis,col.vltima.ff.de verbo.obliga.Bart.in.l.1.
ad finem.ff.de curato.furio.& nos ad Barto.
pleniori manu adnotauimus in.l.1. & huius
ſententiæ autores habeo Paul.de Caſtr. ad fi
nem Iaſſo.col.8.Alex.4.in præcitata.l. is cui
bonis.Deci.in.l.furioſi.col.2. ff.de regul. iur.
& eſt tex.pro hac omnium recepta ſentẽtia
in.l.ſed & ſi ex parte.§ quãq;.ff.ꝙcum eo,cu
ius meminit Iaſſo.in.§.omniũ inſti.de actio.
Stepha.Beltran.conſilio.248.Iaſ.in.l.apud Iu
lianum.ff.quibus ex cauſ.in poſſ.eatur Alex.
id ſerioſe explicans,conſilio.24.col.2.lib.1.&
conſi.89.vol.3.

*Ratio ſecũda*

Et conueſtiri poſset iſthęc ratio ſiqnidem
delictum diuino &naturali iure prohibitum
eſt,nec vtiq; ignorãtia tolerabilis datur quã-
do quidem ex dictamine rationis conſtat al
terum non ledere, & quod ſibi non vult al-
teri,nec vtiq; facere ſicuti ſcriptum relinquit
conſultus in.l.prima.ff.de furtis.& in.l. pro-
rum.ff. de verbo. ſigni. & in.l.ſi adulterium
cum inceſtu.§.adulterium.ff.de adulter. & in
l.venia. C. de inius vocando , & inibi Paul.
Caſtrenſ. & pleriq; alij in ea ſunt ſententia,
quibus adſtipulatur , illud Exodi, capit. 20.
&.l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. omn. iudi.

*Minor iuris naturalis capax eſt.*

Quo fit cum illa ætate minor iuris naturalis
capax cenſeatur huius criminis reus, vtiq; pu
niendus eſt,quæ omnia intelligenda eſſe exi
ſtimo quando minor delictum perpetrauit
infaciendo,longe quidem aliter ſi conſtat in
omittendo,vel negligendo,ſi quidem tunc à
delicto immunis erit cenſendus text.eſt qui
paſsim,adhoc ſolet adnotari in.l.ſecunda.C.
ſi aduerſus delictum , & inibi ad id multum
notat Azo.in ſumma,& paſsim doctores,ibi
text.adid præſtantiſsimus in leg.de minori-
bus, vbi aſſeuerat minorem mortem patris
minimè vlciſcentem non priuari hæreditate
paterna.vt ibi explicat gloſ.in verbo non vl
ciſcatur,vbi Bald.Angel.Salice. Paul. & fre-
quentius doctores. C. in quibus cauſis reſti-
tutio non eſt neceſſar.tametſi Petrus Oldrad.
ab hac ſententia diſcedant ibi. & Cinus qui
dubius,nec vtiq; vtrãq; firmant ſententiam,
quin etiam ſi tempore delate , & aditæ hæ-
reditatis minor ſit,nec priuatur gloſ. in leg.
minoribus,in verbo reſpondere,& inibi Bal.
columna vltima,verſiculo quærit,gloſ. Albe
ric.idem profeſſus Angel. Salicetus , Floria-
nus , idem adſtipulantur quibus accedunt
Corne.Alexand.& Iaſſon,& iſta eſt frequẽ-
tiori doctorum calculo recepta ſententia ta
metſi in hoc vltimo ab ea diſcedat Petrus Ci
nus,Paul.in præcitata.l. C.de hiis quibus vt
vt indignis. &Rapha.Fulgoſ.conſilio.52.col.
2.dubio,2.

*Petrus & Cinus in errori labantur*

Hinc etiam eſt cenſendum idem de matre 7
quæ licet teneatur petere tutorẽ filio ſuo im
puberi,alias eius hæreditate priuatut. l.ſciãt.
C.de legitim.hęred.&.l.omnes. C. ad ſenat.
conſul. Tertul.excuſatur,vtiq; ſi adhuc mi-
nor ſit cum eius maritus à vita deſcedit,leg.
ſecunda.C.ſi aduerſ.delicti. vſq; quo id intel
ligendum eſſe cenſeo,tametſi mater minor
maior facta fuerit ſufficit in illo priori tem-
pore minorem fuiſſe,vt immunis ſit ſi tuto-
rem filiis minimè petierit,vti exiſtimat ſpe-
culator in titulo de in integri.reſtitutione, in
prima parte,in.§.quis autem , verſiculo, ſed
quid ſi ipſa mulier,& inibi Bald.in tertia par
te,quibus ſuffragatur , gloſ. celebris in lege
prima.C in quibus cauſ.reſtitutio in integrũ
non eſt neceſſaria,Bald.in.l.ſecunda. C. ſi ad
uerſus delictum explicant doctores paſsim
inibi:& in dicta.l.minoribus , & ibi Salicetus
Paul.Caſtrenſis Raphael.Fulgoſ. & alij ple-
riq; in ea ſunt ſententia, ibi.Quibus accedit,
nec admodum inuitus Bald.in authentic. ſi
qua tibi. C. de epiſcopis & clericis aſſeue-
ranslonge quidem aliter eſſe in filio minore,
qui non redemit patrem captiuum, & inte-
rim maior factus eſt,Bald.in leg. qui contra,
columna prima.C.de inceſtis nuptijs,itidem
in.l.pręcibus, columna tertia de impub . vti
hanc profitetur eſſe cõmunem,& huius ſen-
tentię autores habeo Angel.in.l. prima. C.
in quibus cauſis.Paul.Alexand.Iaſſon. in. l.
ſciendum.§.vltimo.ille in primo notab. alter
columna prima,tertius numero vndecimo.
ff.qui ſatiſdare cogantur , Romanum ſingul.
221.& in.l.qui maior in principi. ff. de operis
libertorum,& in.l.tertia.§.ſcio,ff.de minori
bus.& Raphael Fulgoſ.loco præcitato , quo
fit minorem de delicto in omittendo minimè
teneri ſi quidem non vindicans mortem de-
functi hæreditare minimè priuatur.tex. in. l.
prima.§.impubes . ff. ad ſillanianum , & ibi
Bartol.& doctores,leg.tertia.§.ſecundo,& in
l.excipiuntur,eodem titul.& in authen.ſi ca
ptiui.C.de epiſ.& clericis.l.1.verſ.impuberes
C.de falſa



C.de falſa moneta,& inibi Cinus & Salicet⁹,
idem profitetur Annania & doctores , cano-
nicæ,philoſophiæ in.c.1.de delictis puerorũ
Hippolitus in.l.de minore ad finẽ.ff.de quæ
ſtio.Ancharra.conſilio.185. Alexand. conſil.
160.vol.7.Fulgoſ.conſilio.137. Decius in hac
ſpecie dilatat chartas quam plurimis remiſ-
ſionibus in.cap.de cauſis de officio delega.
apud quos longa eſt huius qnæſtionis exami
natio.

*Minor ante neatur ex carnis delicto.*

8 Quibus & illud conſtituſsimum eſt mino
rem,impuberẽ etiam proximum pubertati
minimè ex carnis delicto teneri,nec itidẽ de
adulterij ſtupro . &ſimilibus ſi quidem cum
cenſeatur incapax: illius delicti exdefectu,&
impotentia naturali propter illius ætatẽ : vti
hac in ſpecie explicat tex.ad hoc notatu di-
gnus in.l.ſi minor.ff.de adulter. & inibi glo.
ordinaria,quæ expreſsim hoc ipſum vult Ia
cob.de Rabenis,Albericus & Angel.inibi,&
ad id tex.celebris in.c. de delictis puerorum,
quibus admodum conuenit regia.l.9. titu. 1.
par.7.&.l.15, titul.1.part.1.Quod ſi antẽ legi-
timam ætatem ac pubertatem eſſet viri po-
tens vtiq; tenebitur,vt aſſeuerant doctor.in
d.l.ſi minor.ff. de adulter. & maximo apice
deſeruire videtur tex.in argumentum in.c.de

*An minor teneatur ex carnis delicto.*

illis el.2.& in.c.nobis,& in.c.final.de diſpen-
ſatio.im pub.Quibus quidẽ illud conſtitutiſ
ſimum eſt matrimonium inter impuberes
minimè conſiſtere poſſe,tametſi illorum ma
licia ætatem ſuppleat, tamen ſi copula inter
ueniat matrimonium vtiq; valere manifeſtiſ
ſimum eſt.

Et iſthæc ſententia ſtabiliri poſſet in car-
nis delicto malicia ſuplet,vtiq; ætatem gloſ.
expreſsim id adnotat in. c.1.20.q.1.vbi illud
Gregorij in dialogo de puero nouem anno-
rum nutricem ſuam grauidam facientem re-
fert Albericus in ſuo indice verbo matrimo-
nium puellam nouem annorum peperiſſe,&
in dicto.c.1.notat Archid.Hoſti.Ioan.Andr.
in.c.vltimo de eo qui cognouit cõſanguineã
vxoris ſuæ meminere de dialogo Gregorij,
itidem Hoſtienſis in ſumma de pœnit.§. qui
confitendum,verſiculo cuipueri.Ioan.And.
Abb.&alij pleriq; in.c.1.de delictis puerorũ,
itidem & Ioan. Andr.in,c.puberes:colum. 2.
deſponſatio impuberũ.Bar.in tract.differẽt.
iuris cano.& ciui Dominicus,conſili.24. col.
3.Anchar.in.c.ſi pater.col.7.de teſtam. lib. 6.
Alexan.& Iaſſo.vterq; columna.vltima , in. l.
in pupilari.ff.de vulgari.Angel.conſil.253. ad
finem.Barba.ſerioſe id explicat in prœmio
clemen.§.nulla.col.vlti.Iaſſon,col.4.in.l.mo
ribus de vulg.& inibi Alexan.columna. 3. ta-
metſi teſte Cardin. Floren.& Ioann.Annan.
in dicto.c.1.de delictis puerorũ aſſeuerent in
trepide minimè dixiſſe Gregorium loco prę
citato puerum nouem annorum nutricem
grauidam feciſſe. cæterũ Hierony.ad vitalem
in ſua epiſtol.profitetur,puerum decem an-
norum grauidã reddidiſſe nutricem,rurſus in
ea quoq; epiſtola dilucide Salomonẽ oſtẽdit
Achaz reges cum non dum decimum, & vn-
decimum ętatis ſuæ annum egiſſent filios ge
nuiſſe,cuius meminit Ioan.Andr.& Hoſtiẽ.
in dicto.c. vltimo de eo qui cogno. conſan.
vxo.ſuæ à priori ſententia libenter diſcedo ſi
quidem in matrimonio conſideratur viri po
tentia,vt paulò antea meminimus tamen ad
carnis delictum pugniendum ius cęſareum
vtiq; inſpiciendum eſt nouiſsime Anto. Go-
mez.huic ſententiæ accedit.nu.60.c.1.de de-
lictis aſſeuerans in ſpe ie minorem liberaſſe
rem habentem cum cane.

Ex quo & illud ſubiiciam &proxime quę
ſtioni accedit minorem impuberem puber- 9
tati proximum , ex delicto minimè teneri,
quod quidem eſt punibile per ſtatutum,
vel conſuetudinem vti hac in re eſt tex.in ca
pit.ſecundo de delictis puerorum. quem ad
id multum notant doctores,inibi & eſſe ſin-
gularem profitetur Romanus in ſingula. ſi-
na.Ex quo quaſi ex eodem fonte, & illud de
ducitur,ſi ſane ſancita ſit pœna in aliquo lo-
co extrahẽtibus frumentum,vinum , vel a-
liam quampiam rem , nec vtiq; minor im-
pubes tenebitur, qui contrarium fecerit ta-
metſi ſit doli capax & dato ꝙ teneatur reſti-
tui poteſt.

Illud vero ꝙ obiter menti occurrit adno- 10
tandum eſt,quod doli capax delinquens: ac
minor poſsit iudex pœnam de neceſsitate
iuris minuere an prolibito voluntatis iudi-
cantis poſsit pœnam infringere.In quo do-
ctores multum effuderunt tractatum,& iſt-
hæc quæſtio plena eſt ſentib⁹,&ſpinis in qua
certatim oẽs variãt deſidẽt,& diſcertãt vt dif
ficulter,ei⁹ rei exitũ inuenire poſsim.Nos tñ
breuitati ſtudẽdo,& quanto fieri poteſt totã
eã rẽ tractauimus,& primo in ea ſunt ſenten
tia.dd.eſſe in iudicantis libero arbitrio in mi-
nori ętare delinquens pœnã minorare quod
ſi ipſe minimè faciat,nec vtiq; partẽ grauare
cẽſetur,nec damnũ irrogare,nec in ſyndicatu
tenebitur

tenebitur tex.eſt in.l.auxilium. §. in delictis.
ff.de minoribus,& inibi Albericus Bald. in
l,quicunq;.C.de ſeruis fugit.colum.5. & Sa-
*Cōtraria ſen tentia.* licetus,colum.2.num.7.Bald.in. l. quid ergo
§.pœna grauior.ff.de hiis qui notantur infa-
mia.2.lectura.nu.12.Anania in.c,ſicut penul.
col.de iudeis.nec deſunt qui prorſus contra-
riam profiteantur ſententiam,quim etiã iu-
dicem abſtrictum in hac ſpecie pœnam mi-
nuere,alias partem grauare cēſetur, & ab eo
appellari poſſe in ſyndicatu teneri.quorũſen
tētia cõueſtiri poſsit ea ratione ſi quidē quæ
iudicatis arbitrio cõmituntur,ſi ſane iniq; arbi
tretur appellari poteſt ab eo,ni libero ac ab-
ſoluto eius arbitrio,cõmitatur,vti expreſsim
id adnotat bar.& frequentiori calculo docto
*Crebrior opi nio.* res in.l.ſi qua pœna.ff.de verborũ ſignifica-
tio,& inibi glo.Paul.de Caſtr.in.l. quid ergo
§.pœna grauior.ff.de hiis qui notantur infa
mia.1.col.& inibi Bar.penul. col. quam vlti-
mam ſententiam eo tendere exiſtimo ac lo-
cum ſibi vendicare,ſi à minore, vel eius no-
mine petitũ eſſet,vti hac in ſpecie exiſtimat
Alexan.in.l.& ſi ſeuerior.C.quibus ex cauſ.
infamia irrogetur,final col.& regia.l.4. tit. fi.
par.6.in ſpecie id approbat.

11 Quibus & illud adiiciam , tametſi minor
viginti quinq; annorũ,pubes tamen, vel pu-
bertati proximus tenetur , ex quocũq; deli-
cto quod in faciendo cõſiſtat, vt paulò antea
meminimus tñ pœna ordinaria minimè af-
fici debet,ſed vtiq; mitiori propter ętatis de
fectum tex.ad id elegans in.l.auxilium. § . in
delictis. ff.de minoribus vbi cõſultus, ita ſcri
ptum relinquit,niſi quatenus interdum mi-
ſeratio ętatis ad mediocrē pœnam iudicem
produxerit , & inibi doctores frequentiori
calculo,& iudicantis arbitrio punitur tex.in
l.diuus.ff.de termino moto,glo.in.l.3.ff.de in
famibus.glo.in.c.1.de ſenten.excom. & inibi
doctores,Cardina.in.c.2.de delictis puerorũ,
omnium diligentiſsime Decius in præcitata
l.fere Ludo.Carre,in dicto.§.6.numero.4. &
5.Thom.grammaticus deciſione.23. Decius,
conſilio.575.regia.l.4.tit.fin.par.6. &.l.9. tit.
1.par.7.hac noſtra tempeſtate illa eſt conſti-
tutiſsima concluſio,ſi ſane minor, decem &
ſeptem annorum reus criminis factus fuerit
iudex vtiq; aſtrictus eſt ac neceſsitate coga
tur minuere pœnam regia.l.8.titu.31.part. 7.
quæ conſtituit minoribus in tra decimum&
ſeptimum annum delinquētibus minuendã
fore pœnam ordinariam.Si vero maior decē
& ſeptem annorum,ſit arbitrio iudicantis re
linquitur qualitate delicti & perſonę inſpe-
cta minuere ,vel non minuere,quod ſi non fe
cerit,nec vtiq; partem grauare exiſtimãdus
eſt,vti hac in ſpecie explicat dicta.l.8.Et iſt-
hæc ſententia conueſtiri poſſet aliquot fun-
damentis.

Et primo fortiſsimum huic rei argumentũ
prę ſtat tex.ad id prę ſtantiſsimus in,l.1.§.pue
ritiam.ff.de poſtulando. Ex quo cõſtat pue
ritiam dici ante decimum ſeptimum annum
ac rurſus poſt illam ætatem pubertas dicitur
magis capax & plena,quo fit aduocatus offi
cium in ea ætate exercere poſſe,vti explicat
inibi Bar.aſſeuerans ibi in ea nempe ætate do
ctorali dignitate poſſe inſigniri, cui ſentētiæ
accedit Faber.in.§.fina.inſtitu . qnibus mod.
manu mittere licet.

Secundò,huic ſentētiæ innititur tex.in au
then.ſi qua tibi.C.de epiſco.& cle.vbi minor
decem & octo annorum criminis reus factus
à delicto prorſus excuſari tex. in.l.arrogato,
verſiculo non tamen.ff.de adoptio.vbi pro
fitetur,plenam pubertatem eã dici in eo, qui
decimum octauum ætatis ſuæ annum egit,
quo fit in minori ætate filium arrogare non
poſſe.l.in ea,verſiculo.1.ff.de alim.&cib.leg.
§.fina.verſiculo finali inſti.Quibus ex cauſis
manu mittere nõ licet,& argumēto optimo
deſeruit tex.in.l.popularis actio.ff.de popu. *Autoris opi nio.*
actio.tametſi iſthæc ſententia veritati magis
faueat , nec admodum inuitus ipſe in mitio-
rem partem poſt decimum ſeptimum annũ,
ante vigeſsimum quintum hui⁹,criminis reo
pœnam,vtiq; aleuiarem ob minorum fauo-
rē , tametſi priorem partem multi & graues
autores defendant.

Illud etiam conſtituſsimum eſt minorem
huius criminis reum maiorem factum adhuc
poſt perfectam ætatem,ſi crimen fuerit intra
minorem ætatem cõmiſſum à criminis pœ-
na liberum eſſe potiſsimum cum non ſit in-
ſpiciendum tempus punitionis , ſed crimi-
nis cõmiſi,glo.quæ expreſsim hoc ipſum ad
notat in.l.ſciant.C.de legi.hęred.quam inibi
doctores probãt,& Hippò.in præcitata.l.in-
fans,numero.13.itidem in.l.de minore, num.
62 ff.quæſtionibus,& in.l.ſi quis te.C. de ſi-
caris,Carrerius in præcitato.§.6.nu.8.qnibus
admodum ſuffragatur tex.in.c.vl.de ſenten.
excom.vbi Abb.idem inſinuat iuris conſul.
in.l.i.ff.de pœnis,& ibi Bart.in.l.omnes po-
puli.ff.de iuſtic.& iure.nu.48.Roma in ſing.





574.Abba.conſi.56.lib.2. ad irregularitatē
contrahendam ſatis eſt quod maior infan
te hominē occiderit modo ſit doli capax
quemadmodum omnes fatentur in dicta,
clem.vnic.de homi.

*An minor torturę ſubiiciatur,* Et huic rei maximo apice illud deſerui
re videtur poſsit ne minor ſubiici torture
& illa eſt recepta ſententia minime torque
12 ri poſſe probat tex.in.l.1.§.impubes ad Sil
lanianũ.ff.& in.l.2.§. impubes eodem tit.
l.de minore & in principio.& in.l.2.tit.30
p.7.ibi.*A ninguno que ſea menor de catorze años*
& inibi nouiſsime Greg.Lopez& eſt tex.
in.l.ex libero.§.1.ff.de quæſtio.& in.l.inte
ſtamento de teſtibus Albertus Gandinus
in tractatu de pœnis reorum.n.30.& in ru
bric.de quæſtionibus & tormentis nu.9.
Angel.in tractatu maleficiorum verbo fa
ma publi.nu.102.Hippo.& plerique in ea
ſunt ſententia in præcitata.l.de min.Cam
pitius in deciſione ſacri conſilii.130.nu.55.
nouiſsime Anto.Gomez.c.1. delictorum.
nu.67.quæ omnia intelligenda eſſe exiſti
mo in tortura qua maiores affici debent
leuiori tamē quæſtioni ſubiici poſſunt vt
pote ferula ac flagelis cedi teſte Bart.in.l.
de minore in principio.ff.de quæſtio.l.1.§.
impubes &.l.excipiuntur.ff.de Sillanian.
quibus accedit Ioann.de Annania. in.c.1.
de delictis puero.co.penul.Hipp.de. Mar
ſil.in præcita.l.de minore in principio col.
2.& tex.in dict.l.1.§. impuberi explicat ta
metſi torqueri non poſſunt minores ter-
reri tamen ſolent.& huic ſentētiæ accedit
Anto.Gomez.& Grego.Lopez locis præ
citatis & iſthæc ſententia ſtabiliri poteſt,
ſicuti minor impubes criminis reus à pœ
na omnino non excuſatur parique ratio-
ne in tortura vt pote in totum non excu
ſet,in qua ſpecie exiſtimo minoris curato
rē tñri præſtare authoritatē explicat Cin.
& Salice.in.l.clarũ.C.de.aut.præſtan.Bal.
in.l.vnica.C.de confeſ.15.col. nu.16.& ibi
Salicet.nu.30. Abb.in.l.final . de confeſsi.
3.column.numero.9.& inibi expreſsim ad
id notat Imol.3.column. Hippoly. omniũ
diligentiſsime in.l.1.ff.de quæſtio.4. colu.
verſiculo.8.requiritur quibus nec admo-
dum inuitus accedit Angel. de maleficiis
in verbo , comparauerunt dicti inquiſiti
column 1.verſiculo.nec ne &in his regnis
vſu receptum eſt & praxis id obſeruat.

Quibus & id conuenit , tametſi minor
torturę ſubiici non poteſt de crimine tamē
leſe mageſtatis longe quidem aliter vt ꝑ
Campitium , & doctores locis paulo ante
citatis & extat tex. ad id præſtantiſsimus
in præcitata.l. de minore .& inibi Hippo.
cuius meminit idem profeſſus Ioan.Igne.
nu.18.in præcitato.§.impubes. 13

Ad id etiam pertinet quod ſi minor de
lictum in tortura abſque curatoris auto-
ritate cõfiteatur eius cofeſsio ꝓbet nec ne
Hipp.in.l.ſtatu liber.ff.de quęſtio.itidem
in rubrica. de fideiuſſoribus.ff.& in.l. qui
cedem.ff.de ſicariis.& conſilio.9. & in pra
ctica in.§.nunc videndum & in. §. expedi
ta.Thom.Gram.conſilio.16.Matth.in con
ſtitu . præcitata.dd.frequentiſsimo cõſen
ſu in .l.clarum.C.de auto.præſtãda.tamet
ſi minoris confeſsio pręcedente curatoris
autoritate in delictis valeat ex ea quæ ſe-
qui poſſet condemnatio,ſi ſane error pro
betur vel rem longe aliter ſe habere veluti
que leſum eſſe in integrũ reſtitutio ei cõ-
ceditur,ſiquidē in quolibet negocio ſi ꝓ-
bet ſe minorem & leſum reſtitutio conce-
ditur vti maximo apice deſeruire videtur
tex .in.l.ait prætor.§.non ſolum el. 1.ff.de
mino.tex.in.l.verum.§.ſciendum eo. titu.
tex.in.l.minoribus.la.1.C. de integrum re
ſtitutio.tex.in. l. error. C. de iuris & facti
ignorantia cum ſimilibus& hoc procedit
vtique in maioribus in criminalibus cau-
ſis ſicuti conſtat ex.l.1. §.ſiquis vltro.ff.de
quæſtio.tex.ad id prę ſtantiſsimus.in.§.co
gnitorum.l.vnius eo.titu.ff. & argument.
optimo deſeruit tex.in.l.non fatetur.ff. đ
confeſ.ſiquidem qui errat fateri non vide
tur.l.ſi non defendantur.ff.de pœnis.l.er-
ror.C.de iur. & facti ignorantia.l.2.C.quo
rum appellationes nõ recipiãtur . In quo
tex.illud conſtitutiſsimum eſt ſententiam
reuocari per appellationē iuris errore pro
bato vt paulo antea negocium nobis fuit

Quamuis minor vigintiquinque anno
rũ minime ſtare poſsit in iudicio nec vtiq;
legitim⁹ defenſor cēſetur vti explicat tex.
in capitu.ſi annum de iudiciis libr.6.l.cla-
rum.C.de autoritate præſtanda, explicat
Barto.& paſsim doctores in.l.filius fami-
lias.§.veterani.ff.de procurator.& iudiciũ
incohatum cum minore abſq; tutoris vel
curatoris autoritate nullum eſſe perquã
manifeſtiſsimum eſt , ſicuti hac in ſpecie
exiſtimat gloſſ.in.l. cum & minores . C.ſi

aduerſus rem iudicatam, & eſt tex. ad id
14 præſtantiſsimus in.l. in verſiculis. C. qui
dare tutores poſſunt.cui ſententiæ nouiſ
ſime ſubſcripſere ex neutericis Hiſpaniæ
Nunius Auendan.& Antonius Gomezi⁹
hic numero.1.ille numero.65.cum pleriſq;
aliis locis paulo antea citatis cum quibus
eſt frequentiori calculo recepta ſententia
in.l.ſi curatarum.C.de in integrum reſti-
tu.extatque hodie regia.l.quę expreſsim
hoc ipſum vult in.l.6.titu.2.part.3. & eius
opinionis ſum, vt regias conſtitutiones
has,quas ſeptem partitum opus comple-
ctitur quoties earum verba patiuntur exi
ſtiment ad pontificum ius Ceſarumque
reducendas fore,vt nihil inde vtriuſque
iuris ſanctionibus aduerſum nec latũ qui
dem vnguem in eis ſtatui exiſtimemus.
ſiquidem legum earum conditores potiſ-
ſimus fuerit ſcopus ex vtriuſque iuris ſta-
tutis conſtitutiones regias præditas Hiſ-
pano ſermone deducere.

Quibus addã quaſi totius capitis coro
nidem mitius puniendos eſſe ſeniores in
eodem genere delicti idque ſanxit Plato.
ſuis legibus libro.9.ſenibus inquit,peccan
tibus legiſlator præſcribit ſed mitiſsimas
omnium plurimaque venia & indulgen-
tia dignas ex quo & illud Claudiani adſti
Claudius. pulatur de victoria Stiliconis.

*Si non mentis inops fraudataque ſenibus ætas.*
*Præberet veniam nunquã hæc opprobria linguæ*
*Turpia. Danubius me ſoſpite ferret inultis.*

Naturã ipſam quonam modo ad ſenũ
miſericordiam trahi ſicuti autor eſt Diuus
Benedictus in regula monachorum ca.37.
tex.ad id preſtantiſsimus in.l.2.ff.de termi
no.mot.& in.l.ſiquis in graui.§.ignoſcitur
ff.ad Senatus conſul.Sillanian.&.l.fere in
omnibus & inibi gloſſ. ff.de regul. iur.&
in.c.tanta & adnotat Archi.86. diſtinctio
& in capitu.tanta.1.quæſtio.7.&. capitul.
tempora.26.quæſtione.7.gloſſ.& doctores
in.l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his q
notantur infamia & in.l.ſi ſeuerior. C.eo.
titu.gloſſ.in capitu.pœnitentes.50. diſtin
ctio.Albertus Gandinus in tracta. malefi-
ciorum titu.de pœnis columm.15. verſicu.
item in ſene.Bal.cap.1.de maiori & Ouidi.
Plat.in.l.vlti.C.qui etate ſe excuſat.libro.
10.Roman.in.l.ſi vero.§.de viro.Solu.ma-
trimonio.53.fallentia ac proinde (inquit)
gloſſ.in verbo neceſsitate in clemen.pri-
ma de priuilegiis & inibi Abb.ſenectutem
eſſe cauſam diſpenſandi probabilem cum
aliquo ſuper pœna delicti & gloſſ.idẽ pro
feſſa in verbo miſeratio in dicta.l.2.deter-
mino moto.l.auxilium.§.in delictis.ff. de
minoribus idque explicat mirum in mo-
dum Bartholomeus Cæpo.in repetitione
l.ſi fugitiui nume.26.C. de ſeruis fugi.tex.
ad id præſtantiſsimus in.l.ſacrilegii pœ-
na in principio.ff.ad.l. Iulia.peculatus ex
tat hodie regia.l.16.titu.8.par.7. hanc ſen-
tentiam explicat Guilier. Maignerius in
præcitata.l. fere in omnibus. doctores in
capitu.pueris de ſententia excommunic.
Ioannes Igneus idem profeſſus in.l.3.§.i-
gnoſcitur.ff.ad Sillanianum nu.1. ſiquidẽ
ſenectuti deferendum ſicuti Euripides in
Glauco ait.

*Non poteſt autem fieri vt ſenes diu viuãt.*
*Aetas enim longa plurimas affert calamitates*

Et Antiphanes ait.

*Ad ſenectutem enim veluti officinam*
*Omnia hominum accedunt mala*
*Senectus eſt veluit ara quædam malorum.*
*Ad ipſam enim oĩa confugiſſe videre eſt ei quam*
*parecendum.*

Et perpleraque alia deferendum eſt,
ſenectuti explicat omniũ diligentiſsime
Ioann.Stobæus in ſuis ſententiis dedutis
ex theſauris Græcorum ſermone.115.cum
aliis & alia congerit Codrus de Metha- Codrus.
morphoſi humana ſtatque tex.in.l.2.ff.d̃
termino.moto.& Alber.per.tex inibi in-
cohercendis criminibus deferendum eſſe
ſenectuti & eſt gloſſ. quæ expreſsim hoc
ipſum vult in.l.auxilium.§.in.delictis ver
bo,miſeratio & inibi Odofredus.2. col.&
Iacob.de Rabenis Alberi.& alii plerique
inibi gloſſ.in.l.quid ergo.§. pœna grauior
ff.de his qui notantur infamia & inibi O-
dofredus.3.col.& Bar.nu.11. Bal.5. colum.
numero.10.& Angel.& Paul.ad finem il-
lius legis in ea ſunt ſentẽtia.l.aut facta. ver
ſicu.perſona.ff. pœnis.dicta.l.2.ff. de ter-
mino.moto. gloſſ.in,capitu.ſi quem.25.q.
7.Platea in.l.fina.C.qui ætate ſe excuſant
hoc.10.itidem in.l.1.C.de his qui in exilio
dati eo.hoc Bald. in principio in quibus
cauſis feudum amittatur explicat ſi ſane
ſtatuto caueatur ſi quiſpiam commiſſerit
tale delictum ſubiiciatur ter torture ni cõ
fitebitur ſi ſane ſenes fuerant iudex qui-
dem poterit genus tormenti mutare An-
gel.in



gel.in tracta.maleficiorum in verbo quas
ſi non ſoluerit la.2.ad finem Bald. in.l.qui
vnquam columna.5.C.de ſeruis fugiti qui
bus accedit glo.in.l.etſi ſeuerior.C.in qui
bus cauſis infamia irrogatur.quo in loco
Cinus.2.columm.& Angel.& alii plerique
in ea ſunt ſententia & eſt gloſſ. in. l. fere
in omnibus.ff.de regul.iur.quibus nec ad
modum inuitus Hoſtienſ. huic ſententię
accedit in ſumma de accuſatio.§.qui ſit ef
fectus & iſthæc ſententia frequentiori cal
culo recepta conueſtiri poteſt ex.l.reſpi-
ciendum.ff.de pœn.& in.l.ſiquis ait. §.in-
ſtrumenta eodem titu.exiſtimantes in de
lictis coercendis rationem eſſe habẽdam
conditionis & qualitatis perſonarum ex-
tatque hodie regia.l.8.titu.31. par.7.quam
frequentius receptam ſentẽtiam aliquod
axiomatibus vt nihil ampliushac in re de
ſideretur declarabo.

Omnibus ad amuſsim & diligenter pen
ſitatis prohuius capitis coronide inter li-
teratos vtriuſque claſſis illud dubio pro-
cul certiſsimũ eſt ſi ſane criminis reus ho-
micidii ſenex fuerit ob eius delictum pœ
na mortis ordinaria eſt imponenda ſeni
nec vtique minorãda eſt propter ſenetu
tem cum debilitationis ratio ceſſat argu-
mentoque optimo deſeruit quod notant
doctores in.l.prægnantis. ff.de pœnis.ta-
metſi mulier ſit debilitata quæ ſtatim pe
perit, nihilominus poſt partum vltimo
ſupplicio afficienda eſt.quod ſi pœna ſe-
ni imponenda iudicantis arbitrio relin-
quatur grauiori quidem imponenda eſt
iuueni robuſto quam ſeni in qua ſpecie d̃
ferendum eſt ſenectuti atque ita intelligẽ
dam eſſe exiſtimo.l.2.ff.de termino moto.
& omnia alia quæ paulo antea adnota-
uimus.

Hæc vero quæ adnotabimus ex his per
pendi poterit ſi pœna qua afficiendus eſt
ſenex à iure ſit determinata eaque pœna
non ſit vltimi ſupplicii ſed acciſionis mẽ
bri non ita grauiter puniendus eſt ſicuti
iuuenis quod latiori commentario ex-
plicat Baldus.l.quicunque.C,de ſeruis fu
gitiuis. columm.5.verſiculo. 4. caſu quod
ſi pœna vtique pecuniaria afficiendus ſit
ſenex ei deferendum non eſt ſiquidem de
bilitationis ratio ceſſat tex. eſt ad id præ
ſtantiſsimus in.l.ſemper.ff. de iure immu
nitatis vbi conſultus ita ſcriptum relin-
quit maxime ſi nõtam corporis habeat ve
xationem,quam pecuniæ errogationem,
& quibus in caſibus ętas ſenilis à criminis
punitione excuſet explicat Gandinus in
rubrica de pœnis. 10.columna. & latiori
commentario Paris de Puteo in tractatu
ſindicatus in verbo in pœna verſiculo, ſi
dicatur Ludouicus Carrerius in practica
ſua criminali.§.homicidium.6.numero.12.
pagina.364.& Guido de Suza in tractatu
quæſtionum apud quos id iure ſatis rece
ptum eſt.

Inſignis eſt,& admodũ perplexa quæ
ſtio quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus, 16
diſcutitur ſit ne ſenex criminis reus tortu
re ſubiiciendus cum quotidie in cõtrouer
ſiam veniat eam non duxi prætermitten-
dam.Et minime eſſe ſubiiciendum tortu-
re exiſtimo ex tex.in.l.1.§.ignoſcitur.ff.ad
Sillanianum.l.1.§.impubes.ff.eodem titu
lo.in qua ſpecie idem reſpondit Hippoly.
in ſua practica criminali.§. expedita nu.
41.verum eſſe id exiſtimans ſi ſane ſenex
ſit decrepitæ ætatis Franciſcus Brunus in
tractatu de inditiis & torturis.8. Carta.2.
columna.Alexand. & doctores frequen-
tius in.l.milites.C.de quæſtio.in quaqui
dem ſpecie quis cẽſeatur ſenex decrepitę
ætatis explicat Tancredus in compẽdio
ſa quæſtio.21.& qui ſeptuageſimum æta-
tis ſuæ annum egerit exiſtimandus eſt de
crepitę ætatis tex.eſt ad id præſtantiſsim⁹
in.l. maiores.ff.de iure immunitatis & in.l.
ſi vltra.C.de curionibus.libro. 10. & plera
que alia ſenectutis priuilegia congerit Io.
de Platea in.§.item is inſtit. de excuſatio
nibus tutorum numero.27. quibus acce-
dit Syluester Aldobrãdinus in.§. item ma
ior numero.5.inſtituta. eodem titulo, &
Chiſtophorus Iacobatius in tractatu de Senium priuilegia.
concilio libro.1.pagina.60.adhæc quin-
quaginta ſenectutis priuilegia cõgerit An
dreas Tiraquel. in tractatu primo genio-
rum à numero.75.ad finem vſque in illius
libri præfationibus quæ ante eum con-
geſſerat Bartholomeus Cæpol.in tracta-
tu de Imperatore militum diligendo in
principio à numero. 1. vſque ad finem &
pleraque alia congerit Guiliermus Lerro
uille Aleconienſis in diſcretione iuſtitiæ,
& iniuſtitiæ lib.2.c.de ſene ſine religione,
& quid ſit ſenectus explicat Abb.in mane
2.col.de voto.& voti.& ſenectus quo tem

 pore

porc incipiat explicat glo.in prœmio ſexti verbo præfectius & Guiliermus libro.2. in diſcretione iuſticiæ cap.13. de adoleſcēte ſine obedientia& inibi diligenter inſcribuntur omnes hominis ætates.

Principaliter eodem iure diſputari poterit quod ſolicitam dubitationem facit eo caſu quos ſenes torture ſubiiciantur à iunioribus quæſtio incipienda eſt.l.vnius facinoris in principio.ff. de quæſtio.l.1.§. eodem titut.Roman.idem profeſſus in.l.ſi vero.§.de viro.Fallanti.53.ff.de ſoluto matrimonio regia.l.5.titu.30.par.7. inibi Grego.Lopez diligēter hanc quæſtionem explicat & huic ſententiæ me ſubſcribo ea ratione ductus ſiquidem veritas facilius à iunioribus quam à ſenioribus ſcire poteſt ſecundum Salomonem relatum per gloſ. in cap.1.4. q.2. quo fit ab eis tortura incipienda eſt argumento.l.1.§.1. ff. de quæſt. explicat Dinus in tractatu de quæſtionibus verſiculo quo ordine Guido de Suza in eo.traſtatu colum.4.verſiculo.eiuſdem Gandinus in tracta. maleficiorum rubrica de quæſtionibus colum.2,verſicu.nunc videndum & præter hos non deſunt neoterici qui eandem profiteantur ſententiā ſiquidem Ludouicus Carrerius in practica criminali.§.homicidium.num.12.pagina.365. idem exiſtimat & Angel. in tractatu maleficiorum verbo fama publica col. 24.itidem ſi torturæ ſubiiciēdi ſunt pater & filius quæſtio vtique incipienda eſt à patre ſiquidem pater magis timet de filio quam de ſeipſo vti argumento optimo deſeruit tex in.l.iſtæ qdē.ff. quod metus cauſa & eſt tex.in.§.fina.inſtitu. de noxalibus & mox plura in proprio loco latiori commentario trademus agentes de quæſtionibus.

*Tortura à patre inchoāda*

17 Ab eadem radice procedit ad quæſtionis congruam reſolutionem in qua druplici differentia conſiderandos ſenes eſſe teſte Archidiacono in.ca. tanta.86. diſtinctione ſcilicet naturæ prudentiæ culpe,ęterneque glorię,naturæ:vt in præcitato.c tanta & hoc quippe tendit ad defectum ſicuti exiſtimat tex.loco præcitato & in.c. illud.13.quæſt.2.prudentiæ in. c.porro. 14. diſtinctione vbi aſſeuerat quod canicies ſecum prudentia eſt.c.de quibus.20.diſtinctione.c.ancillam.22.q.2. & adſtipulatur, illud melius eſt vmbra ſenis quā gladius iuuenis ſicuti conſtat in ca. 1. & inibi Bal. de renunciatio.culpæ & hoc exiſtimat ad interitum vti maximo apice deſeruire videtur tex.in cap.Paul.7.q .2. æternæ gloriæ de quo illud Pſalmi cogitaui dies antiquos & annos æternos in mente habui. Denique in ſene quippe( ſecundum Titū liuium libro.5.)ad vrbe condita vmbra nomenque hominis relictum eſt vires corporis effetæ: ſenſus oculorum atque auriū hębetes,memoria labatur vigor animi obtuſus & confectus ſenio parum animovalet idemque exiſtimat Saluſtius in Iugurtino & Macrobius in Saturnalibus,& Terentius in hecira & latiori commentario de priuilegiis & incommodis ſenectutis explicat Stobæus ſermon.114.&.115.&116, is inquam in ſententiis & Theſauris Græcorum deductis & Guiliermus Lorrubil. non in eleganter pleraq; alia congeſſit loco præcitato.

*Liuius,*

*Saluſtius.*

Proxime tractauimus de pœnis quæ aduerſus innocentes à iure ſtatuūtur .Cui quæſtioni & illa affinis eſt,quęnā ratio ſit habenda in his innocentibus puniendis iuſta ipſius iuſtitiæ equilibrium in quo celebris eſt, & admodum perplexa quæſtio. An mutus & ſurdus criminis rei facti ex delicto teneantur puniri que poſſunt ordinaria delicti pœna .In quo dubio magna pars authorum multum effuderunt tractatū & deniq; dd. in varias ſciſsi ſunt ſententias quorum alii exiſtimant immunes eſſe à delicti pœna ea ratione ducti: quia & hi ſenſum nec intellectum habent furioſo atque infanti equiparantur text . ad id præſtantiſsimus in.l.ſeruo inuito.§.ſi pupillo ad finem.ff.ad Trebelianū inibi quo exemplo & mutus qui nihil intelligere poteſt per curatorum nempe adiuuatur, ad quod multum adnotat inibi Barto. exiſtimans eſſe ſingularem Paulus & pleriq; alii doctores ibi itidem Barto.in.l.final.ff. de bonorum poſ. infanti idemque prorſus Paulus de Caſtro.& Alexand.in.l.1.de verb.obligatio. vterque columna.2.& huius ſententię authores habeo Ioannem de Platea in.l.1.C.qui morbo ſe excuſant libro.10.Barto. Paul.Imol.Aretinus Alexā. & Iaſ.& frequentius docto.ibi

Secundo conueſtiri poſſet iſthæc ſententia ex capitu.1.an mutus vel alias in perfectus feudū retineat vbi id conſtitutiſsimum



tiſsimum eſt mutum non vtique cenſeri hominem perfectum pollentem ratione & intellectu.

*Ratio,3,*

Tertio ſuffragari videtur tex .in. l.2.ff. de curato.furioſi .& in.l.tertia.ff.de poſtulando & inibi.§.final. inſtituta de hæred. qualitat.& different. & in . § .furioſi verſiculo.primo. inſtituta de curatoribus inibi ſe mente captis & ſurdis & mutis & qui perpetuo morbo laborant qui rebus ſuis ſuper eſſe non poſſunt propter intellectns infirmitatem curatores dandi ſunt.l. prima.verſiculo æque.ff.de muneribus & honoribus.l.4.§.final.ff. de priuilegiis creditorum à qua ſententia & plerique alii diſcedunt id vnum exiſtimantes hos ex delicto teneri ſiquidem teſtamenti factionem habent ſecundum formam tex. in. l. diſcretis.C.qui teſtamenta facere poſſunt tametſi deficiat ſenſus loquelę habēt equidem integrum intellectum & poterunt vtique omnia alia facere perinde vt quilibet homo.Quo fit criminis rei facti afficiēdi ſunt pœnis.

Secundo ſtabiliri poteſt eo iuris adagio hos poſſe facere omnes cōtractus qui conſenſu vel re contrahuntur. l. obligamur.§.final.in quibuſcunque.ff. de actio. & obligatio.l.qui id quod.§.mutus . ff.de donationibus. l. item quia. ff. de pactis. quinetiam contrahere adirique here-reditatem poſſunt & contractus vltro citroq; obligatorios facere tex. eſt in.l.mutum.ff.de acquiren.hæredita.l. mutus. ff. de iure dotium. capitulo cum apud .de-ſponſalibus.quo fit criminis reos factos hos teneri pœna ordinaria delicti quibus ſane præmiſsis pluraque iuris vtriuſque interpretes variis propoſitis diſtinctionibus aducuntur vno tantū iuris axiomate ſic completar in . Siquidem ſi mutus conſtat carere ratione ac intellectu quia ſignis non poteſt illum exprimere tunc equidem infanti equiparatur vel furioſo & is criminis reus factus minime puniri debet quinimo curator ei dandus eſt inquacunque ſit ætate conſtitutus atque eo tendūt iura paulo ante præcitata.

Rurſus ad apertiorem huius capitis reſolutionem illud memoriæ repetere libet ſi mutus minime careat intellectu à ratione tunc criminis reus puniendus eſt actuſque alios pleroſque exercere poteſt ſi legitime ætatis fuerit nec vtique exigitur curatoris authoritas atque ideo pœna delicti ordinaria afficiendus eſt, ſicuti hac in ſpecie ſcribit Ioannes de Imol.in.l.ſecunda. columna tertia . numero . vndecimo. ff.de verborum obligationibus. & Romanus numero.decimoſexto.Alexand.num. 6.Iaſon.columna.penultim.ad finem inibi & eſt tex.ad id celebris in.l.ſiquis in graui verſiculo.mutum.ff.ad Sillanian.vbi cōſultus in ea eſt ſententia mutum à criminis punitione excuſari ea nempe ratione quod non clamauit, quo fit alias teneri, Cui ſententiæ ſe ſubcripſit vincē tius. 6. columna numero quarto.inibi ſententia lata pronunciatum eſſe ita contra mutum qui fuit Socius criminis cum homicida ſicuti author eſt Antonius Gomezius tomo.tertio delictorum capitul. primo numero.69.quibus obiter quod menti occurruit adnotandum eſt hunc mutum criminis reum factum ex confeſsione ſua condēnari minime poſſe declarata ſignis: ſed exigitur teſtium liquida probatio ſic ſenſit & Baldus . in .l. vnica. C. de confeſsis. numero.vigeſimoſeptimo.Roma.in.l. prima.de verborum obligationibus numero 16.Alexand . numero decimotertio. inibi ipſe tamen opinor hūc criminis reum per ſigna interrogandnm eſſe ſaltim pro veritate eruenda.inſignis eſt admodum perplexa quæſtio quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus diſcutitur cuius examē ex profeſſo nobis diſcutiēda proponitur an ſeruus criminis reus afficiendus ſit pœna, & vtique puniendum eſſe perinde ac ſi homo liber pœna afficiendus eſſet delinquēdo.tex.eſt ad id elegās .in. l.hos accuſare. §.ſi ſeruus.ff.de accuſatio.vbi iuris conſultus ita ſcriptū relinquit ſi ſeruus reus poſtulabitur eadem obſeruanda ſunt quæ ſi liber eſſet & eſt tex.in.l.ſciendum.ff.de publicis iudiciis.regia .l. decima. titulo .primo.parte.7.atque ideo pœna mortis naturalis afficiendus eſt ſi ſane crimen exigat & deportationis pœna vti explicat Bart. in dicta.l.hos accuſare.§. ſeruus.& in.§.omnibus eiuſdem.l.quinetiam ſi de delicto cōſtet à ſeruo perpetrato.maiori punitur pœna quam liber.tex.eſt in.l. capitalium §.finali ad finem.& in.l. aut facta.§.perſona.& in.l.in ſeruorū in princ . ff. de pœn. regia.l.octaua. titulo.31.par.7.inibi.*La mas*

 cruda

*crudamente debẽ eſcarmentar al ſierbo que al libre*
explicant doctores in. l. fere in omnibus
ff.de regu.iur.& Luc.de pœn.in.l.vni.C.đ
Colo.Illyri.lib.10.C.Quod intelligendum
eſſe reor ſi pœna corporis afflictiua ex cri
minis punitione eſſet imponenda longe
quidẽ aliter ſi pœna eſſe: pecuniaria tex.
& inibi gloſſ.in præcitata .l. hos accuſare.
§.omnibus vbi conſultus ita ſcribit omni
bus legibus ſerui rei fiunt excepta . l .Iu-
lia.de vi priuata.quia eadem.l.damnatio:
partis tertiæ bonorum publicatione pu-
niuntur , quæquidem pœna in ſeruum
minime cadere conſtat & inibi gloſ.in ver
bo quibus quam communi conſenſu vſ-
*Bar. ſibi con-* que ad Bartoli tempora approbatam eſ-
ſe profitetur Salicetus in.l.ſecunda.C. eo.
tametſi in contraria ſit ſententia Bartol.
ſibi contrarius in dicto.§.omnibus exiſti
mans ſeruum pecuniariter condemna-
ri poſſe in quo dubio Angel.in præcitato.
§.omnibus minime aſſentiri videtur Bar-
toli ſententiæ & Salicetus in dicta.l.ſecũ-
da.& hanc eſſecommunem contra Barto.
aſſeuerat Gregorius Lopez in præcitata.
l. decima litera . i. in qua etiam ſenten-
tia ſibi contrarius fuit Bartol. in .l .prima.
in principio.ff.ſi familia furtum feciſſe di
catur.In qua ſpecie ſi dominus pecuniam
ſoluat pro deliquentis pœna vtique libe
rabitur ſicuti in ea ſpecie intelligenda eſt
regia lex.10.quæ alias negociũ nobis fuit.
19 Quibus & illud ſubiiciam pœnam amiſ
ſionis ciuitatis in ſeruum minime cadere
cum ciuitatem minime habet. probat,
tex.& per totum de ſerui. cognatione in-
ſtituta.& an idẽ ſit in monacho explicat
Speculator titulo.de reo.§.primo .colum.
penultima.verſiculo.ſed an monachus &
inibi explicat an hi legitimam perſonam
habeant ſtandi in iudicio,
20 Illud etiam conſtitutiſsimum eſt con
tra hos criminis reos per teſtes vel confeſ
ſionem propriam probationem vtique fie
ri poſſe ſicuti contra quemlibet hominẽ
liberum vt maximo apice deſeruire videtur
text . in. l. ſeruos in principio. C.ad.l.
Iul.de vi pub. vbi Imperator ita ſcribit ſer
uos qui feciſſe violentiam confeſsionibus
teſtiũ,aut propriis docebuntur.&c.quin-
etiam ſola ſerui confeſsio ſpontanea ſuf-
ficit argumento optimo probat text . in
præcitata.l.ſeruos gloſſ.communi conſen
ſu approbata in.l.ſecunda .§.primo.ff.ſi ex
noxali cauſa agatur.Quibus & illud ſubii
ciam , vt ex confeſsione ſerui is criminis
reus cõdemnetur alia exigũtur indicia vr
gentia alia ſoli eius confeſsioni ſpõtaneę
minime ſtabitur ea duct⁹ ratione cum do
mini præiudicium vertatur gloſſ. paſsim
recepta in.l.cum probatione.ff.de proba-
tio.& inibi Salicet. cui accedit in præcita-
ta.l.ſecunda.§.primo.ſi ex noxali cauſa a-
gatur.ff.numero quarto. & huius ſenten- *Serui coonfeſſionem non ſufficere.*
tiæ authores habeo Socinum in. l.cum fi-
lius familias numer.decimoprimo. de ver
borum obligationibus . & Iaſonem inibi
numero.decimoquinto.Alexand. numer.
quarto.in dicta.l.ſecunda.§. primo . gloſſ.
quæ expreſsim hoc ipſum vult penultim.
ad finem in.l.quicunque.C.de ſeruis fugiti
uis.tex.ad id præſtantiſsimus in.l. quæro.
§.final.ff. de edilitio. edicto. quibus in lo-
cis id ſatis diffinitur.
Ad id etiã pertinet tametſi ex ſerui at
teſtatione aliquot inditiis concurrentib⁹
dãnari poſsit ſeruus nihilominus eius do
minus prorſus poteſt probare contrariũ
vti in hac ſpecie eſt gloſſ. vnica.in.l .ſecun
da.§.primo.ff.ſi ex noxali cauſa agatur in
gloſſ.prima.in medio.quam adhoc notat
& commendat ibi Baldus , & reputat ſin-
gularem & vnicam Paulus ſecunda co-
lumna. numero octauo . Alexand. ſecũda
columna.& Iaſon.columna prima. nume.
4.ex qua gloſſ.& communi doctrina infe-
runt prædicti doctores ibi quod ſi ex for-
ma legis vel ſtatuti pater vel dominus vel
quilibet alius teneatur ad pœnam pecu-
niariam ex delicto alterius ſtabitur confeſ
ſioni ipſius delinquentis etiam in præiu-
dicium tertii ſoluere debentis Bartol.in
præcitat.l.filius familias ad finem. Cui ac
cedit Baldus.in.l.filius familias .prima le-
tura.ff.de iis qui ſunt ſui vel aliem iuris .ni
hilominus cui inter eſt contrarium proba
re poterit . Ad apertiorẽ huius quæſtionis
tractatum quæſtio diſcutitur quæ iuris v-
triuſque profeſſoribus nõ infrequẽter hac
in ſpecie diſputatur tametſi ſeruus poſsit 22
accuſari & condemnari pro delicto ab eo
perpetrato eius tamen dominus poteſt cau
ſe adeſſe eumque defendere ratione pro-
pii intereſſe tex.eſt in.l.ſecunda.C.de accu-
ſatio.vbi Imperator ita ſcribit ſi cuiuſdam
criminis obnoxius ſeruus poſtulatur do-





minus eum defendere poteſt & in iudicio,
aſsiſtere accuſatoribus intentionis reſ-
ponſurus & inibi glo.paſsim ab omnibus
recepta regia,l.10.titu.1. par.7. quod ſi do-
minus ad id citatus minime velit ſeruum
defendere ſed vtique iudicio fortunę eũ
relinquere non præiudicat ſeruo quomi-
nus poſsit ſe defendere text.ad id celebris
in.l. etſi nõ defendatur.ff.đ pœnis.In qua
ſpecie ſeruus in iudicio criminali poteſt aſ
ſiſtere.l.ſi criminis.C.ad.l.Iuli.de vi publi.
Bal.in.l.reos.colu.6.C.ad.l.Iul.de vi publ.
l.cum ſeruus &.l.ſciendum.ff.de publi.iu.
& in.l.ſi ſeruum.ff.de accuſatio.&in.l.Lu-
tius.ff.de pupill.quinetiam dominus pro
ſerui defenſsione procuratorem cõſtitue-
re poteſt,vt in.l.ſuus etiam.ff.de publicis
iud.& in.l.ſeruum quoque.§. publicæ. ff.
de procura. idque non procuratorio no-
mine ſerui,ſednon proprio glo.in.l.1.ff.an
per alium cauſæ appellatio.reddi poſſunt
& glo.in dicta.l.2.explicat Grego.Lop.in
interpretatione.l.10.titu.1.par.7.& an pa-
ter ad defenſionem filii & abbas pro mo-
nacho admittantur explicat Imo. in.l.pe-
nul.§.ad crimen col.14. verſic. item extra.
glo.de publi.iudi.ff.in qua ſpecie iudiciũ
omnino agitabitur cum ipſo ſeruo tanquã
principali perſona, cui tangit negocium
& his conteſtanda ſententiaque diffiniti-
ua proferenda glo.communi conſenſu ſta
bilita in dicta.l.2.C. de accuſatio. Bal.in.l.
filius fami.ff.de iis qui ſunt ſui vel alien.iu
ris lectura.1. itidem in.l.final .§.neceſſitate
C.de boniſque liber.nu.12.Angel.in.l.cum
filius familias.ff.de verbo.obligatio. ad fi
nem.Tametſi perperam cõtrarium exiſti-
mauerit Salicetus in dicta.l.2. C.de accu-
ſatio.hinc ſequitur tametſi principaliter
contra aliquem agatur licet tertio fiat prę
iudicium in conſequentiam non ideo il-
le tertius citandus eſt text.eſt in.l .ſæpe.ff.
de re iudicata & ibi paſsim doctor.& Bar.
in quæſtione.3.final.columna in ſuis quæ
ſtionibus.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Si artifex ſit celebris magnique nominis ob inſignem eius peritiam pœnam eſſe remittendam.*

2 *Hinc etiam an & iudex ob delinquentis merita in rem publicã collata pœnam minuere poſsit diſcutitur.*

3 *Et quid ſi ſint merita maiourm coniunctorũ que ipſius delinquentis.*

4 *Perpenditur natiuus intellectus & ex mente literæ recipiendum reſponſum l.ad beſtias.ff.de pœnis.*

5 *Quando iudex pœnam legis ordinariam minuere in mitiorem commutareque poſsit diſcutitur*

6 *Si iudex diſpenſandi non habeat poteſtatem poſsit ne legis pœnam temperare aut augere.*

## Lex ad beſtias.ff. de pœnis aliter intellecta quam hactenus à cæteris fuerit.

## Cap.XXXIII.

AD beſtias damnatos (in
quit Paulus) fauore po
puli præſes dimittere
non debet:ſed ſi eius ro
boris vel artificii ſint,
vt dignus popu. Rom.
exiberi poſsint principem conſulere de-
bet.hactenus conſultus.Ex qua deciſione
paſsim iuris interpretes adnotarunt pœ- 1
nam eſſe vel remittendam vel minuendã *Ob delinquẽtis robur pœna remittentur.*
delinquẽti ob inſignem eius peritiam,ſeu
ex eo quod artifex ſit celebris magnique
nominis & ideo reipublicæ maxime vti-
lis vnde equum eſt ob publicam vtilitatẽ
mortis pœnam & ſimilem ei remittere &
condonari iuxta proportionem inſpecta
delinquentis qualitate & ita interpretati
ſunt.l.illam in verbo.exiberi Oldra.Albe
ri.Odofredus cæterique interpretes exibe-
ri ideſt in gratiam relaxari & huius ſenten
tiæ authores habeo in albo primariæ do-
ctrinæ poſitos inter quos Coſmas Gumer.
in pragmatica ſanctio.Gallica.iuncta tex.
inibi in ca.1.§.ſint viri .de numero & qua
lita.Cardina.Bonus de Curtili.in tractatu
nobilitat.3.pa.nu.60.&.68.Bartho.Cæpol.

in.l.mercis appellatio.ff.de verb.ſigni:nu.
15. itidem cautela.1.nume.1. & in.l.contra.
C.de vſu.nume.18.ſufultus ratione tex.in
l.qui cedem.in verſiculo. facilius. ff. de ſi.
Hippoly.in .l. vnius.§. cogantur numero
79.ff.de quæſtioni.folio .paruo. 126.Chaſa
ne.in cathalogo gloriæ mundi.10.part.cõ-
ſideratio.30.Dionyſius Rubinus in repe-
tione.l.filius familias.§.diui.fol.quinto.co
lumna.4.ff. delega.1.Iacob . Baulen.in re-
petitio.l.capitalium.§. famoſos.ff.de pœ-
nis.limita.35.fol.29.Roma.ſingu.717 .& an
te hos Dinus hanc profitetur ſententiam
per tex.ibi in dicta.l. ad beſtias liberaſſe
quendam criminis reum à mortis pœna.
Paris à Puteo.in Syndica.tracta.in verbo.
pœna in princip. aſſeuerat in praxi ſe ob-
tinuiſſe Roma.ſingula.11.& iterum ſingul.
461.Matth.Afflict.nec admodum graua-
tus his accedit in proœmio.conſtitutio. Ce
ciliæ in principio nota.9.itidem.§. nos ita

*Iudex pœnæ executionem ſuſpendere debit.*

que.6.notabile Felin.3.colum.in. cap.con
querenti de officio.delega: Iaſ.in.l.lex eſt.
ff.de legibus Cæpol.cautela.2.ex nouiori-
bus Ioan.de Arno.in epito.53.Ludo. Car-
re.in prati.criminali.& homicidium n. 72.
pagina.549.Dida.à Couarrubias San.Do-
minici.Archiepiſcopus Deſignatus aſſe-
uerantes iudicem pœnæ executionem de-
bere ſuſpendere principemque conſulere
vt & ipſe princips pœnam delinquenti re
mittat.Sunt pleraque in vtroque iure ſan
cita,ob inſignem,& excellentem alicuius
dignitatem,quæ traduntur in capitulo.de
multa de præben.& in cap. quia periculo
ſum de ſententia excommunicatio.Barba.
in Rubrica.de iuramen. calumni. Iaſ.in.l.
iubemus de iudic.C.Hipp.in.l.1.§. ad quæ
ſtionem.ff.de quæſtio.Alci.libro.9. parer-
gon . cap.vltim.Felin.in. cap. cum illorũ
2.de ſenten. excommunicatio. vbi verba.
2 facit de artifice & pictore.in arte excel-
lente , & omnibus unmeris abſoluto
ob crimen ab eis commiſſum immunes
eſſe.

Hinc deducitur,eodem iure licitum eſ-
ſe iudicem ob delinquentis merita& bene
ficia.in rem publi.collata pœnam minue
re vel omnino remittere , ex.l .ſecunda.§.
poſt ea cum Apius.ff.de origi.iur.vbi dif-
finitum extat cum Apius ſcriba librum
legum Apio ſurripuiſſet populoque tra-
diſſet non ſolum impune tulit quod ſurri
puiſſet ſed & præmiũ ob id ꝙ populo tra
didiſſet cõſequutus eſt tex.ad id celebris
in.l.non omnes .§.vltimo.ff. de re militari
cuius meminit pro ſingulari Roma. ſingu
lari.538.cuius initium eſt nullus niſi prin-
ceps Barba.conſilio.11.columna.4.libro.4
& iterum conſilio.26.columna. penultim.
libro ſecundo.Raphael Fulgoſi. conſilio.
124.præſuppoſitis ſtatutis columna .vlti-
ma allegans tex.in.l. quinque ſnmantes.
C.de decurionibus . libro.10. Alexander,
conſilio.19.circa primum volumin.7 . Soci
nus Fallenciarum tractatu regul.229. lex.
generaliter loquens tex. ad id celebris in.l
1.inibi ob merita indulſit.ff. de conſtituti.
principum.§.ſed & quod principi verſic.
plane ex his de iure naturali in glo.in ver-
bo ob meritum & inibi Ioann.à Platea &
Angel.qua in re & Liuius grauiſsimus au
thor libro. 1.ab vrbe condita. ſcriptum re

*M. horatus ob merita à pœna Libertus.*

linquit.M.horati. qui paulo ante Impe-
rium Popul.Roma. ſua vertute peperiſſet
quippe qui tergeminos curiatos intereme
rat ſororemque ſuam dum rediret à victo-
ria obuiam ſibi factam mortem: vnius ex-
curiatis cui ſponſata fuerat flentem gla-
dio transfixit à populoque Romano ab-
ſolutum fuiſſe magis virtutis admiratio-
ne quam iure cauſæ vt tamen cedes mani
feſta aliquo piaculo lueretur imperatum
patri Horatii vt filium expiaret pecunia
publica cuius plerique alii eminere in-
terquos & Valerius Maximus rerum me
morabili.libro.6. capitulo 3. Et rurſus li-
bro.8. capitu.1. Dionyſius Alicarnaſe . li-
bro.3.Cicero.in illa oratione pro Millone
quam hiſtoriam ſignanter conſcripſit Ari
ſtides in libro Itallicarum rerum Plutar-
chus in ſuis paralelis ſimilemque hiſtoriã
recenſet Plutarchus tum in vita Fabii Ma
ximi tũ in Romanorũ Apophthegmatis.
Et Cornelius Nepos in libro de viris illu-
ſtrib⁹ quo loco de Fabio. Maxi.ſcribit Va
lerius Maxi.lib.7.c.3.

In eandem ſententiam libet adnotare
quod & apud oratores deprecationem
vocant vt apud Tulium libro veteris Re-
to.ſecũdo.deprecatio eſt,inquit in qua nõ
facti defenſio, ſed poſtulatio agnoſcendi
continetur,& illico rei exemplum ſubii-
cit vt ſi pro aliquo claro,aut forti viro cu
ius



ius in rẽpublicam multa ſint beneficia, &
libro primo artis Rethoric.ad Herenium
& idem ſcribit libro ſecundo.eiuſdem o-
peris.Et Tullius pro Annio Millone vt Clo
dii interitus Milloni propter multa illius
præclara in rempublic. merita condone-
tur,idem in oratione pro Lucio Flacco.
& in ſeptima vltimaque actione in Ver-
rem & libro ſecundo.de orato . & Cicero.
in oratione pro flacco ait ſemper graues,
& ſapientes iudices in rebus iudicandis,
quid vtilitatis ciuitatis quid communis
ſalus quid reipublicæ tempora poſcerent
cogitauerunt & Liuius libro ab vrbe con
dicta.60.

*Sacre pagine teſtimonia.*

Et præter hos ſunt ſacræ paginæ teſti-
monia ſicuti primo Regum. decimoquar
to.2.2.quæſtione ſecunda.diffinitur Iona-
tas contra regis edictum fauum mellis an
te veſperum commedit nihilominus,quia
illa die Pheliſteos deuicerat , ſalutemque
in Iſrael fecerat piis precib⁹ populi à mor
te liberatus eſt cuius meminit Ioannes de
Liniano in tractatu de bello capitulo.de-
cimo nono.

Quibus & illud adiiciam vt non ſolum
propter merita illius propria delinquit,
3 ſed vtique maiorum coniunctorumque
ipſius delinquentis mitiori quidem pœ-
na afficitur ſicuti conſtat,quod venenicæ
cognomento calipatera cum virum habi
tu mentita ludis interfuiſſet vbi Phiſito
dum filium coronatum vidit cognitaque
ac quæſtione habita,quod ad interdictos
mulieribus ludos veniſſet duorum meri-
tis abſoluta eſt cum tamen ſecundum le-
gem huius criminis rei ſtypeo prærrupto
monte præcipitabantur, ſicuti huius rei
authores ſunt grauiſsimi Aelianus de va-
ria hiſtoria Pauſanias libro quinto & Tul-
lius libro ſecundo de inuentione ait opor
tebit,eum qui ſibi vt ignoſcatur poſtula-
bit commemorare ſi qua ſua poterit bene
ficia & paucis interiectis deinde maiorum
ſuorum beneficia ſi qua ſtabunt proferre
Tacitus libro vndecimo . tradit Plautio
Laterano mortem quam ex ſceleribus me
ruerat fuiſſe remiſſam ob meritum egre-
giũ patrui.Et Tullius in oratione ꝓ Balbo
ſeruos bene à republica meritos per ſæpe
libertate publice donari videamus.& Li-
uius libro tertio ab vrbe cõdita ait Apius
dum in vincula duceretur maiorum meri
ta in rempublicam commemorabat , quo
pœnã de præcaretur,ſiquidem parentum
merita ad liberos quoque trãſeunt ex Bal-
di conſilio.355 .præmittendum eſt colum
na ſecunda.libro primo. Socinus conſilio.
84.accuratiſsime columna terti.verſiculo
ex quibus in propoſito volumine ter-
tio.

*Intellectus ſupradictorũ*

Ego ſane difficilem hanc quæſtionem
ita diffiniendam eſſe opinor niſi grauiſsi-
mum crimen in rempublicã commiſiſſet
ſiquidem non magis ſua ipſius merita à
pœna tam ſceleſti facinoris vendicari de
bent quam olim vendicarunt Mãlium ca
piolinum qui etſi ſexdecim annorum vo-
luntarium militẽ ſe obtulit pro republica
& ſalute populi qui viginti tres cicatrices
in pectore habuerit , & triginta ſeptem
militaribus donis à ſuis ducibus ornatus
capta vrbe author in capitolium fugiendi
nocte quodam excitatus clangore anſeris
Gallos deiecerit patronuſque a ciuibus
populi Roman.nihilominus quia liberta
tem reipublice opprimere, & regnũ affe-
ctare cõuictus eſt ex ſententia populi Ro
mani nulla meritorum habita ratione de
Saxo tarpeio ignominioſe præcipitatus
eſt bona publicata domus prorſus dirup-
ta,& eius notam à Senato conſulto ſanci-
tum eſt ne cui de maliã gente Marco co-
gnomen eſſet author eſt Liuius libro ſex
to.& Plutarchus in camillo. Valerius Ma
ximus libro.7.capitulo. 3. Plinius libr.de
viris illuſt.

Et quæ longo ſubſellio tractauerimus,
quoad intellectum legis ad beſtias. ſcitu
non indigna aliqua notanda ſunt , tamet
ſi communi conſenſu intellectus paulo an
tea adnotatus communiter recipiatur , ad
dictam .l.ad beſtias ego tamẽ miror quod
ſumni canonum & legum magiſtri à lega
li ratione tam facile denegauerunt , in il-
lius.l.ſpecie.

Ipſe tamen â communi errore diſce- 4
do.inteligo leg.ad beſtias aliter ,quam ha
ctenus à cæteris fuerit:ſiquidem qui ad be
ſtias dãnati ſunt & eos qui beſtiis obiecti
ſunt differentiam. dd. conſtituũt ſed mihi
videtur apertiora eſſe iuriſconſulti verba
Igitur hoc habeto, eos qui à præſidibus
prouinciarum ad beſtias ex delicto con-

 damnabuntur

damnabuntur, ſolitos eſſe in ipſiſmet pro
uincijs beſtijs obijci:nec ex fauore popu-
li debuiſſe præſides quidquam referre : ſi
tamen eius artificij roboriſque ſint vt po
te in ſpectaculis quæ Romæ fiebant,ocu-
los ſpectantium morari poſſint:tunc de-
mum Princeps eſt conſulendus an velit
eos damnatos ad Romam mitti,vt beſtijs
ſubijciantur,in populi Romani munerib⁹
Nec itidem de alleuatione pœnæ quicq̃
in illius legis ſpecie agi arbitror, ſed ſolũ
quidem de rei tranſactione : cum enim in
aliam prouinciam ſine principis iuſſu tra
duci non poſſint,qui propter eorum arti
ficium exiſtimet Romam potius mitten-
dos,conſulere tunc principem debet.vt ĩ
reſponſo illius l.ad finem legitur,alioquĩ
damnatos ſubijci beſtijs non Romæ tan-
tum ſed in prouincijs . oſtendit Aſinius
Pollux in epiſt.Ciceronis lib.decimo.Cu
ius meminit Alciatus huic intellectui pro
pitius lib.2. Parergon capite vigeſimo o-
ctauo. Quo in loco cõtendit non probari
quod communiter ab ea l.ad beſtias dedu
citur . Cui ſe ſe ſubſcripſit ex nouioribus
Didacus à Couarruuias eo loco cuius an-
tea meminimus exiſtimans ipſum iudicẽ
6 poſſe proprio iudicio & ſententia ob per
ſonæ dignitatem & excellentiam pœnã
legis ordinariam minuere & in mitiorem
commutare & iudicis recti & prudentis
arbitrio multa relinquuntur.

Conſtat planè iudicem poſſe proprio
iudicio &,ſententia legis pœnã: vel auge-
re,vel minuere.l. quid ergo.§. pœna gra-
uior,ff.de his qui notantur infamia ; cap.
de cauſis.de officio delegati . cap.vltimo.
de tranſactio.cap.at ſi clerici.§. de adulte-
rijs.de iudi.Abb. ſignanter in cap.niſi. de
offic.delega.& in cap.tertio. de pœnis. &
interpretum ferè maior pars in præcita-
to.§.pœna. quod intelligendum forè opi
nor, tametſi lex certam ſtatuerit pœnam
dictionibus appoſitis prçciſè omni mo-
do,& pleriſque alijs ſimilibus Ioan. And.
Hoſtienſ.& doctores paſsim in cap. quali
ter in ſecundo. de accuſatio. quo in loco
Areti.num.24. idem profeſſus, eorundem
meminit aſſeuerans hanc eſſe frequentio-
ri doctorum calculo receptam ſentẽtiam
etiam qui iudicandi munus habet,ſit eius
conditionis, qui quidem ſuper eo crimi-
ne diſpenſare non valeat . Quod nomina-
tim prçfati doctores ſentiunt.Quibus nec
aliquo iuris apice deſeruire videtur gloſ-
ſa in præcitato capi.tertio. Quam & inibi
Antonius Ancharanus,Ioannes Andreas
Innocentius Felinus nume.33.in dicto.ca.
qualiter . Henricus etiam in capitu.in ar-
chiepiſcopatu. de raptori.qui omnes eo-
dem marte dilucidaque voce proteſtati
ſunt iudicem qui non poteſt ſuper eo cri
mine diſpenſare nequaquam poſſe minu
ere pœnam à lege ſtatutam.Quod id verũ
eſſe opinor, poſtquam iuxta legem lata
fuerit ipſa coudemnationis ſententia,in
ea quidem ſpecie minime poſſe ſententiæ
& legis pœnam minorare iudex qui diſ-
penſare non valet ſuper eo crimine,teſti-
bus Calderino & Abbate ĩ prædicto capi
te tertio.

Cæterum & illud obuium eſt quod e-
tiã diſcuti ſolet in hoc duntaxat tractatu
priuſquam ſententiam ferat iudex quicũ
que is ſit etſi diſpenſandi non habeat po
teſtatem poterit quidem legis pœnam tẽ
perare. ſicuti & augere.Aliud eſt diſpenſa
re ſuper crimiue & eius pœna,aliud legis
pœnalis rigorem ex aliqua cauſa minue
re vt ſenſit Innocentius in capit. dilectus.
de tẽporibus ordinandorum.cauſas verò
quibus iudex perſuaderi ad pœnæ lega-
lis commutationem aut diminutionẽ tra-
dit eleganter Lucas àpenna in lege prima
C. de colonis illyricenſib .Libro vndeci-
ma aliquot Felinus in dicto capitul.qua-
liter§.ad corrigendos.numero.37.Quibus
adde quæ eleganter hac de re ſcripſit Al-
phonſus à Caſtro libro ſecundo de pote
ſtate legis pœnalis cap.duodecimo & de
cimo tertio. Quod ſi iudex vt plerunque
fieri ſolet aliquem ob crimen damnaue-
rit pœna pecuniaria intra decem dies ſol
uenda,hoc addito quod ſi eam intra id tẽ
pus non ſoluerit publicè reus flagelletur:
nihilominus non ſoluta pecunia intra eũ
diem poterit iudex pœnã eandem pecu-
niraiam omiſſa corporali executioni mã-
dare ſecundum Corneum conſilio quin-
to.libro tertio & nos trademus de ratiõe
pœnç agentes numero .9. & capitu.2.nu.
18.ſupra.

Ex



## Ex capitulo ſequenti.

1 *Perpenditur non inconcine Cardinalium pri-
uilegium.*

2 *Vltimo ſupplicio condemnatus obuians cardi
nali qui & eius pilum imponat immunis
ſit à criminis pœna reus.*

3 *Reipublicæ intereſſe delicta puniri.*

4 *Adhuc inquiritur tametſi verum ſit priuile-
gium cardinalium,aliquot ſubiiciuntur ca
ſus inquibus non erit locus eidem.*

5 *Confugiens ad prætorium principis Hiſpania-
rum immunis eſt à criminis pœna.*

6 *Vltimi ſupplicij reus condemnatus ſi meretri
cem , quæ eſt in patilblo duxerit immunis
quidem eſt..*

7 *Meretricem dici quæ exercens libidinem quæ
ſtum facit & inibi pleraque veterum re-
ſponſa enucleata*

8 *Vulgaris mulier,an & meretrix ſit diſcu-
titur.*

9 *Meretricem dici,quæ cauſa quæſtus duos ad
coictum admiſſit meretricem quæſtum
facere compelli non poteſt præter alios
diſcutitur*

10 *Abicinia expellendam fore meretricem at
que in lupanar relegandã dubio procul con
ſtat.*

11 *Perpenditur,regia conſtitutio.62.in Taurino
conuentu lata quæ prohibet ob pecuniam
debitam fœminam deduci ad publicum
carcerem.*

12 *Et an ſi debitam ex delicto deſcendat ad car
cerem deduci poſſit traditur.*

13 *Fœminas in carceres duci non poſſe matres
familias ratione adminiſtrationis tutelæ*

14 *Adhuc inquiritur circa intellectum regiæ.l.
62 tauri.*

15 *Criminis homicidij reus ad eccleſiam confu-
giens immunis quidem eſt.*

16 *Confugiens ad euchariſtiam manibus per ſa
cerdotem portantem immunem eſſe.*

17 *Quid etiam de ſacro baptiſma diſcitur*

# Priuilegium Cardinalium circa criminis reos liberandos aliter declaratum quam hactenus à doctoribus fuerit Cap. XXXIIII.

Proxime quæſtioni, &
illa accedit , præter alia
quæ maxime in huius
capitis interpretatione
adnotanda ſunt non in
tempeſtiue diſputatur,
quæſtio illa paſsim con
trouerſa in qua plura extant doctorum re
ſponſa,An verum ſit quod explicant do-
ctores,Cardinales ex conſuetudine habe
re nempe priuilegium vt poſsint damna-
tum ad mortem liberare dum ad ſuppli-
cium ducitur,& plerique vtriuſque claſ-
ſis viri in ea ſunt ſententia habere hoc pri
uilegium peculiare, ſi obuiẽt criminis reo
imponendo pilium à criminis pœna im-
munem facere,& huius ſententiæ autho
res habeo Bald.in.l.addictos ad finem.C.
de appellatio.cuius meminit idem pro-
feſſus Paulus inibi Salicet.Cæpola in cau
tela,prima.in principio Hippoly.ſingula
ri.273.Iaſon.in.l.1.nu.1.C.ne liceat poten
tiores & non in eleganter Marti. Laud.in
tracta:quem prodit de ordinalibus.quæ-
ſtione.6.Caſtaldus in tractatu de Impera
tore quæſtione.67.fol.166.nu.3. pleroſque
alios congerit Alberi.in titu.epiſcop.vel
Abbate in vſibus feudorum in principio
col.7.Feli.in.cap.conquerenti.n.6. de offi
cio.delega. & omnium diligentiſsime id
adnotat Andre.Barba.qui pleriſque aliis
axiomatibus id explicat de præſtantia
Cardinalium prima parte. quæſtione no-
na.numero primo Ioann.à Nebizanis in
Sylua nuptiali libro primo.numero.93. fo
lio decimooctauo columna ſecunda. Ro-
ma.ſingulari.335.& ex nouioribus hanc ꝓ
fitentur,ſententiam Cathalia.cota in me-
morabilibus iuris verbo Cardi. Ludo.Go
mez.in.§.pœnales.n.50.inſtit.de actio.Ca
ſanc.in conſuetudin. Burgundiæ titu.des
iuſtices rubri.1.§.quinto.numero .10. col.
tertia.fol.531. &.69 .columna tertia. Cor-
ſetus . in ſingulari incipienti Cardinalis
Amodeus

Amodeus in traƈtatu ſindicatus numero
153. Paris de Puteo eodem traƈtatu in ver
bo pœna verſiculo an ſi primo. Ludoui-
cus Carrerius in praƈtica criminali §. ho-
micidium, numero ſeptuageſimo quarto
pagina 145. Remigius de Goni de immu-
nitate eccleſiarum. decima nona amplia-
tiõe apud quos ita paſſim iſthec quæſtio
admittitur, vt improbari minime poſſit.
In præſenti autem queſtione vix eſt vt
admittam tantam huiuſce priuilegij effi-
caciam. De quo etiam dubitat Andreas
Barbatius loco, cuius nos antea mentio-
nem fecimus. Matthæus de affliƈtis in ti-
tulo de pace iuramen firmanda. in princi
pio col. 5. numero 8. folio 133, & Zazius in
l. aƈta. de re iudicata. ff. aſſeuerat in ea de
qua agimus ſpecie cardinales vſurpare cõ
ſuetudine quadam propria vſurpare ſibi
hoc priuilegium.

In quo dubio alij alia adiecerunt, quæ
nobis proſequi non eſt animus. ipſe tamẽ
aliquot axiomatibus ex plenioribus do-
ƈtorum commentarijs petenda arbitror,
cum quotidie in controuerſiam veniat, &
paucis comprehendi nequeant quę dicẽ-
da ſunt.

1 Et primo illud conſtitutiſſimum eſt
cardinalibus minime hoc priuilegium cõ
petere poſſe ex eo quod cardinales ſunt,
nec itidem quia legati de latere ſint, qui
quidem nec vtique contra iuris ordinem
diſponere poſſunt gloſa ſingularis in ca-
pite finali. de hæreticis. libro ſexto. Cui e-
tiam ſimilis eſt in capitu. in dignitatibus
de eleƈtion. libro ſexto. & in Clemen. ſæ-
pe. de verborum ſignificati. Speculator in
titulo de legatis. Pleraque id genus alia
congerit huic rei maxime deſeruientia. at
lege & ratione cautum eſt ad necem vſq;
damnatum eximi non poſſe ex ratione
text. in l. addiƈtos. C. de epiſcopali audiẽ
tia. Et ex nouioribus explicat Ludouic.
Carrerius in praƈtica criminali. §. homici
dium 6. numero. 74. Bernard. Diaz in pra
ƈtica criminali canonic. cap; violẽtiæque
illatores. Et nos alibi pleniori manu tra-
demus. Quo fit vt nunquam illorum mi-
5 hi placuerit tanquam ſuperſticioſa reli-
gio contrarium exiſtimantium, qui huiu
ſcemodi commentiis & conſcientias illa
queant & leges bene & præclarè ab anti-
quis conſtitutas conuellunt.

Et minimo quidem apice deſeruire vi
dentur ea quæ à noſtræ tempeſtatis homi
nibus obiiciuntur, ſcilicet hos cardinles
habere hoc priuilegium. Siquidem ſi à pa
pa emanauerit in terris imperij, nec vti
que eo priuilegio gaudere nec frui debẽt
ſumens rationem ex gloſſa in Clementin.
diſpendioſam. de iudicijs. Cuius meminit
Baldus reputãs pro ſingulari in lege fina-
li C. de vſuris. Et conueſtiri ſtabilirique
hæc ſententia ex textu in concilio Vien-
nenſi. in clementina, Paſtoralis de re iudi
cata. Vbi definitum. Regm Ciciliæ nec v-
tique imperatori paruiſſe: quoniam eius
ditioni ſubditus non erat. Ioannes Andr.
his omnibus ſuffragatur in capitulo pri-
mo. de homicidio. lib. ſexto. Innocẽtius
in capitu. ſignificaſti. de officio delegati.
Ancharanus in capitu. ea quæ. in decima
quæſtione, de regul. iuris. libro ſexto. Et
argumento optimo deſeruit textus in ca
pitulo. Cum epiſcopus. de officio ordina
rij. eodem libro. capitu. poſtulaſti. de iu-
dciis. cepitu. ſecundo de maledicis. Ecce
qui ſapis qui probus es qui iuris veritatẽ
amas, quam ancipiti quæſtione iſthæc cõ
ſiſtat opinio. Verum eninuero illi hanc
quæſtionem non ſatis diſcuſſerunt: tamet
ſi tota fere vtriuſque iuris ſchola in id cõ-
ſentiat.

Cæterum nec admittendum eſſe hoc
priuilegium à Romano Pontifice emana 2
ſſe: eo potiſſimum cum Reipublicæ inter
ſit deliƈta puniri & caſtigari. capitu. vt fa-
mæ. de ſententia excommunicationis. l. i-
ta vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Rur
ſus ſancitæ ſunt ſacræ leges, vt humana
coerceatur audacia. capitu. faƈtæ. quarta
diſtinƈtione. Et ſcriptum eſt Non permit
tes maleficos viuere ſuper terram. Nec itẽ
crudelis eſt qui criminis reos occiderit. ca
pitul. qui homicidas. capit. non eſt crude-
lis. 23. quæſtione. quinta. Ec miror quomo
do à tam laudatis & præclaris viris ſuper
ea conſuetudine tanta faƈta eſt inſtantia,
quæ mea quidem ſententia omni caret &
dnbitatione: ſiquidem nec admittendum
eſt hoc priuilegium habere ex conſuetu
dine. tametſi Baldus & Salicetus in his lo
cis de quibus & nos paulo antea mentio-
nem fecimus ac plenioti manu tradidim⁹
cæteros in errorem falſamque opinionẽ
attraxerunt: Siquidem talis conſuetudo
cum



cum ſit potiſsimum cõtra ius diuinum ad
mittenda non eſt, cum per eam via ad de
linquendum paretur domini. in diƈto ca-
pitu. faƈtæ eſſetque contra reipublice pa-
*Concra reipublice pacificum ſtatum.*
cificum ſtatum, quo fit cum iſthæc con-
ſuetudo ſit à ratione & à lege deuia admit
tenda non eſt ex ratione tex. in. l. ſiue hęre
ditaria. ff. de nego. geſtis. l. conuenire. ff. đ
paƈtis & præter alia maximo apice huic
quæſtioni de ſeruire videtur. ca. cum ab o-
mni ſpecie mali. de vita & honeſta. cleric.
vbi diffinitum extat reiiciendum eſſe id
qđ præſefert aliquid mali, ſed huiuſcemo
di eſt talis cõſuetudo. Quo fit tale priuile
gium vim nec vtique effeƈtũ obtinere ſic
n. & antiqui iuris contentio dirimitur &
immenſa librorũ volumina ad mediocrẽ
modũ tãdẽ puenitur & is quę in oppoſitũ
ab illa tã grandi multitudine adducuntur,
reſponſio ex ſuperioribus conſtat atque
ideo in veritate decipiuntur doƈtores, &
ſuo fruſtrantur, voto. Ex prædiƈtis non ſo-
lum apparet opinionem Bald. & aliorum
nihil habere veritatis, ſed & in ſuper Bal.
in eo quoque manifeſti erroris conuinci.

3 Vt nihil hac in re đſideretur, & vt pau
cis diluantur, errorum cauſæ eſto quod vel
lis communem errorem ac Baldi. aliorum
que ſententiã defendere adhuc arbitror
minime procedere in eo qui hæreſeos cri
mine damnatus eſt, ex. l. quicunque. C. de
epiſcop. & cleric. in qua diffinitum extat
neminem poſſe hæretice prauitatis reum
defendere eo maxime ſi in crimine læſæ
mageſtatis Imperatoris non habet locum
nec vtique in crimine læſæ mageſtatis di-
uinæ ſicuti apud omnes conſtitutiſsimum
eſt cum æqua lance æquoque libramine
procedant hęreſeos crimen & læſæ mage
ſtatis. l. ſi quem quam. C. de epiſcop. & cle
ricis cap. licet Heli. de ſimonia. ca. in fidei
fauorem de hæretici.

Rurſus alius ſubiicitur caſus in quo iſt
*De eadem re*
hæc criminis reus immunis non eſt tamet
ſi obuiet Cardinali nihilominus pœna cri
minis ordinaria afficiendus eſt ſi ſane reus
criminis falſi faƈtus ſit ſicuti diffinitum
extat in. l. Lucius. ff. ad turpi. ex quo text.
ſumens rationem Ange. in diſputatione in
cipienti exorta guerra aſſeuerat ſi ex mã-
dato dominorum banitorum generalis cã
celatio fiat nec vtique venire nec compre
hendi banitus de crimine falſi ſumens ra-
tionem ex tex. illo ita opinor in hac ſpe-
cie eſſe diffiniendum.

Tertius ſubiicitur, caſus in quo nec cri
minis reus immunis erit tametſi Cardina-
lis pilium imponat ſi commiſsit deliƈtum
atrox ſicuti conſtitutiſsimum eſt, apud
Ancharan. in capitu. 1. de homicidio. & in
capitu. cum non ab homine de iudiciis. ca
pitu. eaque de regul. libro. 6. quæſtione. 19.
huic ſententiæ accedit gloſſ. in. l. 2. ff. de ar
bo. furtim Ceſarum vbi diffinitum extat
propter criminis atrocitatem quem eſſe
beſtiis ſubiiciendum & eſt tex. in ratione
ſui in ca. mulier. 15. quæſt. 1. l. prouinciarũ
C. de feriis. Bal. in. l. 1. C. ne ex deliƈtis de-
funƈto. Innocent. in. capitu. 1. de conſtitu-
tion.

Quartus ſubiicitur caſus ſi reus crimi
*De eadem re*
minis eſſet contra patriam Cardinalis pri
uilegio poteri non poteſt ex eleganti An
geli doƈtrina in diſputatione incipienti
exorta guerra deducens rationem ex. l. qs
quis. C. ad. l. Iuliam mageſta. exiſtimante
ex generali cancelatione banitorum mi-
nime comprehendi banitum cõtra patriã
crimen committẽtẽ atque in rem publicã
& nos pleniori adnotauim⁹ manu de par
ricidiorum pœnis agentes ſupra in qua
ſpecie alia alii adiecerunt quæ nobis proſe
qui non lubet cum à ſingulis prope ſcri-
ptoribus fuſe explicetur nec citra tediũ
ſæpius repeti poſſunt & nos non eo con-
ſilio ita ſcribimus tanquam ſola legi vel-
limus: pleraque enim bene ab aliis diƈta
ſunt quæ inde petere ſtudioſi debent.

Quibus ſubiicitur caſus in quo hu-
ius criminis reus à criminis pœna immu-
nis non eſt, tametſi cum commune erro-
re admittamus Cardinales hoc peculiare
priuilegium habere non poſſe per ſubſti-
tutum vti cum potiſsimum priuilegium
adhereat ſuæ dignitati ex textu qui adeo
prægnans eſt pro hac parte vt aliter mea
quidem ſententia intelligi non poteſt in
l. ſeruus ſi hæredi in verſiculo perſonæ
duntaxat eius qui demoſtratus eſt. ff. de
ſtatu. liberis & ſuffragatur Baldus in ca-
pitulo primo. §. ſi quis vero de pace iura.
firmanda in vſibus feudorum. apud quem
conſtitutiſsimum eſt ſi ſtatuto municipa-
li caueatur offenſo licere vindiƈtam face
re eã minime poſſe exercere p̄ ſubſtitutũ
itidem profeſſus aſſerit Bald. in. l. accuſa-
tionis

tionis C.quod metus cauſa ſumens ratio-
nem ex textu in leg.cum patronus.ff.de
legatis ſecundo. Cuius meminit Angelus
inleg.3.C.de bonis damnatorum.Hæc fu-
erunt candide lector quæ in expoſitio-
ne iſtius quæſtionis breuitati ſtudendo,
quãtum potuimus, ad ſcribendum tan-
quam neceſſaria cenſuimus.Cætera verò
nos conſultò omiſimus nec quæ ſcriberẽ
digna putauimus quia in imginationibus
4 quibuſdã conſiſtunt.
Hoc præmiſſo Cardinalis priuilegio plu-
ra quæ iuris vtriuſq; interpretes varijs ꝑ
poſitis diſtinctionibus adducũt aliquot
iuris axiomatibus complexi ſumus.Alij
ſubijciuntur caſus in quibus ſane homici
da à criminis pœna immunis erit ſi delin-
quens confugiat ad prætoriũ principis
Hiſpaniarum:nã ſi ad eius palacium con
fugerit,nõ eſt inde extrahendus ſine ſpe-
ciali mãdato regis:vel nisi commĩſerit ꝑ
ditionem,teſte Montal.in l.7.tit.5.lib.fori
litera D.in fi.ſic ĩmunis erit à pœna mor-
tis.Argu.optimo deſeruit tex.in l.1.in prĩ
ci.ibi ad ſtatuas confugiunt.ff.de offi.præ
fect.vrb.l.2.§.ideoq;.ff.de his qui ſunt ſui
vel ali.§.nã Antonius.&§.fina.Inſt.de his
qui ſunt ſui.Oldrad.ĩn dict.l.1.Sal.in l.v-
nica C.de his qui ad ſtat.Hoſt.Card.in ca.
penult.de immun.eccleſi.Soc.in tracta.de
cita.art.17.quæſt.5.col.penult.fol.23.Paul.
ĩn d.l.vnica.Caſſan. in cõſuetu.Burgu,57.
col.3 verſi.18.l. capitalium §.ad ſtatuas.ff.
de pœn.Caſtal. Peruſi.in tract.de imper.
quæſt.96. fol.166.Marcus d Mantua con.
211.nu.18.&Rem.Gon.de immu.eccleſi.23.
amplia. Quin & illud adnotandum eſt cõ
fugiens ad principis perſonã ſecuritatẽ
conſequitur.Caſſan.in conſu.Burg.fo.57.
col.3. verſi.8.& Caſtald. Peruſi.eo in loco
cuius & antea meminimus quæſt.96.lol.
166. Et his ſuffragatur Ludo.Carre.in pra
ctica crim.§.homicidium.num.47.vbi idẽ
forte eſſe aſſeuerat in filio regis obuian-
do condemnatum ad mortem.Cuius opi-
nio quã ſit à ratione deuia ex his conſtat,
quæ & nos in huius capitis roſtro adnota
uimus.

5 Cæterum inſignis eſt admodum & per
plexa quæſtio quæ non infrequenrer in
cõtrouerſiã adduci ſoler,ſi criminis reus
ad mortẽ condemnatus & meretricẽ quæ
ſit in lupanari,duxerit, immunisquidem
erit à criminis pœna, teſte Par.de Put.in
tracta.ſind.verb.pœna.col.2.verſi,an ſi iu
dex nu.20.exiſtimans pontificiã conſtitu
tionẽ in c.inter opera,de ſpon. pro conſu
etudine vſu recepta Hiſpaniæ maximo a
pice deſeruire:vbi ille qui ad ſupplicium
ducitur, ſi meretricem in vxorẽ duxerit,à
criminis homicidij pœna liberari.Et huic
accedit ſententiæ Maſſue. in pract. Rub.
de pœn.col.8.verſi.in aliquibus.Quod ex
iſtimant idem profeſſi Io. à.Neuiza.in Si
ua nupt. verb. eſt nubendũ. fol.120.col.
nu.33. verſi.non obſtat. Paui.in tracta.dl
viſita.q.8.2.col.12.charta 68.& Ioa.Lop.in
repetitio.c.per veſtras.de donat.char.77,
verſi.Septimo ad matrimonium.Ioa.Mõ
tolon.in promtuar.iuris. verſiculo filius.
colum.7.& Ludouicus Carre. iu practica
crimina §. homicidium. nume.85.pag.553.
Iacobus de bellouiſo in praxi tit.de leno
nibus fol.22.verſi.26.quia crimen. Guiliel
mus Benedictus in cap.Reynuntius.fol.
408.numero 269. Nicolaus Boer. deciſio.
217.numero 20.in rata raptorem petente
id vidiſſe,& in praxi obtentum eſſe aſſe-
uerat & à morte eſſe liberatum. Qui om-
nes exiſtimant vel vſu vel principum vel
Reipublicæ ſanctinoe obtentum fuiſſe,
qua quidem damnati ad mortem ob de-
licta à pœna liberantur, ſi aliquam mere-
tricem vxorem acceperint, argumento c.
inter opera charitatis.de ſponſalib. quod
expreſſim adnotat Iacobus de bello viſo
& plerique alij, quorum ſupra mentionẽ
fecimus. & nouiſſime Didacus à Couar-
ruuias Archiepiſcopus Sancti Dominici
deſignatus in Epitome de ſponſalibus ſe-
cundæ part. capite tertio.§ quarto.num.
ſeptimo.& ex nouioribus Ludouicus Car
rerius in practica criminali §. homicidi-
um numero 85.Antonius Gomeſius capi
te 13.Delictorum numero 38. Quorum ali
quot aſſerunt id conſuetum apud Hiſpa
nos:alij ad Gallos eandem conſuetudinẽ
referunt ſumentes rationem ex textu in
præcitato cap. inter opera.Si quidem ma
ximum miſericordię opus eſt peccantem
corripere eumque à peccato auertere:
eſt enim miſericordiæ opus ſpirituale,
quod equidem corporalibus operibus mi
ſericordiæ præſtat:ſicuti ex noſtris diffi-
nitum extat ex Henrico in dicto ca.inter
opera.Archidia.in ca.tria.45.diſtinctio.&
Ex

*Meretricem ducens, quæ ſit in lupan.*



ex theologis diuus Thomas huic accedit
ſententiæ.22.quæſtio.32. articulo. 3. opti-
me Dominicus à Soto re eſt fama vbiq;
inſignis in elleganti atq; omnibus nume
ris erudita de ſecreto relectione membro
2.quæſtio.1.concluſio.3.Ergo hoc exercẽ-
ti opus peccatorum omniũ remiſſio con
ceditur teſtibus cardinale præpoſi. in di-
cto.c.inter opera,quibus ſane Abb.mirũ
in modum refragatur,exiſtimans omniũ
peccatorum,nequaquam concedi remiſ-
ſionem,ipſe vero non verebor in mediũ
noſtram pro ferre ſententiam,exiſtimans
ex intentione dicti canonis accipiẽti me
retricẽ in vxorẽ,tantã pœnã indulgendã
quantam conuenit ei diſtribui ex eccle-
ſiæ theſauro propter illud miſericordiæ
opus aplicata ſatiſfatione ab ipſo Roma
no pontifice,& ſuper eſt reſpondere ad
cap.inter opera,tametſi in eius ſpecie fa-
temur remiſſionem peccatorum cõſequi
non tamen inde ſequitur,quem immunẽ
eſſe in foro exteriori à pœna corporis a-
flictiua,cuius ſententie ſe ſubſcripſit Pa-
ris A puteo loco præcitato,Petrus de ver
nia in aditionibus ad Iacob,Butrica. in.l.
raptores.C.de epiſco.& cleri.final.colũn.
vbi in praxi id obtinuiſſe commemorat
Anto.Gomezius.c.13.delicto.n.37.

In quo dubio ad apertiorem huius ca
pitis cognitionem,illud extricandum eſt
in ea ſpecie,quæ meretrix dicatur tamen
doctores in eo dubio multum effuderunt
tractatum,&in varias ſciſi ſunt ſentẽtias.
Illud tamen frequentius receptum eſt il-
lam meretricem dici,quæ exercens libidi
nem quæſtum facit,& eius turpitudo pu
blice venalis eſt,ex. l. palam. ff. de ritu.
c.meretrices.32.q.4.regia.l.10.tit.16. part.
3.rurſus & illa meretrix cenſetur,quæ libi
dini multorũ patet.c.vidua.34.diſtin. etiã
ſine quæſtu.vti probat iuris conſultus in
d.l.palam.rurſus Angelus in.l.ſi qua illu-
ſtris. C. ad Orfi. exiſtimat eam meretricẽ
cenſeri,quæ huc atq; illuc vagatur,& quę
alienas domos,nunc hanc,nunc aliam in-
trare conſueuit, & illud Salomonis pro- *De eadem re opinio.*
uerbiorum. 5. de impudica muliere ver-
ba agens aſtipulatur aſſeuerans,vagi ſũt
greſſus eius.&.cap.7.inquit garrula & va *Prouerbi.c.5*
ga,quietis im patiẽs,nec valẽs in domo cõ
ſiſtere pedib9 ſuis,nũc foris, nũc ĩ plateis,
& ꝙ epigrãmaticus poeta delenina ſcri-
bit Valerij carmẽ extat in hæc verba.li.1.

*Caſta,nec antiquis cedens leuina ſabinis,*
*Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro.*
*Dum modo lucrino,modo ſe permitit auerna.*
*Et dum baianis ſæpe fouetur aquis.*
*Iucidit inflamas iuuenemquè ſecuta relicto.*
*Coniuge Penelope venit,abit Helena.*

Quo fit meretrices peregrinas vocari ſicu
ti diffinitum extat,apud Terẽtium in An
dria.Pamphilum pro vxore habere hanc
peregrinam,vbi & notat,donatus ſi qui
dem mulieres peregrinę in honeſtę & mere
trices habebantur apud veteres quibus con
uenit Horatius li.3.carmi.Ode.3.ilion.

*Fatalis,inceſtus quæ iudex.*
*Et mulier peregrina vertit.*
*In puluerem.*

Et iuuenalis ſatyra.6.eas vituperat fœmi-
nas dum cecinit.

*Quid toto fiat in orbe,*
*Quid ſeres,quid thraces agant.*

Ex quibus ſane conſtat fœminas vagan-
tes meretrices eſſe audatiamq; maximã
habere,& impudicarum mulierum eſſe ꝓ
prium,ſicut illud Terentij in eunucho.

*Audaciam meretricum.*

Tametſi fœminæ timidiores ſunt maſcu-
lis nihilominus obcenis,atq; veneris acti
bus audatiores ſunt,ſicuti iuuenalis ſati-
ra.6.adſtruit.

*Fortẽ animũ præſtat rebus,quas turpiter audẽt.*
*itidem.*
*Nihil eſt audatius illis.*
*Deprehenſis iram,atq; rnimos à crimine ſumũt.*

Et plautus in milite.

*Hoc habet,linguã perfidã,maliciã, atq;audaciã*

Et alibi in eadem fabula.

*Hoc palam fuerit:quod peius muliere atq; au-*
*datius.*

Et rurſus inibi.

*Nec eques,nec pedes,præfectus quiſquam tanta*
*audatia eſt.*
*Qui æque faciat confidenter: quam mulieres fa-*
*ciant.*

Et eius ſententię ex noſtris ſunt Cin.Alb.
Sal.ĩ.l.quiſquis.C.ad.l.iuliã mageſta. Ma
th.aflict.in cõſtitu.Cicil. incipiẽti, ſi quis
rapere.col.2.memore illud Iuuena. præci
tatũ,Luc.ap.en.nõ elegãter id explicãs ĩ.l.
1.col.1.C.đ mulie.& ĩ quo loco li.10.qđ ꝓ-
priũ mun9 ẽ meretricũ,pudor aũt & vere
cũdia comes ẽ ſẽp,& cuſtos pudicitie,ſicu
ti exiſtimat Amb.li.1.offi.& gl.ĩ. l.ita no-
bis

bis in principio .C.de adul. Et Ouidius libro.1.Elegia.de triumpho Cupidinis verba agens.

*Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis.*
*Et pudor & caſtris quidquid amoris obeſt.*

Atque ideo mulier quæ in corpus peccat exiſtimatur ſuo pudori neduaquam parcere,ſicuti definitur ex dicta.l. palam. in princi.ff.de rit.nupt.Cui mirum in modũ illud Virgilij de Didone loquentis lib.4. adſtipulatur.

*Opemq́ dedit menti dubiæ ſoluitq́ pudorem.*

Itidem Verg.ibid.

*Te propter eundem*
*Extinctus pudor.*

Et illud Hieremiæ.3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere,Ft illud Oſe.2.& Hieron.ibi.Id honeſtis quidem mulieribus pecnliare munus eſt pudor,ſicuti conſtat ex Marco Tullio in Orat.pro Quint. Plinius Iun.lib.Epiſto.5. ad Macelli.Diuus Ambroſi.in.c.honorabitur.32.q.2.& Apu.lib.aſini aurei.1. Tibullus pudorem virginalem vocat lib. Elegiarum.4.

*Virgineus teneras ſtat pudor ante genas*

Et Stat.lib.12.

*Olim hic virginei cuſtos monitorq́ pudoris.*

Ft Apollonius lib.3. Argonauticon.Ouidius lib.1.Eleg.id epithcton maximè virginibus & pueris conuenire ait.

*Forma verecundæ nocuit mihi viſa puellæ.*

Ambroſius idem aſſeuerat,de inſti.virginis ca.1.exiſtimãs virginitatis dos quædam eſt verecundia, quę commendatur ſilentio. EtChriſoſtomus ad populũ Antiochenum,homi.3.pronunciat,animumq; inducit ſuum meretrices impudẽtes eſſe: virgines verò verecundas. Et Virgil.cum Didonem ante AEneæ aduentum veluti omnibus fœmineis virtutibus claram depinxiſſet, tum etiam verecundia adornauit hoc carmine.

*Tum breuiter Dido vultum demiſſa lequuta eſt.*

Et conſtat Eccleſiaſtes.7.& 26.cap.Gratia ſupęr gratiam mulier ſancta & pudoreta. Et Paul.ad Timot.2. mulierem iubet cum verecundia ornari.Et id explicat Home. lib.ſ.Odiſſeæ.& Stob.ſerm.72.

Ob id meretrices, ſicuti cõſtitutiſſimũ eſt apud Vallerium Martialem impudicas eſſe conſtat, qui acriter Leſbiam obiurgat, quod adulteros vtiq; admitteret non cuſtoditis liminibus omniq; reiecto pudore. libro Epigrammatum primo in epigra.91.

*Incuſtoditis & apertis Le bia ſemper*
*Liminibus peccas,nec tua furta tegis:*
*Et plus ſpectat ... quã te delectat adulter.*
*Nec ſunt grata tibi gaudia ſi qua latent.*

Et illud Ouid.lib.Amo.3.Eleg.13.

*Non ego ne pecces cum ſis formoſa requiro:*
*Sed ne ſit miſero ſcire neceſſe mihi,*
*Nec te noſtra iubet fieri cenſura pudicam:*
*Sed tamen vt tentes diſſimulare rogat.*
*Non peccat quæcunq́ poteſt peccaſſe negare:*
*Solaq́ famoſam culpa profeſſa facit.*
*Quis furor eſt quæ nocte latent in luce proferre?*
*Et quæ clam facias facta referre palam.*
*Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti*
*Oppoſita populum ſubmouet ante fera.*
*Cũ tua proſtitues famæ peccata ſiniſtræ?*
*Commiſſi perages iudiciumq́ tui.*

Et Demoſthenes in oratione cõtra Netam ait enim gratia voluptatis habemus concubinas ad quotidianam corporis curam:vxores verò vt liberos legitimos gignamus & rei domeſticę fidam cuſtodem præficiamus.

Præter multa alia quæ hic congerere vulgaris mulier meretrix nuncupatur ex Accurſi.in l.ſi vxori.ff.de adulte. & vxor vulgaris meretrix appellatur, ex Ouidio lib.4.Faſto.

*Numina vulgaris veneris celebrate puellæ.*

Eò quòd corpus vulgauerit ſuum, vel ſanè ex eo more quo meretrices, apud ædiles licenti ſtupri vulgarent authore Cornelio Tacito .lib.2.& Vale.maximo lib.6. cap.3.Alciat.lib.2.Parergõ. cap.4. & mox plura.

Et ex Phocilidis ſententia conſtat apud Stob.ſerm.71.

*Hæc Phocilidis eſt ſententia.*
*Ex quatuor hiſce animalibus natum eſt.*
*Genus mulierum cane apicula*
*Torua ſue aut equo iubato.*
*Ex equo nata agilis eſt velox diſcurrens*
*Pulchritudine præſtans.*
*Torua aũt ſue nec bona nec mala eſt.*
*Ex c ane verò moleſta & fera eſt.*
*Ex apicula autem.*
*Bene regit rem familiarem & nouit operari.*
*Cuius amabilis nuptiæ*
*Charæ ſodalis*
*Optandæ tibi ſunt.*

Ex



Et ex Menedri ſententia.

*Vbi mulieres,ibi omnnia mala ſunt*

Menander Et ex Eſiodi ſententia apud eundem Stobeum,

*Quiſquis mulieribus credit, furibus aut impoſtoribus credit.*

Et Alexidis cecinit

*Non eſt impudentius vllum animal*
*Muliere:ex me ipſa coniecturam facio rarũ enim eſt mulieris beneficium*

Alexidis ſẽtentia Et Alexiadis ait,

*Non eſt vel murus, vel pecunia,*
*Vel aliud quidquam cuſtoditu tam difficile,quã mulieres.*

Et ex Euripidis ſententia id conſtat

*Sed nullum immanius eſt malum muliere,*
*Nec huiuſcemodi malum,aut ſcribi poßet*
*Aut verbis exprimi, quod ſi deum aliquis,*
*Mulierem formabit opificem ſe malorum eſſe*
*Sciat maximum, & hominibus inimicum.*

Ex eadem in Medea

*Mulier enim in cæteris quidem menticuloſa eſt.*

Et rurſus in Medea

*Quiſquis mulieri male dicere deſinit,*
*Infelix profecto, & non ſapiens vocabitur,*

Eiuſdem in Androma.

*Mulieres in rebus bonis imperitiſſime ſumus*
*Malorum vero omnium artifices doctiſſimæ.*

Democritus. Et ex Democriti ſententia conſtat Ex eodem Stobeo ſermone.71.

*Mulieres multo quam vir promptior eſt ad aſtutias, & malignitatem.*
*Mulier ad credendum facilis eſt, præſertim in calamitatibus.*

Et Sophoclis cæcinit.

*O mulier omne facinus auſa, & plus*
*Quam omne.*
*Verum nihil eſt peius, nec erit vnquam*
*Muliere, inter hominum calamitates.*

Et Symonides ait apud eundem Stobæum

*Quemadmodum in ære aliquando tranquillum*
*Et innoxium ſtat, ingens gaudiũ nautis*
*Aeſtiuo tempore: aliquando autem furibundum*
*Grauiſonis pro cœlis agitatur,*
*Huic maxime ſimilis eſt huiuſce modi mulier*
*Ingenio, variam enim naturam potus habet.*
*Hæc ille apud quem pleraque id genus alia candido lectori obuia erunt.*

Valerius. Et Valerius in quadam Epiſtola ad Rufinum inter diui Hieronymi epiſtolas inquit, optima fœmina rarior eſt Phenice meretricum, & malorum fœminarum tam copioſa ſunt examina,vt null' ſit expers malignitatis earum, Homerus libro.2. Odiſſeæ, ex latina tranſlatione.

*Nihil fœmina grauius nihil peius.*

Et conſtat ex Menandro

*Theſaurus eſt malorum mala mulier.* Menander.
*Ignis, & mare, & fœmina ſunt mala tria.*
*Mulierem bonam conſequi non facile*

Ex latinis vero poetis Lucius verba agens de meretricibus.

*Heu facul (inquit) eſt homini inuentu fœmina bona nuſquam.*

Et illiud Paquinij.

*Haud facul fœmina inuentu bona*

Plautus Plautus in aullullaria inquit,

*Optima nulla poteſt eligi, aliam aliam peior.*

Plautus in milite.

*Quid peius mulierẽ.*

Et illud græcum carmen.

*Venenum naturaliter eſt aſpidis mala mulier.*

Et Gregorius Nazanzenus, in ſententijs dicticis ante ponit, mulierum malitiam, & venenum, aſpidibus & draconibus.

*Mala res eſt dracones, malefica res & aſpides.*
*Duplex mulieris malitia inter færas.*

Et Salomon Eccleſiaſtes.7. virum vnum de mille bonum reperiſſe ſe dicit, mulierem autem nullam, quo etiam loco Hieronymus ſcribit fœminam eſſe omnium malorum caput apud quos de mulierum ac meritricum, pleraq; alia, quæ candido lectori obuia erũt, apud authores quibus & antea meminimus reperies, ſed quo longo ſubſelio digreſsi ſumus reuertamur. Hieronymus

8

Et illa exiſtimatur, meretrix quę cauſa queſtus duos ad coitum nec plures admiſit Abbas & præpoſ,exiſtimant, in præcitato. capit.inter opera, itidem Abb.in capi. cum decorem, de vita & honeſtate cleri. & pleniori manu explicat Ioann.lopius, in rubrica de donatione. inter.§.4.itidem in.l. Taurina.62. quo in loco & cęteri interpretes id admittũt ex text.in dicta.l. palam, ex quo ſtultè plerumque nõnulli extrema ſua iudicia miſcẽt, non ſine captionis ſuſpitione.nec per omnia cęterorum ſententiam probo ex dicta.l.palam. ex qua tantum abeſt huius opinionis probatio, quin & cõtrarium approbetur ex cuius verbis doctorum confutatur, ſen-

x tentia

tentia & in errorem lapſos eſſe conſtat ex in præcitata l.palam aſſeueranti, quæ cũ vno & altero ſe pecunia accepta cõmiſcuit, non videtur palam corpore queſtum facere ex quibus verbis doctorum ſuper hac re altercationes manifeſte tolluntur, quibus verbis ſatiſfaciam, compertum eſt Abbatem & Sequacium opinionem prorſus refelli illa etenim verba, quę cum vno & altero duos ſignificant, tantum: quod conſtat ex laurentij Vale. adnotationibus libro.3. elegantiarũ. capitu.59. cui mire conueniunt, Ouidij carmina ex Epiſt. Saphus ad phaonem.

*Inde Chelyn phæbo, cõmunia munera ponam,*
*Et ſub ea verſus vnus & alter erit.*
*Grata gèram poſuit tibi phæbe patria Sapho.*
*Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.*

*Valer. max.* Rurſus eadem ſignificatione vti Valerius Maximus libro ſexto, 4. capi. de Alexandro ſic ſcribens, Dario enim vno iam, & altero prelio virtutem eius experto. ſubdit paulo poſt vocem duabus victorijs reſpondentem, dignamque cui tertia ſicut euenit tribuetur, ſic etiam Auguſtinus libro.3, de ciuitate dei *Auguſti.* eas, dixit, Cuius in primo & altero libro mentionem fecimus, de primo & ſecundo libro intelligens.

Ex quibus ſane reiectis opinionibus multorum deducitur, Mattheum Afflictis in errorem lapſum eſſe in conſtitutione Neapolitana, tit.43. libro.3. aſſeuerantem eam fœminam meretricem eſſe quæ vnum tantum virum ad coitum admiſit cauſa quæſtus ex lege mariti. §. qui quæſtum. ff. de adulterijs, cuius ſententia quam ſit à ratione deuia conſtat ex eodem text. conſiderata vi & effectu verborum intelligendo ſane non craſſa, vt *Intellect⁹. l. mariti.* ita dicam Minerua qui text. loquitur in marito committente lenocinium, & quæſtum ex hoc faciente in quo ſatis eſt ſemel quæſtũ accipiſſe ex quibus verbis Matthei Afflicti, confutatur ſententia mirum eſt, ne dicam miſerabile text. clariſsimum tantis deprauationum nebulis obſcurare.

*Vbi nulla vrget neceßitas,*

Inſignis eſt, quæſtio illa magni me hercule nominis, ſi meretrix, que ſe publico lupanari exhibuerit, & proſtituerit, ſit ne cogenda quemcunque ob iuſtam mercedem, admittere. in qua ſpecie Decius. in.l. inuitus. ff. de regul. iuris. cogi poſſe exiſtimat cuius opinioni maximo iuris apice deſeruire videtur, textus in.l. item apud labeonem. §. ſiquis virgines. ff. de iniur. ex qua diffinitum extat actionem iniuriarum meretrici minime dari, aduerſus eum, qui libidinis cauſa, eam interpellauerit & ſtabiliri poſſet ex lege qui iniuriæ, & in.l. verum in ſecunda. ff. de furtis. quibus conſtat eum non teneri furti actione, qui hoſtium domus meretricis fregerit, libidinis cauſa, tametſi furtum fuerit cõmiſſum ab alijs ex ea fractione, cui ſententiæ ſuffragatur. gloſſ. in. §. item lex Iulia. inſtituta. de public. iudic. cui ſimilis gloſſ. eſt in.l. vnica. C. de raptu virginum. in ea ſpecie adnotãtes illatã vim meretrici, à iure aduerſus raptores ſtatutis pœnis non puniri, quod ad nauſeam uſque tradit Hippolitus in ſingula.150 9
& in dicta lege vnica. nume.19. aduerſus tamen Decium, aſſeuerat Zazius contrariam *Cõtraria ſententia.* ſententiam profeſſus in ſumma. ff. veteris ſuper rubric. ſi ſeruitus vendicetur. & ſane opinionem Decij minime probabilem cenſeo. quin & erroneam eſſe, & à veritatis ſcopo deuiare dubio procul conſtat, tametſi meretrix, profeſſa fuerit publicè meretricium, & ſit in lupanari, non tamen cogi poterit, inuita ad coitum cogi. eo maxime cum non teneatur, mortale crimen cõmittere cum quolibet, ergo inde ſequitur compelli non poſſe inuitam ad coitum. & ex nouioribus hanc ſententiam profeſsi fuerunt. Andre. Iſerna. et Matth. Afflicti, in conſtitutione Neapolit. rubric.20. de violentia meretricibus illata aſſeuerantes: hij duo à naturali ratione iuris cõſultos defeciſſe cum contrarium reſponderunt: in qua ſpecie certiſsimum habuere Iſerna & Afflictus, quod iuriſconſulti violentiã impunitam fecere, cauſa libidinis meretricibus illatam. ipſe vero paucis oſtendã id alienum eſſe à iuris conſultis,

Tametſi meretrix cauſa libidinis impetita, iniuriarum actione agere nequeat, non inde ſequitur, impune ei iniuriam fieri, potiſſimum, qui iniuriam ei fecerit iudicantis arbitrio puniendus eſt, & in ea ſpecie intellige iuriſconſultum. in dicto. §. ſi quis virgines potiſsimum, quia inibi iuriſconſultus tractat de interpellatione meretrici facta libidinis cauſa quæ quidem interpellatio fœminis honeſtis iniuriam irroget, non ſic meretricibus.

Eodem pacto regula iuris, & ea profecto equiſsima, intelligenda erit, ex præcitata.l. *Intellect. l. verum* verum de furtis, diffiniens, qui oſtium fregerit, libidinis cauſa, & ab alijs furtum commiſſum



miſſum fuerit, furti actione non teneri, cum voluntas, & animus delicta diſtingant, ſicuti & nos pleniori manu, adnotauimus libro primo Epitomes, cap.10. numero.10. Nihilominus alia actione cogendus erit reſtituere meretrici, ex Ange. in.l. nunquam plura. vltima columna. ff. de priuat. delict. Decio. in cap. nam concupiſcentiam. de conſtitutio. & ante hos Barto. & plerique alij idem diffiniere in dict.l. verum ex qua recepta receptiſſima doctorum ſententia, Hippolit. damnationẽ mereri conſtat qui in dicta.l. vnica. numero.34. aſſeuerat, abſque culpa, & furti vitio poſſe res meretricis ab ea auferri quod quam ſit, à ratione deuium nemo adeo obtuſe mentis erit, qui id non fateatur.

9 Illud conſtitutiſsimum eſt meretricem à vicinia expellendam fore, atq; in lupanar relegandam probat regia lex.2. titul.22. part.7. Bald. in.l. ad finem. C. de iure emphyteutico & ſignanter Lucas de pẽna in lege ſi qua columna.2. C. de ſpectaculis libro.11. Paulus Caſtren. in lege nullus. C. de ſũma trinit. quibus libenter accedit platea per text. inibi in.l. cũ ſupra. C. de re militari. Matthæus de Afflictis in dicta rubrica. 43. Ex nouioribus Didacus à Couarruuias. de ſponſalibus. 2. parte, capitulo.8. numero.5. & cogi poſſunt honeſte viuere ſin minus à vicinia expellendas fore meretrices ex Paulo in.l. ex parte. §.1. ff. de verborum obligatio. & in.l. iuſticia vbi Iaſſon. ad finem. ff. de iuſtitia & iure, Cæpola, de ſeruitutibus ruſticorum. capitulo.9. de iure paſcendi, quæſtione.1. Andreas Barbat. conſili.23. volum.1. Guillelmus Ruuilli. in eo tractatu, quem prodit, de diſcretione iuſtitię & iniuſtitię libro primo capi.13. & ex nouioribus huic acceſſere ſententiæ Ripa de peſte tertia parte. carta.41. numero.144. Decius in l. ſemper in contractibus. ff. de regulis iuris itidem in capitulo primo columna ſext. de cõſtitutio. Ioan. Anebiſanis in ſilua nuptiali. §. eſt nubendum. folio. magno.121. columna.4. Matthæus Afflictus in conſtitutione Neapolita. titulo.43. libro tertio. & ante hos Angelus in.l. ancillarum. ff. de petitione hęredit. ex gloſſa. doctores in lege non aliter. ff. de vſu fructu. & in capitulo primo, in verbo expellant de vſuris libro ſexto, Bald. in.l. edem. C. locati doctores in.l.1. ff. ſoluto matrimon. & eſt textus, in ratione ſui qui argumẽ. optimo deſeruit. in. §. final. in authen. de lenonibus. quo fit meretrices cogẽdas fore aliquod ſignum portare, vt pote ab alijs diſcernãtur. ex Baldo in.l. minime per text. inibi. C. de epiſcopali audientia, text. ad id celebris in lege nullus ad finem. C. de ſuma trinita. Deci⁹ & doctores in his locis, quibus & antea meminimus. & denique omnes quorum contagio poſſet eſſe nociua poſſunt expelli ſic de vicinia expelluntur meretrices lenones & ſimiles, Baldus in.l.1. §. null⁹. C. de ſumma trinitate. gloſſ. in authen. iuſiurandum quòd præſtatur in fine columna.2. Montaluus, in.l.4. titulo.2. libro.4. fori. Idem de leproſis. Franc. *Meretrices cogi poßunt ſignũ portare* Curti⁹ ad paulum. in.l. iuſtitia. ff. đ iuſtitia & iure. Caſtellus in.l.62. Tauri. lopius, in rubrica de donatione inter. §.60. numero. 8. gloſſ. & doctores in capitulo cum oporteat. de accuſationibus. Franciſcus Auiles in capitul.26. numer.4. prætorum. illud tamen habeto quòd locator domus minime poterit expellere meretrices. ex Phelip. de Peruſio. in capitulo.1. de vſuris. Ripa de peſte ſecunda parte numero.20.

Ex principali huius quæſtionis themate, & eius reſolutione quibuſdam viſum eſt, ex 10
regia leg. in taurino conuentu lata.62. à regina Ioanna Caroli Cæſaris matreque prohibet, ob pecuniam debitam fœminam deduci ad publicũ carcerem niſi ſint fœmine manifeſte fornicarię & prima huius præpoſitionis pars conſtat ex lege prima. C. de officio diuerſorum iudicum. & in authentica. inibi poſita text. ad id præſtantiſsimus in authent. hodie nouo iure. C. de cuſtodi. reorum *Fœmina ob es alienũ in carcerẽ duci non poteſt.* quibus ſatis diffinitum extat fœminam ob pecuniam debitam incarcerandam non eſſe domi nec extra domum, quibus gloſſa ſimilis eſt, in lege conſentaneum verbo ad cogendum & inibi expreſsim adnotat Barto. C. quomodo & quando, iudex gloſſ. prima in.l. ad egregias. ff. de iure iurando, regia lex: 2. titulo.11. & .l. tertia, titulo.13. libro quinto. in ordinationibus realibus. & præcitata tauri lex Bald. in tractatu. de carceribus capitu. primo numero.3. Bartolus & paſsim doctores in.l. nemo carcerem capit. de exactori. tributo libro decimo Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in tractatu quem publicum fecit de debitoribus ſuſpectis & fugitiuis quęſtione quinta numero.22. Iaſon. in.l. cum dubitatur, numero.93. C. de iure emphyteuti. itidem in.l. plerique. numero.34. ff. de in ius vo-

 cando:

cando & in.l.ſi ego,numer.4.ff.ſi certum pe-
tatur, & pleraque id genus alia congerit idẽ
profeſſus Iaſon.numero.9.in præcitata lege
ad egregias,Decius ſignãter id explicat in re
gula fœminæ, numero.72.ff.de regulis iuris.
Hippolitus in practica criminali.§.attingam
numero.6. &.4. & rurſus in ſingul. 243. Pe-
trus Rebuffus in gloſſ. ad conſtitutiones re-
gias Galliç. in tractatu. de litteris obli. gloſſ.
tertia,articulo.11.numero .32. Nicolaus Boe-
rius in deciſione.349.numero.11.& ex noſtris
Rodericus Xuarez, nec admodum inuitus
huic accedit ſententiæ in lege ſecunda, titul.
*Crebrior opi.* de las iuras libro ſecundo fori in quinta quæ
ſtione, numero ſexto, Ioannes Lopius in re
petitione capituli per veſtras. §.21. numero.
22.ad fuentes in interpretatione.l.69. in tauri
no conuentu lata.& Franciſcus Auiles in p-
emio capitulorum prætorum,& ante hos So
cinus in regula .259. & pter hos nõ deſunt ca
nonicç philoſophiæ authores qui hãc com-
muni conſenſu ſtabilitam ſententiam veriſsi
mam eſſe cenſeant ſi quidem & Dominicus
Francus,Ludouicus. Gomezius & plerique
alij in capitulo mulieres de iudic.libro ſexto
Barbatius in capitulo lator numero primo.dẽ
pignoribus. idem exiſtimant quam veritati
magis ſauere exiſtimo, tametſi es alienum
à fœmina contractum eſſet fiſcale ſi quidem
in ea ſpecie ad publicum carcerem deduci nõ
poteſt ex Barto.in dicta lege nemo carcerẽ
per text.in præcitata lege prima. & in authẽ
tica hodie. C. de cuſtodia reorum Ioannes
Baptiſta Caſcia Lupus in tractatu de debito
re ſuſpecto & fugitiuo quinta quæſtione,
numero. 22. Boerius in conſuetudinibus Bi-
turicenſi. titul.primo.§.4.gloſſ.tertia folio.5.
columna prima Ciſuentes & Ioannes Lopi9
in.l.62.Tauri & Ioannes à Platea in præci-
tata.lege nemo carcerem.quibus admodum
ſuffragatur, regia lex .62. præcitata inibi *Por
ninguna deuda.* & in dicta lege ſecunda.& ter
tia in regijs ordinati. Et ex nouioribus idem
exiſtimat Matthæus Afflictus in capitulo
vnico, verſiculo condemnatorum. numero
62. quæ ſunt regalia in vſibus feudorum,& ſi
gnanter Boerius in repetitione. l. conſenta-
neum numero.139.cap.quomodo & quando
iudex.

11 Egregia tamen eſt dubitatio num ius il-
lud fœminis competens vendicet ſibi locum
ſi debitum ex delicto deſcendat & adhuc in
in ea ſpecie duci poſſe ad publicum carce-
rem ex Bald.in lege tertia.C.de epiſcopali au
dientia, Ioannes de Imola, in capitulo lato
re numero.15.cum alijs de pignoribus. So-
cinus in tractatu de citatio.articulo quinto,
numero .39. Baptiſta de Sancto Seuerino in
eo loco cuius & antea mentionem fecimus
in quinta quæſtione numero . 24. Iaſon. nu-
mero .4.in dicta lege ſi ego.probat textus.in
authentica hodie nouo iure.C.de cuſtodia re
orum.Thomas Gramaticus deciſione.33.nu-
mero.10. id etiam hodie diffinitum in dicta.
l.62.&.79.tauri.

Principaliter deducitur, his iactis ac etiã
præmiſsis axiomatibus eandem ſenten-
tiam intelligendam fore, in tantum vt iudici *Pœna iudicis*
contra facienti pœna capitis coerceatur, ex *cõtra facien*
Bald.in dicta.l.conſen taneum ad finem Ro- *tis.*
ma.in lege prima quæſtione.20.C.de hæredi
bus inſtituendis, Thomas Grãmaticus huic
accedit declarationi in deciſione.33. numero
9.& eſt text. ad id præſtantiſsim9, in dicta.l.
prima & in authentica ibi collocata. C. de
officio diuerſorum iudic. & in hac ſpecie ſe
ſubſcripſit Caſtellus in dicta leg. ſexageſima
ſecunda.

Illud etiam quaſi iſtius capitis coronidem 12
adnotare libet fœminas in carceres duci nõn
poſſe matres familias ratione adminiſtratio-
nis tutellæ filię,quæ quidem pro reliquorum
ſolutione in carcerem duci non poſſunt, ſe-
cundum Præpoſitũ in capitulo ex parte, in
columna vltima, de appellatione. Hippolit-
tus in practica criminali.§. attingam, nume-
ro .64. & probatur ea rati one, quod mater
etiam ob adminiſtrationem tutellę habet pri
uilegium, ne conuenire valeat vltra quam fa
cere poſsit Bartolus communiter receptus
in lege ſi quis ſub conditione numero.20.ff. *Crebrior opi.*
de teſtament. tutel. ex lege patronus.ff. de
re iudicata. idem Bartolus in authentica. ma
tri & auiæ numero.13.C.quando mulier tuto
rũ officio fungi poſsit. ſed quia communi-
ter obtentum eſt vt omni legum auxilio ma
ter renunciet cum ei tutella filiorum cõmit-
titur, iuxta notata in dicto capitulo ex par-
te, & in dicta authentica matri & auiæ,qui-
buſdam viſum eſt ob pecuniam ratione tu-
tellæ debitam filios poſſe in carcerem ma-
trem mittere: propter renuntiationem, & fi-
liorum fauorem Bartol. in dicta lege ſi quis
ſub conditione numero.18. idem in dicta au-
thentica



thentica matri & auiæ.numero.13.& inibi Sa
licetus.numero.14.Roman. Alexander So-
cinus. & Iaſon.in.l.plerique. columm. vltim.
ff.de in ius vocando. Roman. in lege alia.
§. eleganter.numero.11. ff. ſoluto matrimo-
nio. Matheſilanus notabili.109.Iaſon.in lege
penultima. numero quarto.ff.ſi certum pe-
tatur. Ioannes Andreas,Dominic. Franciſc.
in capitul. ſecundo de iudicijs.in.6.platea.co
lumna.penultima. poſt Angelũ in le. nemo
cercerem. C.de exactio.tributo.libro.10.Io-
annes Baptiſta.de Sancto Seuerino in tracta
tu. de debito.ſuſpecto fugitiuo quæſtione
ſexta.Decius in lege fœminę,numero.74. ff.
de regulis iuris,Alexander ad Barto.in dicta
l.nemo carcerem.numero.4.Baldus in tracta
tu.de carceribus.capitulo primo numero ter
tio,Matthęus in ſingul.119. Bartholo. Socin.
in regula.289.fallen. 7. Et rurſus in regula.
229. in ſecunda fallentia & iterum conſil.180.
numero ſecundo volumin.2.Marianus Soci-
nus, hijs omnibus accedit in tractatu, de ci-
tatio.articul.5. numero.39.verſiculo decimo
ſexto fallit.& ex nouioribus idem profitetur
Guillelmus Maynerius in lege quo tutell. nu
mero .138.ff.de regul.iuris.Boerius in deciſio
ne.249.numero.11.Petrus Rebufus in gloſſa.
ad conſtitutiones regias galliæ prima parte.
in tractatu.de litteris obligatorijs articulo vn
decimo,gloſſ.tertia.numero,32. & ante hos
Bald.nouelus,in tracta.de dote ſeptima par-
te, preuilegio quinto. Iaſon.in dicta lege ad
egregias, numero nono. & in le. ſi ego.la ſe-
cunda.ff.ſi certum petatur. numero quarto.
Hippolitus ſingulari.248. Boerius in repeti-
tione lege cõſentaneum numero.141.C.quo-
modo & quando iudex. & ex noſtris Go-
mezius in dicto capitulo mulieres numero.
decimotertio .Ciſuent.in lege.62. tauri & ini
bi Lopius numero tertio & Caſtelus in prin
cipio eiuſdem leg. & Marcus de Mantua in
lege prima.C. de officio . diuerſorum. qui o-
mnes perplexo, doctorum Catalogo idem
firmant abſque altiore indagine. Quibus i-
pſe libenter quæro quonam pacto eorum
ſententia defendi poſsit, ſi verum eſt quod
Barto.quem ipſi met ſequuntur, in dicta le
ge ſi quis ſub conditione.numero.20.ſcribit
dicens, matrem filiorum tutricem non obſtã
te generali renuntiatione habere priuilegiũ
nec conueniatur, vltra quam facere poſsit,
ſi quidem illud conſtitutiſsimum eſt, ſi ipſa
mater bona habet capienda ſunt pro debito
pecuniario prius quam ad carceres deduca-
tur quod ſi bonis careat ex priuilegio tuta
eſt nec poſsit cõueniri,ergo defenditur,ne ad
carceres deducatur, qua ratiocinatione vti-
tur Baldus in lege prima ad finem.C.qui bo
nis cedere poſſunt. loquens in milite dum
adducit legẽ miles.ff.de re iudicata. Alexan-
der in lege Centurio, numero.vigeſimoquĩ-
to, ff.de vulgari, quamobrem nunquam mi-
hi Bartoli religio placuit in hac ſpecie eo in
loco cuius & antea meminimus ex præpoſi-
to, & Hippoli.locis præcitatis, & ab ea Bar-
toli ſententia libenter diſcedit, Andre. à Po-
mate ad Bartolum in dicta authentica matri
& auiæ Antonius Gomezius,in capitulo ſe-
cundo. de iudic.in ſexto numero.22. Barba-
tius in capitulo ſecundo, numero quarto, de
pignorib. & ante hos Ioannes à monte. ſpe-
rello. in dicta lege plerique. Ex quibus ipſe
opinor matrem etiam ob pecuniam debi-
tam filijs cauſa adminiſtratæ tutellæ in car
cerem duci non poſſe, quo fit Bartolo. So-
cinũ.numero.40,in dicta lege plerique.in ea
fuiſſe ſententia ea ratione ductus cum ſit in
præiudicium ſexus & ignominiam pudici-
tie ex dicto capitulo ſecundo.§. finali.verſi-
culo, etiam ſi ad hoc voluntas accideret
earundam de iudicijs,in ſexto, & argumen-
to.optimo deſert. textus in lege ſecunda.§.
ſi autem dignitas de iuramento calumn. iun
cta lege prima.C.de officio diuerſo. iudicio.
& ideo illa ſatis trita regula perpenditur qua
paſsim circumferri ſolet vbicunque preuile-
gium introductum eſt propter perſonæ ſeu
ſexus honeſtatem tolli renunciatione nõ poſ
ſe,ex Baldo in lege prima. C. qui bonis ce-
dere poſſunt.& ex noſtris Rodricus Xuarez.
in præcitata lege ſecunda,titulo *De los Gouier
nos,* libro ſecundo fori, in quinta quæſtione.
numero octauo, Præpoſitus Alexandrinus,
in capitulo ex parte,numero. 11. de appella-
tione. Albericus in lege vbi adhuc.C. de iu.
dotium.

Rurſus quod obiter menti occurrit cir-
ca legis regni intellectum .62. tauri adnotan 13
dum eſt, quæ expreſsim prohibet propter
pecuniam debitam fœminas deduci ad pu-
blicum carcerem, niſi ſint fœmine manife-
ſte fornicarię non aliter fore neceſſarium vt
ſecunda legis pars locum habeat fœminam
eſſe meretricem:ſat enim erit eſſe publice al-

terius cōcubinam ſicuti diffinitum extat ex
Barto.in dicta lege conſentaneum columna
final. exiſtimante fœminam luxurioſe viuen
tem poſſe ad carcerem deduci pro debito pe
cuniario, Archidi. idem profeſſus in capitu.
diffinimus.18.quæſtione ſecunda. Alexand.
ad Barto.in authen. matri & auiæ.C.quando
mulier offic.tutel.fungi.poſſ. Ioannes Platea
in.l.ſecunda columna ſext. C.de exacto.tri-
bu.libro.10.ex nouioribus.Franciſcus Auiles
in prohemio,capitulorum prætorum. nume.
27. Quod cum regia. l.ita intelligendum eſt
quando hæc fœmina impudica atque inho-
neſta nupta non eſt quòd ſi nupta fuerit ad
carceres pro pecuniario debito duci non de-
bet ex Ioanne. Andr.ad ſpecu.in rubrica de
iniurijs in prima additione Iaſon.in.l.ad egre
gias.ff.de iure iur.itidem & Alexander in di-
cta.l.plerique ad finem.ff.de in ius vocando.
ille numero.35.hic numero.finali. Decius in
l.ſecunda.ff.de regulis iuris.numero.78.cam
pitius deciſione Neapolit.44.Ioannes Bapti.
Catia Lupus in di.tract.đ debitore ſuſpecto
& fugitiuo.quinta quæſtione numero.23.Ni-
colaus Boerius.in Deciſione.349.numero.11.
Iaſon.in dicta.l.ad egregias numero.9. Ro-
ma.in.l.ſi vero.§.de viro ſecunda, falla.ff.ſolu
to matrimonio.Barba.conſilio.27. columna.
prima,verſiculo.primo in practica.§.attingat
numero.56. & rurſus ſingul.248.Barba.in ca
pitul.lator.numero primo de pignoribus, &
ſignanter id, explicat Xuarez.in dicta.l. ſecun
da.titulo de las iuras.libro ſecundo.fori. quin
ta quæſtione numer.7.Ioannes Lopius in ca
pitulo per veſtras.3.notab.§.21.numero.21.id
que paſsim dictæ regiæ.l. interpretes admo-
nent.& ante hos, Bald.in tracta. de carceribus
capitu.primo.nume.tertio.& Andreas Barb.
in capitu.paſtoralis,colum.ſexta.de iudiciis.
Bald.in.l.conſentaneum.C,quomodo & quā
do.iudi.colum.vltim.Platea in.l.2.columm.6.
C.de exactoribus tributorum.libr.10. Archi.
in capit.definibus.18.quæſtio.2.Socin. in re-
gula.259.fallencia.3.fieret enim maxima iniu
ria matrimonio ac marito quod maxime co
adiuuatur ex.l.ſi vxor.§.diui.ff.de adulterijs,
quem text. prefati docto. paſsim adducunt
ad eorum ſententiam comprobandum poſt
Roma.in.l.ſi vero.§.de viro falla.ſecund.ff.ſo
luto matrimo.illum ad id Baldus. cōmenda-
uit & Ludouicus Gomez.dicto capitu. mu-
lieres nume.15. & maximo apice deſeruire vi
detur.textus in lege adulterium ad finem.C.
de adulter.tametſi Decius in dicto capitulo.
paſtoralis & Ioan. Baptiſta. de debitoribus
fug.& ſuſpe.quæſtione quinta,ad finem. ad-
uerſus hanc opinionem cōmuni conſenſu re-
ceptam probare conentur nihil referre fœmi
nam coniugatam eſſe,quominus ad carcerē
duci poſsit ſi meretrix ſit: ſi quidem mulier
ex matrimonio quod violauit priuilegiū ha-
bere non poteſt. Quo fit ſi meretrix eſt licet
maritata poterit incarcerari & ſic cōmunis
opiniōis error detegitur. Verum ille hanc o-
pinionem non ſatis diſcuſſere tametſi tota fe
re vtriuſq; iuris ſchola ex illo text.ſumens ra
tionem id conſentiat ſed ille text.minimo iu
ris apice deſeruire videtur in dicta.l. ſi vxor
§.primo,ſiquidem ibi agitur de intereſſe ma-
riti & in ea ſpecie matrimonium conſidera-
tur cum meretrice longe quidem aliter ſi ſo-
lum de mulieris preiudicio tractatur vt in hac
ſpecie. Quam ſentētiam preter doctores quo
rum paulo antea mentionem fecimus veriſsi
mam eſſe exiſtimat Alexander, conſilio.99.
libro ſexto.nume.9. & expreſsim Ioan.Mō-
tolonius in prontuorio iuris verbo.luxuriare 4
Barto. de Sancto Seuer. in dicta quinta quæ-
ſtione nume.23. quorum opinio nō tātū au-
thoritate verum etiam ipſa ratione probabi-
lior eſt & de hoc diſputare adhuc aliquos mi
ror cum plus quam manifeſtum ſit quòd ſi
huic vltimæ ſententiæ accedere vellis iſthęc
opinio procedere poterit eo caſu quo nupta
conſentiente viro fornicetur, vt in hac ſpecie
adnotauit Ioannes Baptiſta in dicta quæſtio
ne quinta. Cuius meminit Gomezi. in dicto
capit.mulieres & ſatis diligenter Hippolitus
in.l.vnica.nume.31.C.de raptu virgin. eaque
mihi opinio probabilior videtur.quam etiā
comperi eleganti ſubtilique diſputatione de
fendere Socin.ſibi contrarium: in dicta.l. ple-
rique.nume.41.Hippol.ſingul.279.rationem
ſumentem ex text.qui argum.optimo deſer
uit in.l.in arenam de inoffici.teſtamē.in quo
dubio & illud ſubijciam in ea ſpecie quo vxo
ris adulterio vir conſentit vir vtique penas
luere debet non vxor ex text.in capitu. ſi tu
abſtines.27.quæſtione.2.preter multa alia q̄
hic notari poterant, & illud obuium eſt qđ
ſimiliter iſthæc fuiſſet mater auia illius cuius
tutellam geſsit, adhuc competit ei beneficiū,
vt ne conueniri poſſet vltra quam facere po-
teſt, ex.l.ſunt qui.ad finē.ff. de regu.iur. non
quia

*Cōtra crede orem ſniam*

*Opinio quæ & veritati fauet.*



quia mulier, ſed quia parens. & in ea ſpecie
incarcerari non poſsit, ex præpoſito Alexā-
drino in capitulo ex parte enim.numero.11.
de appellatiōe.vbi meminit. Albericus idem
exiſtimans, in lege vbi adhuc .C.de iure do-
tium, Hippolitus in practica criminali,§.atin
gam.numero.65.Ioannes Baptiſta de ſancto
Seuerino,in eo tractatu quem publicum fe-
cit,de debitore ſuſpecto & fugitiuo quæſtio-
ne quinta Rodericus Xuarez, in dicta lege ſe
cunda, titulos de los gouiernos lib.2.fori quę
ſtio.5.nume,11.fol.197.

14 Illud ex premiſsis deducitur, qđ & paulo
antea adnotauimus, de fœmina in carcerem
detrudenda. Quod ſi ſtatuto municapali
ſancitum fuerit, quod fugitiuus debitor poſ
ſit capi, & in carcerem detrudi, mulier fugiti-
ua adhuc in eodem ſtatuto comprehenditur
ex Barto.in lege prima, numero.24 de pecu
lio. & in lege Iura.numero ſecundo.ff.de le-
gibus. Baldus. idem profeſſus.in lege ne paſ
ſim.C.de iuris.& facti ignoran.& in lege qui-
cunque.C.de ſeruis fugitiuis.numero.10.
Quibus nec admodum grauatus accedit Di
dacus à Caſtello.& Ioannes Lopi.in lege. 62.
tauri.illi.columna prima. hic numero quarto
quod fulciri poſſet, ex his quæ notant do-
ctores,in lege aut prætor.§.ſi debitorem. ff.
quæ in fraudem creditorum. vbi textus ex-
preſsim diffinit, debitorem fugitiuum poſſe
propria authoritate capi à creditore lege ge
nerali .C. de decurionib.libro decimo, gloſſa
in lege extat verbo. ſine vllo iudice. ff. quod
metus cauſa. in lege quæſitum verbo quia
intereſt.ff.de pignoribus. quibus ſimilis glo.
& in.§.neceſsitatem verbo detinere,in authē
tica, vt iudices ſine quoquo ſuffragio colla-
tione ſecunda, gloſſa in verbo iudicium, in
principio inſtituta de actione, & in capitulo
primo, verbo poteſtatem, de pace iuramen-
to firmanda, in vſibus feudorum. regia lex
duodecima, titulo .20. libro tertio. fori lege
decima, titulo decimaquin.partita quinta, le
ge ſecunda, *De la Hermandad*, Iaſon in .l. cum
proponas, numero tertio .C.de tranſaction.
& in lege prim, numero.71. ff.de officio eius
cui mandata eſt iuriſdictio. & rurſus in lege
pecuniam numero nono,& in lege vinum.nu
mero tertio.ff.ſi certum petatur. Is idem &
Gomezius in principio inſtitutorum .. de
action,ille numero.72. hic vero numero. 59.
Hippolit⁹ in lege ſi vt allegas,numero nono.
C.de ſiccarijs,& in ſingulari. 43.&.243.An-
tonius Rube.Alexandrinus in repetitiōe le-
gis non ſolū.§ morte.ff.đ noui operis nuntia
tione numero.241.Ioannes Baptiſta Cacia lu
pus in dicto tractatu de debitore ſuſpecto.
quæſtione tertia & quarta,Socinus regul.78
Segura in leg.ab exhæredato.numero quin-
to,ff.de legalitis primo Marcus à Mantua. in
conſilio.41.numero nono, Paulus Pariſien.
conſilio.107.numero.52.& conſilio.99.nume
ro tertio.volumine tertio. & rurſus conſilio,
10..numero tertio. volumine tertio.Iaſon in
lege qui ab arbitrorum .ff. qui ſatis dare co-
gantur Caſtellus & Ioannes Lupi. in.leg.66.
Tauri Gomezius in dicto.§.primo.numero.
59.Rodericus Xuarez in leg.Secunda.titulo,
de los emplazamientos libro ſecundo. fori.
folio.190.numero vigeſimo Franciſcus de Ri
pa in capitulo primo. numer.88. de iudiciis.
Petrus Rebuf. in gloſſ. ad conſtitutiones re-
gias Gallię in prima parte in tractatu de lite-
rarū obligationibus articulo ſexto.in glo.nu
mero.70.pagina.149. in.quarta ampliatio.a-
pud quos ſatis iam ſatis id diffinitum extat.
In quo ſtulte non nulli, extrema ſua iudicia
miſcent non ſine captionis ſuſpicione. Nec
ignoro multa addi potuiſſe ſed & temporis
breuitas & aſsidua valetudo quę me vehe-
menter præſsit ſpatiari toto hoc anni tem-
pore in tam vtili & frugifera materia nō ſunt
paſsæ,futuri tamē anni prouentus niſi fata in
uiderint mox dabit vberiora circa interprę
tationem leg. ſexageſimæ ſecundę, in Tau-
rino conuentu latæ à regina Ioanna Caroli
quinti Cæſaris matre. Tu tamen interim
candide lector ſi ſtomacho non faciat tuo
quæ hac de re hactenus tractauerimus ſi qd
ipſe melius inueneris in communem vtilita
tem arbitratu quidem tuo in medium con
feras. Id ipſum ex authoribus doctiſsimis
deſumpſi, & aliquot ingenium peperit
meum.

Præ cæteris & illud obuium eſt, ſcilicet
criminis homicidij reus ad eccleſiam con- 15
fugiens immunis quidem eſt, à criminis pœ
na,capitulo deffiniuit decimaſeptim.quęſtio
ne quarta, capitulo reos,vigeſimatertia quæ
ſtione quinta, capitulo inter alia, de immu-
nitate eccleſiar. regia lex ſecunda titulo vn-
decimo, part. quinta. Nicolaus Boerius de-
ciſione.109. Ioannes Igneus,in lege prima nu
mero quarto. ff. ad Syllanianum,Petrus Re-
x 4 buſus

*Quid de ſtatuta.*

*Debitor fugitiuus pōt propria authoritate capi*

buſus, in gloſſa ad conſtitutiones regias Galliæ ſecunda parte, in tractatu de immunitate eccleſiarum, Ioannes de Biſquis in repetitione, dicti capituli diffiniuit: in ſecundo volumine, tractatu.diuerſo.doctorum Iaſon. in lege plerique .ff.de in ius vocando. Guillelmus Magne. in regul. nemo de domo .ff. de regulis iuris, Ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus. Remigi. Gonius. in peculiari, tracta. de immunitate eccleſia. à pagi .decimoquarta.vſque ad. 100. Didacus à Couarruuias libro ſecundo, variarum reſolutio.capitul. 20. et pleraque alia eccleſiarum præuilegia, quæ candido lectori, obuia erunt tradit Catelian. cotta in memorabilibus iuris.verbo. eccleſiarũ. vbi octo eccleſiarum preuilegia congerit & alia viginti, addit Guillelmus Laurentius in arbore iuriſdictionum numero.15.&.37.cumulat Cæſar Lambertinus in tractatione iuris patronatus, articulo octauo quæſtione.5. libro primo à nume prim . vſque ad finem, folio. 35. columna tertia . quæ & ante eum adnotauerat Paulus Citadinus in eadem tractatione: tertia parte, quæſtion. duodecima, ſecundæ cauſæ Alberti. Pellagius, præuilegia immunitatis eccleſiarum congerit libro primo, de planctu eccleſiæ. articulo . 66. Et nos pleniori adnotauimus manu in peculiari huius quęſt.tract.iõ omittere hic eſt animus.

16 Illud etiam nõ omittam notatu maxime dignum in quo vtriuſque iuris claſsis viri in contrarias iniere ſententias, eaſdemque communes fugientem ad ſacerdotem, euchariſtiam manibus portantem immunem eſſe, ab homicidij pœna Archidiaconus, in capitulo quæſitum decimatertia quæſtione ſecũdu. Abbas. in capitulo ſane, de celebratione miſſarum. & inibi Hoſtienſis columna prima, Henricus Boi. Baldus in lege aditos. C. de appellatione.Faber. in.§.finali.inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. Imola.in clementina prima, de pœnitentijs. & remiſsio. Bonifacius de vitali.columna quarta, nume. 33.inibi Cæpola cautela ſecunda. Caſtaldus in tractatu de imperatore conſi.97.folio.166 numero tertio.Iaſon.in lege prima. C. ne liceat potentiores, ad finem Laudenſis. in tractatu, de Cardinal. queſtione ſexta, Socin. in lege pleriq;.ff.de in ius vocando, quæſtione vigeſima ſecunda, Chaſane. in conſuetudinibus Burgundiæ folio.57.columna tertia. Maria Socini.in tractatu, de citatione articu. 17. ad finem. Albertin. in capitulo primo, de hæretic.in ſexto quæſtione decimatertia, numero.18. Catelianus Cotta in memorabilib[9] dictione rationis idemtitas, Et hanc eſſe communem profitetur Didacus à Couarruuias, Archiepiſco.Sancti Dominici deſignatus libro ſecundo, variarum reſolutionum capitu. 20.numero ſext.Remigius à Goni.de immunitate eccleſiarum, pagina.84.Antonius Gomezius.capitulo.10.delictorum numero primo, & ante hos hanc eſſe communem profitetur Corſetus ſingulari .69.Gomezius in.§. pœnales numero.50.inſtitu.de actioni.nec deſunt doctores in albo primariæ doctrinæ poſiti, qui contrariam veriſsimam exiſtimant ſententiam: interquos, & Cæpola in lege quis ſit fugitiuus.§. Apud labeonẽ. numer. 24.ff. de edilitio.edic. Coſmas Gumier.in pragmatica Sanctio.Gallicã.titu.quomodo diuinum officium ſit celebrandũ verſi.inclinet.Ioã.Lopi.in rubr.de donat.§.38.nu.5. & hanc ſnĩam omnes tenere profitentur.Dida.à Couarr.eo in loco, cuius & antea meminimus, à priori tamen ſnĩa, quæ & cõior eſt, nec latũ quidẽ vnguẽ diſcedẽdũ eſſe exiſtimo: cũ nihil ſit in eccleſia hoc ſacramẽto mai[9].clem.1.đ reliquijs & venera.ſancto.c.nihil de conſecratio.diſ.2. cui ſuffragatur fides mulieris, ſanguinis fluxũ patiẽtis, & dicẽtis, ſi tetigero fimbriã veſtimẽti ei[9] ſalua ero, ait Chriſtus. Cõfide filia fides tua te ſaluã fecit.Math.9.c.tex.in.c.ad ei[9] 5.diſt.Hoſti.& Abb.in.d.c.ſane. Ioã. Tierrus iu tract.quẽ prodit de fuga.1.col.n.8.volu.8. diuerſo docto.Ego ſanè fateor maiorẽ honorẽ exhibẽdũ fore euchariſtiæ, quã ipſis tẽplis quibus ob ipſam euchariſtiã plura pręuilegia concedũtur.Nihilominus.cũ hæc immunitas à iuris pontificii Sanction.ſtatuta ſit & nullibi hoc ius extra ipas eccleſias datũ fuiſſe legamus dubi[9], quidẽ ſum, an veritati faueat interprętum receptiſsima ſnĩa, cui aduerſatur glo. celebris in cap.quæſitum.13.q.2.

*Duæ cões cõtrariæ.*

*Prior opinio cõmunior.*

Eodẽ pacto diſcutiendum erit, ad apertiorem huius capitis tractatũ an & ſacrũ baptiſma immunitatẽ donet criminis reis, & ſunt q exiſtimẽt immunitatẽ condonare quã & eſſe cõmunem profitetur, Fælin.in.c.de his.nu.4. de accuſatio.crebriorẽ ſententiam Theolog. profitetur Thom.Ferratius, cautel.29. ab hac tamẽ ſententia, quin etiam ſacrum baptiſma à pœna ſpirituali, non tamen corporali liberare, aſſeuerat eſſe communẽ Anna. in dicto 17





c.de ijs, idẽ profeſſus Decius con,130. & in capit.quæ in eccleſiarum.numero vigeſimonono de conſtitu.quam & eſſe communiorem profitetur Ferdinandus Loazes in. §. is itaq; numero vigeſimo octauo de iuſtitia & iure inſti.

Hinc etiam, & illud obuium eſt, ſi omnia ad amuſsim examinentur, quę in hoc eodem tracta, deſiderantur, an communionis ſacramentum immunitatem condonet ſuſcipientibus, & condonare, exiſtimat Hoſtien.in dicto capit.ſana de celebratione miſſarum.Silueſter verbo immunitas nona in principio, quod ita intelligendum reor, vt propter huius ſacramenti ſuſceptionem criminis ſupplicium differatur, & illa die, qua ſumitur pœna ſit differenda ex cap.final decima tertia, quęſtio ſecunda.C.omnis homo de conſecratio, diſtin.2.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Ordo eccleſiaſticus poſt delictum aſſumptus, abſq; fraude liberat quem a iuriſdictione iudicis ſecularis.*

2 *Et quando in ea ſpecie fraus præſumatur, diſcutitur, itidem n.3.*

4 *Si is qui crimen commiſſerit, ante ordinem ſuceptum, ſi crimen mortis pœnam exigat, aut membri mutilationẽ per epiſcopum degradandus erit, curieq; ſeculari tradendus.*

5 *Quid ſi votũ fecerit religionis, vel ordinis ſacri ſuſcipiendi.*

6 *Voti probationem fieri poſſe iuramento proprio, ipſius vouentis perpenditur.*

# Ordo eccleſiaſticus poſt delictum cõmiſſum, ac perpetratum aſſumptus, quando liberet quẽ à iuriſdictione iudicis ſecularis.

## Capit. XXXV.

HActenus etiam ſi de homicidiorum criminis reis egerimus quãdo immunes ſint ab homicidij pœna, illa queſtio ꝓxima hiis omnib[9] eſt, an laic[9] criminis alicui[9] autor effugiat forũ iudicis ſecularis, & eius punitionem ſi poſt delictũ cõmiſſum ac perpetratum inſignitus ſit ſacris ordinibus. Solent enim non leues oriri contentiones inter iudices eccleſiaſticos & ſeculares ſuper criminali punitione clericorũ, qui in fraudem, ſacros ordines ſuccepere. Et in ea ancipiti quæſtione, ea eſt frequentiori doctorum calculo recepta concluſio eccleſiaſticum ordinẽ poſt delictum ab aliquo commiſſum abſq; vlla fraude ſucceptum, eum omnino liberare à iuriſdictione iudicis ſecularis, ſicuti argumento optimo deſeruit text.in.l. hos accuſare,§. hoc beneficio, verſic.item magiſtratum. ff. de accuſatio.quo in loco, apud Angel.& Alberic.idem diffinitum extat, apud quos etiã in.l.qui cum vno.§.reus.ff.de remilita explicant paſsim doctores in cap.ſi quis poſtea.ff. de iudi.& in capit.propoſuiſti de foro competen.ex ratione tex.in capit.ſecundo de iudiciis.c.veniens de ſententia excommuni.Iacobus Baulen.in repetitione l.capitalium.§. famoſos.ff.de pœnis.56.limitatione. Iacobinus in.l.cum quędam puella.ff.de iuriſdict. omn.iudi.& in.l.ſi quis poſtea.numero decimo.ff.de iudiciis.Thom.Ferrarius, cautela.22. Gereardus ſingul.51.Ioann. à Nebizanis in ſilua nuptiali, libro primo, numero.62. Chaſane in conſuetudini.Burgun.titulo des iuſtices.rubrica prima.§.quinto.folio.51.numero 67.quod ſi ordo eccleſiaſticus poſt delictum ab aliquo aſſumptus fraude tamen & dolo, vt iudicis ſecularis forũ declinaret, nequaquã liberat à iuriſdictione iudicis ſecularis, exiſtimant pleriq;.dd.inter quos, & Oldraldus cõſil.4.Bar.ſignanter in.l.1.de pœnis.Ioan. Andrea.& cõmuni conſenſu doctores in.c.1. de obligatis ad raciocinia.Hippolit[9] in ſingulari.534.pleniori manu, id explicat Lambertinus in.c.1.de hæreticis in.6.q.13.Bart.in. d. l. cum quædam puella. Abb. &.dd. in.c.vnico de oblig.ad raciocinia.n.4.& eſt tex.in.l.ſi qs decurio. C.de falſis.& nouiſsime Nunius Auendaño de exequẽdis mãdatis regis Hiſpaniæ.c.22.n.7.Dueñ.in regula.100.18. fallentia Iaſſon, in . l. cum quædam puella, tertia columna . ff. de iuriſ.omni. iudi . Gereardo 1

notabi.51.Ferrati,cantel.decima tertia,conſilio.130.colum.2.Bertachi.de epiſcop.chatta.48.ad fin.Hippolit.in.l. ſtatu liber. columna ſecunda.ff.de quæſtio. Monferre in.l. nemo poteſt,columna.38.ff.de quæſtio.Anton.Ba beria prępuilegio.53.columna quarta, in tracta.de viribus iuramenti, & hanc eſſe communem ſtabilitam ſententiam ,conſtat excitatis per Aufreri in clementi.prima de offi cio ordinarij, regul. prima,fallen. vndecima, pro qua eſt text.ad id præſtantiſsimus in prę citata l.hos accuſare, verſiculo,dum non retractandi cauſa.l.prima. C.qui militare non poſſumt,libro duodecimo.l.ſi maritus.§. legis.ff.de adulteriis.l.vltima.ff. de re militari, ex quibus & aliis hanc firmant ſententiam doctores Bellemeræ ſententia in.c.ꝑpoſuiſti quæſtio ſecunda de foro competen.qui abſq; vlla fraudis diſtinctione contrarium exiſtimāt nō poſſe hoc crimē puniri à ſeculari iu dice,quod quam ſit à ratione deuiū, omnes qui recti,limatiq; ſunt iudicij viri in id conſen tient,fidemq; facit ſe carere ingenio,qui contrarium exiſtimat.Hinc etiam deducitur de claratio eorum,quæ Barto.in.l.ſemper.§.qui buſdam. ff. de iure immunita.ad fin.in verſicul.puto tamen, adnotat,ſi appareat, quem aſſumpſiſſe, vel inſignitum eſſe ſacris ordini bus in fraudem onerum & cenſuum eis mi nimè patrocinatur,neq; prodeſſet Corneus idem profeſſus,conſilio.210.numero decimo volumin.tertio,itidem in conſilio.205. nume ro primo,libro primo,Nicolaus Boeri. in tra cta.de vita,& ſtatu.heremita. numero decimo quinto, & argumento optimo deſeruit. text.& inibi gloſſ.in.l.cura.§.qui obnoxius. ff.de muneri.&honori.& extrauagās Ioānis 22.quæ incipit ſancta Romana & vniuerſalis eccleſia in titulo de religioſis domibus extat q; hodie regia.l.19.tit.4.li.4.in ordinatio.rega libus.

*Frequentior receptā ſententia.*

Reliquum eſt,ne ab inſtituto & recto deuiemus ordine prout ad rem de qua quæritur pertinet diffiniatur explanare quando fraus in ea ſpecie præſumatur, & Bartol.& alij in diſputationis huiſcę arenam deſcendūt, hiis in locis,quibus & paulò ante mentionem fecimus, & intepretum fere maior pars in ea, de qua agimus quæſtione cenſet,ſi quis poſt delictum perpetratum antea,quam inſignitus ſit ſacris ordinibus fuerit accuſatus, denū ciatus aut ſane infamatus,fraus maxima præſumitur,ex text.in.l.vltima.ff.de bonis eorū qui mortem ſibi conciuere,& in.l.vltima. ff. de remilit.explicant doctores diligenter in præcitata.l.ſi quis poſtea. ff. de iudi. Bartol. & pleriq; alij in.l.ſi adulter.§.ſi hoc tempore, ff.de adulteriis,& in dubio id videtur feciſſe in fraudem,ex Ioann.Andrea.in cap.ex parte in tertio de preuilegiis, & in cap. Ioannes de clericis coniugatis,& in capit.vnico de obligatio. ad raciocinia, & hanc eſſe cōmuni conſenſu ciuilis philoſophiæ receptam ſententiam aſſeuerat Aufrerius eo in loco cuius & antea meminimus, Gnillermus de Cuneo in.l.penultima.ff.ſi ex noxali cauſa aga. Bartol in dicta. l. prima. Zabarel. in capit. perpendimus de ſententia excommunica. Aufredius in deciſione.100.&.144.in illorum de ciſionem recoletis,ſed in vniuerſum fraudem præſumi,ex eo ſolum quod poſt crimen cōmiſſum timore iudicis ſecularis punitionis, quis inſignitus ſit ſacris ordinibus.Bald.in. l. prima,numero ſecundo.C.an ſeruus ex ſuo facto, profitetur.quam rem ipſe diligentius explicandam aſſumpſi,quia in nōnullis inter pretes noſtros deliraſſe dignouerim,nec ſilē tio prętерire libet iſthæc quæſtio circa fraudis præſumptionem,quam doctores magni mehercule nominis paſsim controuertunt, nec eſt alius nodus in hoc dum taxat tractatu implicatior,nec à quoquā, quem legerim diligēter explicatus,ideo negotium nobis erit pertractare.

*In dubio fraꝰ præſumitur.*

*Frequentior ſententia.*

2

Quidam hac in quæſtione opinantur ſatis eſſe,vt laicus criminis alicuius author effugiat forum iudicis ſecularis,& eius punitionem, quod ante delictum votum fecerit religionis,vel ordinem ſuſceperit ſacram, ſi quidem in ea ſpecie puniri non poterit à iudice ſeculari,quod ſi ratione fraudis poſt delictum ordinem aſſumpſerit eccleſiaſticum immunis non erit à iuriſdictio.iudicis ſecularis,in quo ex vtroq; latere, tametſi diuerſe ſunt ſententiæ,ſicuti diffinitum extat à Ioan ne Andrea,& aliis in præcitato capit. vnico, ea eſt omnium receptiſsima ſententia, hunc in fraudem inſignitum,ſacris ordinibus non poſſe per iudicem ſecularem pœna corporali coerceri, ſed tantum bonorum amiſsione, & rerum multa, atq; ideo erit iudex cauſæ, & non perſonę,Ioannes Andreas in præcitato.c.1.de obligati.ad raciocinia,Archidiaconus in.c.1.11.quæſtio.1.ſpeculator in titulo de reo

*De eadem re*



de reo,verſiculo,ſed quid eſt criminalis, Lucas Apena in leg.finali.C de veteranis,libro duodecimo,& ſignanter Bartol. in dicta leg. prima.& omnes paulo antea citati explicant doctores in capit.ſane de foro competen. & in dicta leg.hos accuſare.§.primo. ex quibus hęc eſt communis opinio,& hanc eſſe cōmunem profitetur aufrerius,eo in loco cuius & anter meminimus.

*Diuerſe doctorum ſententiæ.*

*Communis.*

4 Illud tamen,in huius criminis punitionē obſeruandum eſt,ſi ſane crimen mortis pœnam exigat,aut membri mutilationem, erit hic criminis reus clericus, per epiſcopum degradandus curieq; ſeculari tradendus, ſicuti in ea ſententia conſentiunt Iacobus Butricarius Guillermus cuneus Bartol.& poſt eos pleriq; alij in dicta. l. prima. ff. de pœnis.Bald.in.l.prima, numero ſecundo. C.an ſeruus pro ſuo facto,ſignanter Dinus in.l. itē vlpianus.ff.de excuſa.tuto.&non in elegāter Iaſſon in.l.cum quedam puella.ff.de iuriſ.omni.iud.numero decimo, & ex noſtris Ancharra.in regula eaq; de regu.iur. in. 6. quæſtio.13.Aufre in locó, cuius & antea meminimus,illud tamē adnotatione meretur in ea de qua agimus ſpecie ſi eccleſiaſtici iudices, hac degradatione vti nolunt cum in iure pōtificio,ſit permiſſa ſecundum Antoni.in capit.primo,columna quarta de obliga.ad raciocinia.ſeculares iudices nulla adhibita,hac ſolēnitate lata, tametſi perperam faciant teſtibus,Bartol.& pleriſq; aliis de quibus & antea meminimus,Ancharr.in capit.eaq; de regul.iur.libro decimo tertio,quæſtio.Oldrad. conſilio quarto,Bartol.in.l.penultima.ff. de iuriſ.omn.iudi.Bald.ſignanter in.l.placet, & in authen.cauſam quæ.C.de ſacro ſan.eccle. Bald.Ange.& Imol in.l.nemo poteſt. ff. de leg.primo.Bald.in.l.ſecunda. C.vt in poſſe. lega.& in.l,affinitatis.C.cōmunia de ſucceſſio.itidem in.c.cum non ab homine vltimo, columna de iudi.Iacob. Butricar. in. l. quis quis la ſecunda.C.de epiſcop.& cleri. Salice. in authenti.ſtatuimus.C.de epiſcop.& cleri. Ioann.Anna.poſt Anchar.in capit.ad falſariorum de crimine falſi.13. columa. Zabarel. in clemen.ne in agro.§.quia vero in octaua quæſtio.de ſtatu.mona.Imol.in capi.eam te in ſecunda columna de reſcriptis Andr.ſicul. ſignanter in.c.ꝙ clericis de ſolutio.&nos tradidimus de hereticorum pœnis tractātes ple niori manu,& quæ hoc in loco, recenſere latius,& illis pleraq; addere poſſem,ſed id nunquam animo fui complexus aliorum trāſcribere dicta,quæ longius repetere minimè vacat,nec operis titulo conuenit.

5 Cæterum omittendum hac incontrouerſia non eſt, quod quidam hac in quæſtione opinantur ſat eſſe vt laicus criminis, alicuius autor effugiat forum iudicis ſecularis,&eius punitionem,vt immunis ſit à criminis homicidij pœna,quando ante delictum votum fecerit,vel religionis,vel ordinis ſacri ſuſcipiendi.nam ex hoc non poterit,pœnas luere per iudicem ſecularē,ęgo iſta ex plenioribus doctorum cōmentariis petenda arbitror cum ea quotidie in cōtróuerſiam veniant, &paucis exacte comprehendi nequeāt.Sacius pro pe modum fuerit non irritare, quam non explere ſtudiorum auiditatem, & cum ſeſe caſus obtulerit nihil vtiputo,quiſq;grauabitur. Quam ſentētiam ex noſtris, veram eſſe exiſtimant pleriq; doctorum ea ratione ducti, per iudicem ſecularem non poterit puniri,cū votum hoc religionis delicti cōmiſsi tempus præceſſerit,quaſi votum retro trahatur, ita expreſsim adnotat Bald.in.l.prima ad finem C.an ſeruus ex ſuo facto,poſt manumi.teneatur,cuius meminit idem profeſſus poſt pleroſq; alios Iacobinus in dicta.l.cum quędam puella,& in præcitata.l.ſi quis poſtea;numero decimo.ff.de iud.Gereardus de petra ſancta in ſingulari.51.Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ in titulo des iuſtices,rubri. prima.§.quinto,numero.68.fol.51.Thomas Ferrarius in cautela.23.Ioannes Anebiza. in ſua ſilua nuptiali,libro primo,numero.62. & nouiſsime ſignanter Didacus à Couarruuias libro primo practicarum quæſtio.capit.32. ad fiuem,& Dueñas in regula.100.limitatione decima octaua, ſic ſane viſum eſt Iaſſoni in dicta.l.cum quędam, numero vndecimo, Hippol.in ſingula.534.Bald.in dicta.l.prima. C.an ſeruus ex ſuo facto:qui illud tantum aſſeuerat, quod qui ante delictum votum emiſerit, & poſt delictum ſit effectus voti executione clericus, aut religioſus non poſſit puniri per iudicem ſecularem quaſi maxima ſit præſumptio bone fidei, & nullam ſubeſſe fraudem mutationi ſtatus, atq; in hunc ſenſum qui proprius eſt,& à præcitatis autoribus traditur poſſet admitti opi nio Bald.&Iaſſo.quibus plurimum hoc comendatur ex eo quod probatio voti fieri poſſit

ſit iuramento proprio, ipſius met vouentis,
ſi quidem ab omnibus illud receptum eſt vo
ti probationem fieri poſſe iuramento pro-
prio ipſius vouentis, in hiis etenim quę in ani
mo conſiſtunt ſacramento proprio ipſius vo
uentis ſtatuitur gloſſ. notatu digna in capi.
ſi vero in ſecundo de ſenten. excommunica.
cui ſimilis eſt in. §. ſed iſte quidem inſtitu. de
actio. & inibi Iaſſon, numero. 100. gloſſ. in ca
pit ſignificaſti in ſecundo de homicidio. glo.
in leg. acqui. natura. §. cum me abſente. ff. de
nego. geſtis Alciatus eleganter in tracta. de
præſumptio, regula ſecunda, preſumptione
10. Aretinus in leg. interdum. §. quod ex nau-
fragio. ff. de acqui poſſeſsio. Hippolit. in ru-
brica. C. de probatio, numer. 122. & ante hos
Bartol. in leg. inter omnes. §. recte. ff. de fur-
tis, Didacus à Couarruuias, & Dueñas in his
locis, quibus & antea meminimus. Quam ſen
tentiam iutelligendam fore exiſtimo, cũ de
modico præiudicio agitur, longe quidem ali
ter vbi agendum eſſet de maximo præiudi-
cio in ea etenim ſpecie certior probatio re-
quiritur teſtibus Abb. in capit. quodã de prę
ſumptio. Felin. in capit. cognoſcentes, nume
ro decimo quarto de conſtitutio. Domini-
cus in capit. eos de tempo. ordin. in. 6. quo
fit cum in hac ſpecie de maximo agatur præ
iudicio de enormi reipublicę leſione. Bald. &
Iaſſon. ſententia vſq; quo non ſatis eſt pro-
bata.

*Vti probatio ſit iuramẽto volentis.*

*Cõmunis ſententiæ declaratio.*

Poſtremo in ea de qua egimus quæſtio-
ne frede. de ſen. conſilio. 97. numero quar-
ro ad fin. de voto emiſſo. antea quam reus cri
minis factus eſſet, veriſsimam eſſe intelligit
niſi criminis reus efficeretur de fratribus ter-
tij ordinis, qui criminis alicuius author non
effugerat forum iudicis ſecularis, & eius pu-
nitionem, Iaſſo. in dicta leg. cum quędã pucl-
la, numero decimo tertio. Hippolit. ſingula.
534. communi conſenſũ doctores poſt cardi-
nalem in repet. c. perpendimus, numero octa
uo de ſenten. excommunica. prolixius, veniã
hoc nomine præcor, ſi quãdo prolixiori ſtil-
lo nõnulla proſequi videbor. Cætera tamen
quando poſsit clericus in minoribus conſti-
tutus forum ſeculare declinare in criminibus
puniendis, & de reaſſumentibus primã ton
ſuram in peculiari huius quęſtionis tractatu,
de clericis coniugatis agentes circa interpre
tationem tex. in pregmatica. 21. in volu. pre-
gmaticarum futuri anni prouentus, niſi fa-
ta inuiderint in ea ſpecie dabit vberi ora
ideo hic pertractare non eſt animus.

## Ex cap. ſequenti.


1 *Occidens bannitum homicidij reum non eſſe.*
2 *Quid etiam ſi iniuſte bannitus erat, diſcutitur.*
3 *Perpenditur, an ſi patrem bannitũ occiderit. aliqua afficiatur pœna.*
4 *Filium obnoxium eſſe patrem bannitũ alere.*
5 *Quid etiam ſi pater hæreſeos crimen comiſſerit, itidem. n. 6.*
7 *Diſcutitur an ſi bãnitum interfecerit ignorãter aliqua afficiatur pœna, itidẽ. n. 8*
9 *Quid etiam ſi bannitus cancelationem factã a banno occiſſore notificaſſet.*
10 *Bannitus alium bannitum occidendo, an immunis ſit à criminis pœna.*
11 *Statuto aſſeuerante bannitum offendi poſſe. an & occidi poſsit.*
12 *Criminis reus à pœna immunis eſt, non ſolum bannitum interimendo, ſed de proximo banniendum.*
13 *Grandis doctorum altercatio, deciditur, an in interiori animi iudicio bannitus occidi poſsit.*
14 *Intellectus, l. 1. & c. quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vendicare. C. in eccleſiæ ſore. an intelligendæ ſunt perpenditur.*
15 *Pontificia iura permitentia ſe inuicem decipere contrahentes in interiori animo iudicio non procedunt, itidem. n. 6.*
17 *Quando ex contrahentium dolo proficiſceretur deceptio infra mediam partem iuſti præcij non eſſe licitum decipere.*
18 *Examinantur iura dictantia, qui peccat legis autoritate non peccat.*
19 *Bannitus condemnatus, ſi ad ſuplicium duceretur ab homine priuato occidi non poſſet itidem. n. 20.*
21 *Diſcutitur bannitum occidendo cum quo capitales habet inimicitias interimens, ſit ne immunis a criminis pœna.*
22 *Et an fœmina bannita, ſi ſit grauida occidi, nequaquam poteſt. & ille qui de proximo eſt rebanniendus diſcutitur, & numero. 28.*
24 *Diſcutitur Angeli ſententia in. l. ſi duo. ff. de acqut. hæredi.*
25 *Lite pendente ſuper banno bannitus occidi nõ poteſt impune.*




## C. de bannitis & an immunis ſit ab homicidij pœna qui bannitum interemerit.

## Capit. XXXVI.

(1) DE bannitis agendum e-
rit, & primo banniti vn-
de dicti ſint, & noſtrates
habent in communi ſer-
mone, quędam vocab-u
la, quę licet latina nõ ſint
originem tamen viden-
tur ab antiqua recondita hiſtoria ſumpſiſſe,
& qui in exilium miſſus eſt bannitus vocã-
tur. Igitur à bannatione videri poteſt banni-
tos dictos, niſi forte à tuba quis malet, quam
barbaro ſermone conſtat bannitum dici, vn
de banophorum ſigniferum à Romanis vul-
go apellatum, Procopius libro quarto, Priſ-
ci belli autor eſt, & nos alibi trademus.

Omittendum tamen, non eſt in hoc dum
taxat tractatu interimens bannitum, ſit ne à
criminis pœna liber ac ab homicidij pœna
immunitatem habeat, & ſunt qui exiſtimẽt
& illi interpretum maior pars bannitum oc-
cidendo, nec vtiq; homicidij obnoxium eſ-
ſe. quam ſententiam probat Bartol. Bald. &
Iaſſon & Decius in lege vim. ff. de iuſtitia &
re, ſi quidem bannitus ex forma ſtatuti po-
teſt impune occidi, ex nouioribus Ioannes
Igneus in leg. tertia. §. ſi ex ſtipulato, numer.
70. ff. ad ſillani. Felinus in capit. quæ in eccle-
ſiarum de conſtitu, numero quinto, Iaſſon in
leg. omnes populi in repetitione. numer. 46.
ff. de iuſtitia & iure, Bernardus Diez à Luco
in regula. 58. Catelianus cota in memoriali-
bus iuris, in verbo ſtatuta, quod bannitus
Marcus Mantuenſis in conſilio. 206. nume-
ro primo. Hippoli. in leg. prima. ff. deſicaris
is idem in ſingulari. 150. Quibus necadmodũ
grauatus accedit, Mathe. Aflictus in conſti-
tutio. Neapolita. libr. ſecundo. rubrica tertia,
per totum Ludouicus Carrerius in practica
crimina. §. homicidium. numero. 200. cum
pleriſq; aliis, & inter alias ea potiſsimum ra
tio aſsignari poſſet, cum & bannitus ſit tranſ
fuga, & hoſtis ciuitatis, vt in leg. amiſsione.
§. primo. ff. de capitis diminutione, hoſtis ci
uitatis impune poteſt occidi, ex leg. prima.
ff. deſicariis, & in leg. minimè. ff. de religioſi,
& ſupti. funerum, Bartol. in. l. amiſsione. §.
qui deficiunt. ff. de capti. & poſtlim. reuerſis.
Hippolit. conſilio ſecundo, &. 57. & conſilio
80. & rurſus conſilio. 110. Ludouicus Carre-
rius, numero. 195. eo in loco, cuius & antea me
minimus, & ante hos huic ſententię ſe ſubſcri
pſit Bartol. in leg. prima. C. quando liceat vni
cuiq; ſine iudice ſe vendicare, itidem in lege,
vbi pactum. C. de tranſactio. & hanc eſſe in-
terpretum frequentiori calculo receptam ſen
tentiam exiſtimo, quam aliquot axiomati-
bus declarãdam eſſe opinor. & iure regio ex
tat regia. l. prima, titulo. 17. libro quarto, fori
& l. quarta, titulo. 13. libro octauo ordinatio.
regali. & leg. 43. ſtilli diffinientes, qua afficien
di ſint pœna banniti, in quo tamen, ſeruan-
da eſt forma text. in leg. 76. tauri.

*Frequentior opinio.*

Et primo eo tendit communis ſententia (2)
in occidente bannitum, quia adhuc iniuſte
bannitus erat, cum & propter bannum etiam
iniuſtum, ab homicidij pœna immunis eſt,
ex Bartol. in. l. ex hoc reſcripto. ff. de vẽtre in
ſpiciendo, & in. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de aqu. poſſ.
& in. l. ſiue vxor. ff. de donatio inter vir. & v-
xo. Bald. in. l. 1. C. de pœnis. & in. l. 1. ff. ſoluto
matrimo. Bartol. Alexan. & Iaſſon in leg. quar
ta. §. condemnatum. n. 34. de re iudi. & in leg,
tertio. §. ſi ſeruus. numero. 8. ff. de aqu. poſſe.
Cinus in authen. ſi vxor. C. de repudi. Barto.
in. l. ſi vxor, C. de dona. inter vir. & vxo. & in
leg tertia. §. ſi ſeruus de aquir. poſſe. ff. dinus
in. l. penul. ff. de adulte. Cæpola. conſilio cri-
minali ſeptimo, ex nouioribus huic acceſſe-
ſere ſententiæ Ludo. Carrer. eo in loco, cuius
& antea meminimus Sebaſt. Bancius in tra-
cta. quem publicum fecit de nullitate ſenten
tiarum, rubrica tertia, incipienti quotiens, &
intra quod tempus de nullitate agi poſsit. &
Ludouicus Carrerius in practi. criminali verſ.
homicidiũ. n. 211. pag. 435.

Secũdo patet veritas illi⁹ cõtrouerſię cõmu
nẽ pcedere in occidẽte patrẽ filiũ. fratrẽ, do- 3
minum ve bannitum immunẽ eſſe ex Bart.
in. l.

*De eadem re*

in leg. ſi adulterium cum inceſtu . §. liber-
to.ff. de adulter.& inibi Alexand. ad Barto.
Hippol.conſilio.119.nu.18.itidem in.l.vnica,
numero.20.ff.de raptu virgi.Iaſ.in . l. omnes
populi numero.47.paulò antea citata Hip-
pol.in leg.prima.§.præterea. ff. de quæſtio,
quibus nec admodum inuiti acceſſere Mar-
cus mantuen.ff.de iuſti & iure , Gereardus a
petra ſancta in ſingulari ſecundo, Felinus in
præcitato capit.quæ in eccleſiarum Alberi.
in tracta. ſtatutorum , quæſt.ſexta Angelus
in tracta.maleficiorum in gloſ.compar. quar
ta columna.Ioan.de Arno in epitome.62.in-
cipit ꝙ non licet.& in ſolilo.66.Carre.nume.
213,eo in loco cuius & antea meminim⁹, a qua
ſententia pleriq; alij diſceſſere , inter quos &
Angel.in dicta.l.ſi adulterium.§.liberto,& in
authen.de inceſtis nuptijs in principio,num.
primo,collatio.2.quam eſſe tutiorē aſſeuerat
Bartholomeus,Cæpola in conſilio crimina-
li.5.numero.26.nellus in tracta. bannitorum
in ſecunda parte.2.temporis,quęſtio decima
numero.10.& rurſus,tertia parte.2.temporis,
quæſtio.54.Hippoli.conſilio.121.& in ſingu-
lari.210.ſibi contrarius Ioann.de Arno. in ſo
lilo.66.itidem in epitomę 62.& in cautela. 5.
diffinientes patrem bannitum occidendum
non fore,& nos tradidimus ſupra capit.22.n.
14.Ludouicus Carrerius ex neutericis.num.
197.pagina.431.eo in loco Cinus,& antea me
minimus,& hanc ſententiam veritati magis
fauere,ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus per
pleraq; iuris pedamenta extricat Ludouicus
Gomezi.numero.22.in.§.rurſus inſtitu. de a-
ctio.Secundum ꝙ in hac quęſtione dicendū
ſit me quidem ſatis dubium habet , quæ ſci-
licet ex hiis deciſsionib⁹ verior ſit, quam ob
rem ingenue fateor rem eſſe diſputatione
dignam, & quæ ambiguam habet diffinitio
nem ex pluribus quæ,& doctores traddunt
locis pręcitatis ipſe tamen humaniorem cre-
do vltimam partem,& an vaſſallus poſsit oc
cidere dominum bannitum,traddit Paris A-
puteo in tracta.ſindicatus,car.80.columm. ſe
cunda.

Ex quo liquet vxorem teneri,abſq; crimi
nis pœna virum bannitum alere,ex Bartol.in
l.ſi conſtante,numero.22. ſolu matrimon.&
eſt text.in.§.ſi vero contigerit, in authen . de
inceſtis nuptiis,collatio. ſecūda,pari ſchema
te,ac ratione Bartol.exiſtimat in filio qui pa
trem etiam bannitum alere poteſt is inquā,
in.l.ſi quis à liberis.§.ſed vtrum.ff. de liberis
agnoſcen.text.eſt in.§. nunc de prædictis in
authenti.vt cum de appellatio cognoſcitur,
collatio octaua.gloſſ. in verbo alia neceſſa.
in dicto . §. ſi vero contingerit,idem eſſe in
patre,qui & filium bannitum alere tenetur,
ex Rainerio de Forlibio in dicto . §. ſed vtrū
& huic ſententiæ, roburt affert , bannito ea
quæ ſunt de iure ciuili, interdicuntur. l. qui-
dam in fine. ff.de pœnis non tamen, ea quæ
ſunt de iure naturali, vel gentium,Gomezi.
numero. 32. in. §. ſupereſt inſtitu. de actio.
à qua ſententia , in patre bannito diſcedit
Bab.rationem ſūmens ex text.in capit. pri-
mo de pace tenenda, & eius violato.numer.
ſeptimo,& Matheus Aflict.inibi in.11. nota
bili,numero.22.aſſeuerantes iure nouo feu-
dorum id ſancitum fuiſſe.

4 Veriſsimū tn̄ eſſe exiſtimo filium teneri,
patrem bannitum alere ea ratione,licet ban-
nitus ſit nihilominus pater eſt,vt diffinitur in *Autoris opinio.*
dicto.§.ſi vero contingerit,& in leg.eas, & in
l.legatum. ff. de capitis diminutio. & in prę
citato. §. liberto , & hanc ſententiam pro-
bat nellus in bannitorum tracta.in prima par
te ſecundi temporis , numero. 48.& Angel.
in dicta authenti.de inceſtis nuptii , numer.
primo,illud adiicientes bannitum ſtante ad-
huc ſtatuto poſſe petere alimenta , ab eis,
qui ante bannum eum alere tenebantur ex
ratione text.in leg.mutus. §. manente . ff.de
iure doti . & probat text. hanc ſententiam
in.l.ſi metalum. ff. de his quę pronō ſcriptis
habētur diffiniens.quod licet aliquis ſit inca-
pax nihilominus alimentorum legatum ob
tinere poterit Iaſſon in leg.prima,nume. pri
mo. C.de hæred.inſtitu. Ioannes de Imol. in
leg.ſi victum.numero tertio. ff. de re iudica.
Alciatus in lege. nihil aliud ad finem. ff. de
verbo ſignificatio. Iaſſon in leg.ex hoc iure.
numer.49.ff.de iuſti.& iur.

Et pro hac aſtruenda ſententia fortiſsi-
5 mum argumentum pręſtat,cap.non ſatis,&
inibi Archidiac.86.diſtinctio.aſſeuerans hæ-
reticum patrem filiam alere teneri , quin etiā
& in excommunicationis labem patrem in
cidentem aſtrictum eſſe filium alere , tamet-
ſi excommunicationis ſententia iuſte lacta
fuerit,capit. inter alia de ſentent.excommu
nica.gloſſ finalis in capit. paſtoralis.§. verū.
& inibi paſsim doctores præſertim,Dec. de
officio delegati.

6 Hiis admodū ſuffragatur tex.qui argumē
to optimo ad id deſeruit in.l. quicū vno. §.
finali



fin.ff.de rex.mili.rationem ſumē; exte inibi
Rainerius de forlibio citans ſanctum Thom.
*Fratermonachus pro alēdo patre poſſe exire ad à monaſterio*
exiſtimat,quod ſi frater ſit,profeſſus religio
nem poteſt exire pro alendo patre, & ex eo
ſtabiliri poſſet,quæ & nos de parricidarum
pœnis tractantes, numero. 10. congeſsimus,
nec obſtat ea,quæ pro contraria parte à tam
grandi multitudine congeſta ſunt ſi quidem
tex.in.c.1.de pace tenenda nihil obſtat , quo
minus iſthæc procedat opinio,inibi ius ſpe-
ciale ponitur,nec ad conſequentiam trahi de
bet.l.ius ſingulare.ff.de leg.nec text.in.l.mi-
nimè.ff.de religioſi, & ſumpti funerum,cum
verba agit in patre contra patriam veniente,
in qua ſpecie licet,vtiq; filio patrē interime-
re ex fortunio garſia,numero.17.in dicta leg.
veluti.ff.de iuſti.& iure.Gomezi numero. 22
in præcitato.§.rurſus,& nos de parricidiorū
pœnis tractātes adnotauimus ſupra, quibus
ſane exiſtimo, tametſi quis bannitus ſit,ali-
mēta præſtanda eſſe, & preter doctores prę
cita. Huic ſententiæ ſubcripſit de Iac.Leo.
inter conſilia,Alberti Bruni, conſilio.114. nu
mero. 417. Ioann. Lopius , in leg.quarta,nu
mero. 14. in Taurino conuentu lata.

Secundò eodem pacto deducitur priorem
7 ſententiam intelligendam fore in occidente
bannitum ignoranter ſi quidem latebat ei,
bannitum eſſe adhuc aliqua pœna afficien-
dus non eſt,ex Bartol.in.l.inter omnes.§. re-
cte,numero.41 . ff. de furtis,& in leg. genero
per illum text.ff.de infami,Hippolit. in pra
ctica criminali,numero tertio,itidem in leg.
prima,numero.69.ff. deſicariis , & rurſus in
conſilio.55,numero ſexto,Ioannes de Arno.
in epitome.26.Ludouicus Carrerius in practi
ca criminali.§ homicidium, numero. 202. &
ante hos,nellus in tracta.quem publicum fe
cit bannitorum.in ſecunda parte. 2. tempo-
ris,quæſtio.22.&,24.Alexand. conſilio . 114.
numero quarto in.1.parte conſiliorum diffi-
nientes, ſi iuſtam ignorandi cauſam habuit
Titium bannitum eſſe immunem eſſe, ſicuti
Decius deffinit, conſilio.326.criminali.Cor-
ne.in conſilio.122,volumin.4.Alexan. conſi-
lio.35.volumin.quarto,Hippolitus in practi-
ca criminali.§ . agredior, Mathe. Aflictus in
conſtitutione Neapolitana incipienti pœ-
nam eorum decimo tertio notabil. Ludo-
uicus Carrerius,numero.203.loco paulo an-
teacitato diffinientes bannitum qui adhuc
erat rebannitus , non tamen erat cancelatus
de banno , eum occidendo criminis , autor
ab homicidij pœna immunis eſt, ex Bald. in
leg.labeo ad finem.ff.de pactis, Paulus Ca-
ſtrenſis in lege ſi de eo. ff. de acquir. poſſeſ-
ſio.

Tertiò,ab eodem fonte deriuatur intelle- 8
ctus communis ſententiæ,ſi bannitus inde-
bite,& nullo iure à banno , eſſet cancelatus,
eum interimens immunis ſit, perinde ac ſi
non eſſet cancelatus , ex Bartol.Rainerio in
leg. ſi cum ſeruum . ff.de donatio. inter vir.
& vxorem Bald.in capit.primo, in princi-
pio,hic finitur lex Corradij in vſibus feudo-
rum.ſignanter nellus , idem profeſſus in tra-
cta.bannitorum,prima part.3.temporis,quæ
ſtio.3 .numero.3.Cepola dicto conſilio ſepti
mo,numero primo in criminalibus Hippoli
tus ſingulari . 340.& in dicto.§.agredior,nu-
mero quinto,itidem in leg.prima.numer.71.
ff.deſicariis exiſtimantes,quod is iniuſte can
celatus dicitur ſi cancelationis cauſa minimè
appareat ex Bald.numero decimo octauo,
in capit.cum ſuper de re.iud.& in.l,ſi pręſens
ad finem.C.quomodo & quando iudex.& in
l.ſi non ſortem.§.adeo. ff. de conditione in-
debiti,Hippol.conſili p.55. num.5. Ludouic.
Carre.nu.207.eo in loco.cuius & antea me-
minimus.

Quartò,deducitur ex hiis vera ratio com- 9
munis ſententiæ intelligendo,etiam ſi is qui
bannitus eſt,occiſſori notificaſſet cancelatio
nem factam à banno,ſi quidem ei fides ad-
hibenda non eſt,niſi & is oſtenderit inſtru-
mentum cancelationis & gratiæ, ex Bartol.
& Iaſſo.in.l.non ſolum.§. morte . ff.de ope.
noui nunciatio,& inibi Anton.Rubeus , nu.
64.Paul.Caſtrenſis,conſilio.32.Alexan.con-
ſilio.114.Ange.in.l.filio.ff. de liberis pręteri.
Marian.Socin.Iunior.conſi.58.n.12.voum.1.
Hippo.nec admodum grauatus hiis accedit
in.l.1.ff.deſica.n.72.Ludoui.Carr.n.209.eo in
loco,cuius & antea meminimus.

Quintò, colligitur intellectus præceden- 10
tium intelligendo fore, in bannito occiden-
te alium bannitum,ſi quidem poteſt impu-
ne occidere,ex Bald.in.l.cum mulier.5.colū-
na,verſiculo ſtatuto cauetur.ff.ſolnto matri
monio,Felin.in.c.cum duobus de ſenten.ex-
commu.Hipp.in practi.criminali in.d.§. ag-
gredior.n.53.& Carre.n.310.eo loco, cuius &
antea meminimus.

Sextò vt quunquè ſit priorem ſentētiam
veram,ipſe crediderim eo etiā caſu ſi ſtatutū 11
ſimpliciter dicat bannitū offendi poſſe, licet
non

11 non dicat occidi,nihilo obſetius qui bannitũ
interemerit ab homicidij pœna immunis eſt,
diffiniere Raynerius,Bartol.& pleriq; alij in
l.3. §. finali.ff.de alimentis, & variis legatis
Paulus Caſtrenſis & Florian.in.l.binas ædes,
numero quarto.ff.de ſeruitutibus vrbanorũ
prędiorũ Ioannes Andreas ad ſpeculum, in
titulo de conſtitutio.in aditione fina. Floria.
in.l.ſi is qui binas.ff.de vſufructu.Paul.Alex.
& Iaſſon in.l.in ſuis.ff.de liberis & poſthum,
Bart.in conſilio incipienti ſtatuto Caſtri ple
bis,itidem conſilio.118.& præter hos, huius
ſententiæ autores habeo, Albericum in pri-
ma parte ſtatutorum,quæſtio.5.& octau.An
gel.conſilio.84. Alexan.in conſilio.167. vol.
3.Hippoli.in.l.prima,numero.37.C.de raptu
virgin.Angel.de malefi.in glo.comparuit in
quiſitus in termino defenſio. nellum de ſan
cto Geminiano in eo tracta.bãnitorum in.2.
parte.2.temporis,quæſtione.7.verſicu. exa-
minatis quæſtionibus,& nos in ſpecie ſtatu-
ti aliqua coniecimus,ſupra.c. 15. numero. 13.
ex nouioribus Carre.numero. 208. eo loco.
Cuius & antea meminimus,apud quem ple-
raq; id genus alia adducuntur,quæ candido
lectori facile obuia erũt interq; & illud adie
cit intelligendo priorem ſententiam, non ſo
12 lum in interimendo baunitum, ſed de pro-
ximo banniendum. Idem exiſtimat Iaſſon
in.l.quamuis.C.de in officioſo teſtament. &
in. l. ſi qua mulier.C.de ſacro ſanctis ecclesi.
columna.6.Hippol.in.l.prima. numero.74.
C.de raptu virginum,itidem conſilio.97.Ioã
nes de Arno.in ſingulari.180,Illud tamen ha-
beto candide lector,tametſi iſthæc ſtatutum
in foro fori, locum vendicaret nihilominus
13 in foropolli non eſſet immunis à peccato bã
nitum occidendo,ſtatuto adhuc permitente
ex Bald.in.c.1.colum.1.de iudi.& in.c.vltim.
in ſecundo notabile de præſcriptio,Iaſſon in
l.plagij,colnmn.1. ff. de verbo obligatio. &
Ferdinandus Arias in ea ſpecie, ita reſpõdit
numero.36.in.l.74.tauri,&inibi paſsim inter
pretes. quibus admodum conuincit gloſ.in
c.inter hæc.33.quæſtio ſecunda diffiniens,ta-
metſi maritus occidere vxorem in adulterto
deprehenſam pręmittatur,ſi id quidem fece
rit immunis non eſt à culpa, & labe peccati,
quam & ibi Archidiaconus ſequitur Abb.in
c.veniens.in.2.ex.deſponſalibus,& in repeti-
tio.c.cum non eſſes, columna quinta de te-
ſtamentis,deciſsionem glo.profeſſus eã exi-
ſtimat ſingularem,& Faber.in,l.gracus ad fi-

*In interiori animi iudicio ſtatutum valeat*

nem.C.de adulteriis. Imol. & nouiores in. l.
quid ergo.§.1.ff.de leg.1.Abb. Ioann. Anna.
columna ſecunda,& Felinus in capit. ſecun-
do,extra de homicidio,itidem Felinus in. c.
quæ in eccleſiarum,column.quinta de con-
ſtitutio.Abb.idem profeſſus in capit.ſi vero
in.2.columna penultima de ſenten.excõmu.
Felinus in.c.1.columna prima de præſcriptio
ni.& in.c.ad noſtram,columna. 1. de proba-
tio.Idem profeſſus exiſtimat eſſe illius gloſ.
deciſsionem auream,& huius ſententiæ au-
thores habeo Iaſſon in.l.vt vim, columna.5.
verſiculo redeo ad primam partem.ff. de iu-
ſti.& iure fortunium garſiam de vltimo fine
illatione,11.charta.10.& ante hos Roma.in re
petitione authent.ſimiliter in.54.ſpeciali pię
cauſæ inter vltimas voluntates. C. ad falcid.
Iaſſo.in.l.vbi pactum,numero.26 C.de tran
ſa.Ioann.Anebi.in ſilua nupti.libro primo,
numero.83.Gomezi.in.§.fuerat,numero.52.
inſtitu.de actio.Andre.Tiraque.in.9.lege co
nubiali,numero quarto,Petrus dueñas limi-
tatio.2.in regul.68.nec deſunt doctores theo
logi.qui hanc defendant ſententiam ſi qui-
dem, & Angel. A. clauaſsio in ſumma ſua.
verbo homicidium. 1. verſiculo. 6. & rurſus
verbo vxor, verſiculo.4. diuus Thomas in
4.ſententiarum,diſtinct.o.37.quæſtio. 2. vbi
Ricardus & pleriq; alij,idem exiſtimant Aſtẽ
ſamus,libro octauo ſuæ ſummę,titulo.20. ar
ticul.4.diuus Auguſtinus,libro ſecundo de
adulterinis coniugiis.c,14.& Robertus in cõ
mentariis in ſapientiam Salomonis, lectione
42.& id conſtat ex legibus moſaicis, quibus
diffinitum erat iniuriam ſine iudice vendica
re,vſq; ad mortem ſi crimen exigerit, vt di-
uus Gregorius declarat enarrans, illud Ma-
thei.c.22.c,cum in lege.23.q.4.vanus text. in
c,ſi quis peruetus,& inibi glo.22.q.2.cui ſimi
lis eſt in.c.ſi audiens.23.q.nihilominus,qui id
fecerit propria autoritate à peccati labe im-
munis non eſt,tametſi ex lege pœnas non li-
ceret,ſicuti expreſsim adnotat Archidiaco-
nus in dicto.c.cum in lege,vbi gloſ. diſtinct.
vſa ita diffinit, aut libore quodam odio ve
vendicabit iniuriam, aut ſine odio.ſicum
odio immunis non eſt,à labe peccati gloſ.&
doctores in.c.omnis autem lex. 3. diſtin.Ipſe
tamẽ quid in ea re ſenſerim,vt ad admuſsim
omnia intelligãtur ſententiã in adultero occi
dente vxorem,& in priuato occidente ban-
nitum, veritati magis fauere exiſtimo in ea
ſpecie maritum adulteros occidẽtem ex ſen-
tentia



[illegible]

tentia iudicis ſibi traditos minimè pecca-
re mortaliter, ſi abſq; liuore animi occide-
rit, ſi quidem ſi iudex poterat proprię ſen-
tẽtię executionem carnifici committere,nec
peccaret exequendo ſententiam iudicis car
nifex.Ita iudex hoc munus poterit ex ipſa
lege marito delegare. Quid refert carnifex,
an maritus eos occidat,ſi lex iuſta & inferẽs
pœnam mortis adulteris,quod ſi marit' mor
taliter peccaret in hoc homicidio, vtiq; iu-
dex etiam peccaret tradens marito ipſos a-
dulteros,nec princeps tutus eſſet à crimine
mortali, qui hãc permitteret ſeruare legẽ,vn
de & illud neceſſario ſequitur maritum non
peccare mortaliter,ſicuti in ea ſpecie ex no-
ſtrę Hiſpanię hominibus,ita reſpondit Ioã.
à Medina theologus magni,mehercule, no-
minis quiq; in gimnaſio complutenſi ęgre-
giam huic profeſsioni operam ad obitum vſ
q; nauauerit in.C.de reſtituti, quæſti.tertia,
caſu quarto,Didacus à Couarruuias de ma-
trimonio ſecundę partis,capit octauo,nume
ro.18.& ante hos de bannito verba agens, ita
reſpondit Alberic.in quarta parte ſtatut.quæ
ſtio.19.ſcribens bannitum in interiori animi
iudicio poſſe à priuato tute occidi, nellus de
ſancto Gemi.in tracta.de bannitis prima par
te.2.temporis,quæſtio prima. Iaſſon in.l.vbi
pactum.C.de tranſactio.numero.16.Felin. in
capit.quæ in eccleſiarũ,numero decimoquar
to de conſtitutio.quia bannitus abſens legiti
me vocatus ad iudicium,atq; contumax ꝑ-
pter aliquod crimen condemnatur mor-
tis pœna,& ne ipſe reipublice illudat,iudex
cuilibet ad illud occidendum,dat liberam li-
centiam,ſic ergo erit tutus in conſcientiæ iu-
dicio.occidẽs adulterum,& lex id permittẽs
non debet cenſeri iniqua,ſi quidem reſpubli
ca poteſt hoc crimen cõmittens morte puni-
re,cum reipublice interſit nocentes occide-
re.Cum ſi aliquis homo ſit pernicioſus,& in
congregatione politica periculoſus, propter
aliquot peccatum iuſte occiditur, vt cõmu-
ne bonum conſeruetur,ſicuti in ea ſpecie ſcri
bit Thom.2.2.quæſt.64.articulo ſecundo.Ca
ietanus inibi.Ioann.maior in quarta ſenten.
diſtin.35.quæſti.prima,& ante eum Thomas
& Paludanus in quarto ſenten.diſtinctio. 37.
quæſt.ſecunda,articulo primo, tametſi ban-
nitum ex forma ſtatuti occidendo immunis
non ſit in interiori animi iudicio.ex Gomez.
numero.62.loco præcitato.Felino numer.42
in cap.eccleſiæ ſanctę Mariæ de cõſtitutio.

ſi quidem ſtatutum legesve permittẽtes vin
dictam cum agitur de peccato,ne vtiq; vires
obtinent quimetiam ſacrorum canonum cõ
ſtitutionibus ſtandum eſt,capit. per venera-
bilem,qui filij ſint legitimi.c.final.de conſti-
tutio. c.nouit de iudi.& expreſsim Rochus
Curtius,id adnotat in capit.finali. num.149.
de conſuetudine diffiniens,diſpoſitionẽ tex. *Intellectus.l 1.& .2.*
in.l,prima & ſecunda, quando liceat vnicui-
q; ſine iudice,ſe vendicare.C.non procedere
in eccleſiæ foro,nec Ceſaris, tanquã nutriti- 14
ua peccati,nec aliquo iuris apice obſtat pon
tificia conſtitutio in capit.ſecundo de homi-
cidio, vbi ex diſpoſitione iuris canonici fur
nocturnus occidi permittit,tametſi põtificia
ſit conſtitutio nihilominus in interiori animi
iudicio non procedit,ſicuti diffinitur in. c.cũ *Fur noturn' quando occi di permitta tur.*
dilecti,& in capi.ad noſtram de emptio.& vẽ
ditio.vbi extãt pontificia iura permittentia,
ſe inuicem decipere, vſq; ad dimidiam iuſti
precij contrahentes, nihilobſetius in foro 15
conſcientiæ diſpoſitiones ille canonicæ non
procedunt ex Bald.in capit.cum cauſa ad fi-
nem de teſtibus Antonius de Butrio in dicto
c.cum ad noſtram.Crotus,ex nouiotibus. 1.
notabile in.c.ſecundo de conſtitutio.libr. 6.
Gomezi.numero.54.in.§.ſuper eſt,inſtit. de
actio. & ante hos Innocen.in capit.in ciuita-
te, vbi etiã Antonius Abb. Ioannes Anna-
nias,columna quarta,& inibi Felinus,& inter
pretum maior pars,ex. de vſuris, Antonius
in cap.quia pleriq;,columna ante penultima
& inibi Abb.9.quæſtio.de immunitate eccle
ſiarum.Anto.in dicto.c.cum dilecti,vbi etiã
Henrricus,columna penultima,& in cap. pe
nultimo de emptio.& venditio.Barba,in re-
petitio capituli Reinaldus,col.173.de teſtamẽ
tis,Archidiaco in.c.hoc ius.4.col.10. q.2. iti-
dem in.c.ſi cupis.16.q.1.Cardinalis & Abb.
in.c.1.de emptio.& venditio,& ex theologis
diuus Thomas hanc profitetur ſententiã.2.2.
q.77.arti.1.Scotus in.4.ſententiarum, diſtin.
15.q.2.articulo.2.concluſio.3.& inibi Gabriel
in eadem diſtinctio.quęſtio.10.articulo.2. cõ
cluſio.2.Antonius Florentinus in.2.part.prin
cipali ſuę ſummæ,tit.1.c.16.verſiculo quantũ
ad tertiam,col.3.& rurſus colum.5.ex nouio
bus Adrianus Florentinus in. 4. ſententiarũ
in quæſtio incipienti conſequenter, quæro
indiſtincte teneantur in ſolutione ipſi' quæ
ſtionis Bernardinus in libro de euãgelio ęter *Medina & Soto.*
no,ſermone.35.charta vltima,is idem ſermo-
ne.35.articulo.1.c.2.Ioann.de Ligniano & Cal
y derinus

[illegible]

derinus in.c.nauiganti ex.de vſuris diffiniens
nec in modica leſione id procedere, nam &
*Mirandaphiloſophorū æquitas.*
Suidas author eſt Hermentem philoſo-
phū Aegiptium, ea iuſtitia fuiſſe, vt ſi à ſe
quiſpiã empturo, minus iuſto prçcio petere
tur nihilominus iuſtum promittebat, & Ci-
cero libro.3.officiorum, aſſeuerat quintum
Scęuolam idem feciſſe, & prçter hos iura ca
nonica permittentia ſe inuicem decipere, vſ-
q; ad dimidiam in interiori animi iudicio nõ
procedere ex Gereardo de petra ſancta ſin-
gulari.22.Iaſſon, numero.104.& inibi Gome
zi.in.§.ſed iſte quidem aſſeuerat hanc eſſe fre
quentiori doctorum calculo receptam ſentẽ
tiam, itidem in capit.ſecundo, numero ſepti-
mo de conſtitutio.libro ſexto, Salicetus præ
ter hos in authenti.ad hec.21.quçſt. C. de vſu
ris, Fredericus Senenſis, conſilio.21.Iaſſon in
l.ſi quis in conſcribendo, columna ſecunda.
C.de pactis, & in.l.ſi quis cum aliter ad finẽ.
ff.de verbo obligatio. Decius in dicto capit.
primo, columna ſeptima de conſtitutio. &
conſilio.111.columna ſecunda, verſiculo ſecũ
do, non obſtat Franciſcus Aretinus, conſilio
92.columna ſecunda, Cępola in tracta. de ſi-
*Frequentior opinio.*
mulatione contractuum in ſecunda præſum
ptione, columna tertia, Petrus Ferra.in forma
16 libelli in cauſa venditionis, verbo pro prçcio
columna prima, & eſt gloſſ.pro hac commu
niori ſententia in capit.hoc ius.10.quæſtio.ſe
cunda, quæ expreſsim hoc ipſum vult diffi-
niens, tametſi contrahentes poſſent ſe inui-
cem decipere, eccleſia tamen non poteſt rẽ
pluries vendere, quam valet, quam eſſe ſingu
larem profitetur Romanus ſingulari.758, Ho
ſtienſis, Imol.Abb.in capit.primo in princi-
pio, extra de emptione & venditione, Bal. in
l.in cauſæ.§.idem Pomponius.ff.de minori-
bus, & in authenti.hoc ius porrectum, col. 4.
C.de ſacro ſanctis eccleſiis, & eſſe notatu di-
gnam exiſtimat Abb.quæſtio nona, in dicto
capit.quia pleriq;, & in dicto cap.in ciuitate,
columna ſecunda, & in cap.per tuas, colum.
ſecunda de donatio, itidem in.c.cum cauſam
de teſtibus, Antonius in.c.continebatur, col.
1.de hiis quę fiunt à prælato, & in dicto.c. in
ciuitate, Anto.& Imol.in dicto.c.cum cauſa.
Iaſſon in.l.quotiens.col.5.de rei vendicatio.
Calcaneus, conſilio.28.col.2.Barbatius in di-
cto.c.Reinaldus, columna.113.& conſilio.77.
col.1.vol.4.is idem in.l.2.§.vltimo.col.9.ff.de
verbo obligatio.Bertachinus in tracta.de Ga
bellis.2.part.principali.q.8.ad finem, Franciſ
cus Aretin.in.l.ſi quis cum aliter, columm.8.
ff.de verbo obligatio.& pleriſq; alij idem exi
ſtimant ad reſtitutionem teneri, qui contra-
hendo notabiliter proximum lędunt, etiã in
tra iuſti prętij dimidiam, inter quos, & Corra
dus de contractibus.q.57. concluſio.1. Inno.
Anna.Anton.& Abb.in dicto.c.quia pleriq;
de immunita.eccleſ.Cæpol.in tract.de ſimu
latio.contractus.2.prçſumptio, columna.2.
Marti.Azpil.in capit. qualitas de pœniten.
diſt.5.n.45.itidem in.c nouit.nota.6.Corrola
rio.10.de iudi.Iaſſ.in.§.ſed iſte.n.104. de acti.
fortunius de vlti.fine, illatio.17.Anto.Burgẽ.
& Anto.Butricen in dicto.c.cum dilecti de
emptio.& venditio, & eam eſſe communem
profitetur Gomez.n.5.in.c.2.de conſtitu.in.6
Corradus in ſumma totius operis de contra
cti.q.57.diſtin.3.Ioãn.à Medina de reſtitu.q.
32.Decius, conſilio.111.col.2. Alfonſus à Ca-
ſtro li.2.de poteſta.legis pœnalis.c.10. fallen.
3.Silueſter verbo, emptio.q.8.Thom.in.4.ſen
ten.diſtin.15.q.3.arti.2.& inibi Gabriel.quæſ.
10.colum.9.& maior.q.40.verſiculo. 8.argui
tur Adrianus collibeto.6.articulo.3.Caietan.
articulo.1.collibeto.16.quæſtionum.c.12.fo.
66.ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus, Domini.
à Soto in eo tracta.quem publicum fecit de
iuſti.& iur.lib.6.q.1.articu.1.pagi.551.colum.
2.profitetur hanc eſſe communem theologo
rum, & Didacus à Couarruuias, nec admodũ
grauatus huic accedit ſententiæ.lib.2.variarũ
reſolutio.c.4.n.11.quo in loco aſſeuerat eſſe
frequentiori calculo receptam ſententiam.

Nec deſunt qui contrariam exiſtimẽt ſen
*Cõtraria ſententia.*
tentiam, ſi quidem & Ioannes Crotus in.d. ca
pit.animarum de conſtitutio.libro ſexto ap-
probat contractum in interiori animi iudicio
de quo in.c.cum dilecti, & in.c.ad noſtram de
emptio & venditio, Bald.ſibi contrarius in.c.
ſi proponente de reſcriptis, Petrus Ancharr.
in.c.peccatum.4.concluſio.principali de re-
gul.iuris, libro.7.Socinus conſilio.49.colũ.2.
libro.4.Decius ſibi contrarius in.l.ſemper ad
finem.ff.de regul.iuris, Ancharr.in regul.pec
catum.concluſione.4.de regul.iuris.libro.6.
Barba.in.c.1.de emptio, & venditio, Franciſ.
Aretin.in.d.l.ſi quis cum aliter.col.penult. &
in præcitato.c.cum cauſam.& eſt gloſſ.in. d.
c.ſi cupis verbo cum multum.16.q.1.diffiniẽs
in contractu decipere nõ eſſe peccatum, ex
c.innocens.22. q. 4. ex nouioribus cõceſsit
Dueñas in regula.148.

Ipſe tamen exiſtimo in interiori animi iu
*De eadem re*
dicio





dicio infra mediam partem iuſti precij non
eſſe licitum decipere, quando ipſa deceptio,
17 ex cõtrahẽtium dolo, proficiſceretur. quod
ſi abſq; dolo, contrahentis fieret licitũ eſſet
ex Abb.in.d.c. in ciuitate col.2. Corneo in.l.
paſcenda pecora, col.1. C.de pactis.Decio in
d.c.1.col.8.de conſtitutio.Abb.in.d.c.cũ cau
ſam.col.vltima, & inibi Feli.de teſtib⁹, Abb.
in.c.1.ne clerici vel monachi.Calderi. in.d.c.
nauiganti, col.4.de vſuris, Salicetus in dicta
authen.ad hæc, & multum huic ſententię ſuf
fragatur gloſſ.in dicta.l.item ſi precio. §.vlti
mo.Burgenſis in.dicto.c.cum dilecti, nec aſ-
pernenda eſt in dubio, Imola. diſtinctio in
d.c.1.de emptio & vendi.ea diſtinctione vſus
aut emptor ſciebat verum precium, & ſpõte
*Autoris opinio.*
emit, an vero ignorat, & primo quidem caſu
nullum ſit animę periculum.2.caſu ſecus, vt
cũq; ſit, prior opinio veriſsima eſt, & admo-
dum naturali rationi conſona, ex inſtitia cõ-
mutatiua partis, ad partem, ex Ariſto.libr.5.
Aethico.c.5.& li.1.polliti.c.6.atq; ideo dece
ptionem iſtam omnino eſſe cõtra virtutem
iuſtitię cõmutatiuę.quæ in æqualitate iuxta
proportionem conſiſtit, & ad id oſtẽditur Le
uitici.c.25.&.1.ad Theſſalonicẽſes.c.4.Augu.
li.13.de trinita.c.3.Scotus in.4.diſtin. 15. q.2.
*Frequentior opinio.*
Anton.& Abb.q.9.in.d.c.quia pleriq; aſſeue
rantes, cõmunẽ opinionem adhuc obtinere,
etiam ſi quis bona fide exiſtimans iuſto pre
cio emere, aut vendere, alterum etiam leſſerit
intra dimidiam, quod veriſsimum eſſe exiſti
mãt Florent.2.par.tit.1.c.16.§.3.Caieta.d.c.12
Adrianus arti.3.præcitato.Corradus conclu
ſio.5.d.q.57.& ante hos Scotus in.4.ſentẽtia-
rum.diſtin.15.& eam eſſe communem aſſeue
rat Didacus à Couarruuias, eo in loco cuius
& antea meminimus diffiniens, qui bona fi-
de contraxerit, deinde cognouerit, reipſa, ꝓ-
ximum leſiſſe tenebitur ad huius leſionis re-
ſtitutionẽ, tametſi Anto.Burgen.in.d.c.cum
dilecti, n.22.& Aret.in.c.cũ cauſam de teſtib⁹
*Verior opinio*
n.12.veriorẽ eſſe cõtrariã ſententiã exiſtimẽt
& Gomez.n.10.in.d.c.2.oẽs tñ ꝓprio ore, eo
dẽq; marte cõueniunt in foro exteriori recin
dendũ eſſe contractũ, vbi dolo ledentis intra
dimidiã contigerit, & hoc quidẽ ex ꝓpoſito
dolo adhibito, ex gl.cõmuniter recepta in.d.
c.cũ dilecti.Abb.& Ann.in præcitato.c.in ci
uitate.Decio n.18.in.c.1.de cõſti. fortunio in
d.illatione.17.

Quod ſi leſio vltra dimidiã, & abſq; dolo
acciderit, dolo dantẽ cauſam cõtractui, aut in
ipſum incidẽti, actio nõ datur doloſo ad reſti
tuendã ipſam rẽ.ſed vtiq; dolũ paſſo actio cõ
*Cõtraria opinio.*
petit, ex Ioãn.à Medina de reſtit.q.23.Corrã
do.d.l.57.diſtin.3.d.6.tametſi, ab ea ſententia
diſcedat Silueſter verbo culpa.§.7.ſed vt pa
cem deſidentibus doctoribus afferã prior o-
pinio vera eſt, vbi dolus ipſe dedit cauſam cõ
tractui poſterior verò opinio quando dolus
in contractum incidit.

Cæterum ad huius quæſtionis diffinitio
nẽ ſi quis ſciens iuſtũ rei valorẽ, abſq; mẽda-
tio viliori precio emerit, ab ignorante, quod
ſi iuſtũ rei preciũ etiã intra dimidiã cogetur,
adhuc extimationẽ ſupplere iuſtã, ex Augu.
li.13.de trinita.c.6.Carolus Molẽdineus.q.14
n.173.ſed iure pontificio deceptũ ignorãtem
aduerſus deceptionẽ ex pretij vera ſciẽtia a-
gere poſſe ad cõpenſationẽ leſionis, ex An-
char.in regula peccatũ de regul.iu.in.6.n. 21.
Calderino in.d.c.nauiganti, col.4.de vſuris.
Abb.in.c.in ciuitate.n.6.& inibi Anna.nu.8.
Abb.in.c.cũ cauſam.n.4.de vſu.Mart.Azpi.
n.76.Corrolario.9.in.d.c.nouit.

Ad apertiorẽ huius quęſtionis materiam
*De eadem re*
& illud cõuenit adnotare, ſi quis ſciens rei iu
ſtũ valorẽ, eã cariori precio vendiderit, quam
valet, vel emerit vilius eã rẽ à ſciẽte hũc in in
teriori animi iudicio peccare, & ad reſtitutio
nẽ teneri, ſicuti cõſtat ex hiis rationibus, quas
ſerioſe cõgerit, Corr.đ cõtractib⁹.q.57. diſ.3.
poſt.14.dictũ, verſi.1.arguitur.Caieta. ſatis di
ligenter.d.c.12.collibeto.9.q.ſi quidẽ donatio
nis titulus, nec prçſumptio, hic non ſubeſt,
ideo rei aliene domino inuito vſurpatio eſt
Anchar.in regula peccatũ.n.21.quod ſi leſſus
nulla neceſsitate coactus, rẽ illã emerit carius
vel vilius vendiderit, certo certius ſciens iuſtũ
rei valorẽ donationẽ preſumi dubio procul
cõſtat, ex Saliceto in.d.auth.ad hęc.q.21.Cor
rado & Caieta.hiis in locis quibus & memi-
nimus.Ioann.à Medina de cõtracti.c.33. Go-
mez.diligẽter in.c.2.n.19.præcitato.

Ex qb⁹ ſatis iã ſatis diffinitũ erit, cõſidera
*De eadem re*
tis hiis, de qb⁹ paulò antea meminimus ĩ hiis
cõtractibus cõmutatiuis minimè donationẽ
preſumi, & prçter alia ea ratione adiuuatur,
quod emptionis & venditionis contract⁹ ex
propria vi, & natura nõ eſt gratuitus, quo fit
id quod eſt accidens nempe donationem pre
ſumptam non eſſe conſiderandam cũ in eo
contractu, de iuſtitia tractetur iuſtumq; pre
cium quæratur non donum, vti in ea ſpecie
reſpondit diuus Thom.q.77.arti.1.loco præ

citato Cinus in.d.l.2.de recindenda venditio
q.8.& hiis pleraq; alia congerit Dida.à Coua
rru.li.2.variarũ.c.4.per totum,vbi qui iſtis no
ſtris non ſit ſaciatus inibi pleriq; alia in eaſpe
cie ad nauſeam,vſq; videbit.

18 Vt quæ longo ſubſelio tractauerimus, &
quo abij redeam,& vt priori ſententiæ ſatisfa
ciam qui peccat legis autoritate,ex Auguſti
no intelligenda eſt de lege diuina,non autem
humana,idem exiſtimat Adrianus Floren.in
materia reſtitutio, eo in loco cuius & antea
meminimus,& in dubio bannitus potius oc-
ciſſus cauſa odij præſumitur,& liuore animi
quam reipublice,vt in.c.omnes.6.q.1.Anto.
rube.in.l.non ſolum.§.morte.n.647. ff.noui.
ope.nũtia. Me quidem ſatis dubium habet,
quod in hac quæſtione dicendum ſit, quam
etiam ex nouioribus ſatis diligenter ad pul-
mum reuulſis rationib⁹,explicat Archiepiſ.
ſancti Dominici deſignatus in.4.decretaliũ
2.part.c.7.§.7.n.17.

Vt quæ antea tractauerimus,ex prædicta
tandem principali aſſertione, intelligẽda eſt
bannitum ex forma ſtatuti impune occiden
dum fore ni proditoriè occiderit.ex Ang.ad
Bar.in.l.fina.per tex.inibi.C.de delatoribus,
li.10.quem ſequitur,idẽ profeſſus,Hippo. in
rubri.ff.de ſicariis.n.14.Cæpola in conſil.cri-
minali.34.n.6.nellus in tract.bannitorũ.3. par
te.2.temporis.q.8.ex nouioribus Ludo. Car.
in practica criminali.§.homicidiũ.n.230. pa-
gina.439.Ioann.de Arno.in ſoliloq.2.Petrus
Dueñas limitatio.8.regula.68.Hipp.conſi. 1.
in principio,& rurſus conſi.131.conſi. 132. nu
mero.16.

*De eadem re* 19 Vt cumq; ſit priorem ſententiam veram
eſſe crediderim,eo caſu ni & bãnitus,lata ſen
tentia eſſet condemnatus,& ad ſuplicium du
ceretur,ſi quidem in ea ſpecie à priuato occi
di non poteſt,Bart.in.l.cuiuſq;.n.4.ff.ad legẽ
iuliã.mageſta.Bal.idem profeſſus.n.3.in.l.adi
tos.C.de epiſcopali audientia.itidem in.l.fi.
C.de maledi.& mathema.is idem in.l.fidei cõ
miſſa.§.ſi quis,ff.de lega.3.ex neotericis Lu-
douicus Carrerius,numero.220.eo in loco cu
ius & antea meminimus,& Hippolit,in pra-
ctica criminali.§.agredior,numero. 40. Ale-
xand.poſt Bar.in.d.§.transfugas.

*De eadem re* 20 Tertiò,deducitur ex hiis vera ratio prio-
ris ſentẽtiæ de bannito loquens impune oc-
cidendo ni eſſet captus, & in carceribus de
tentus, cum & incarcerati ſub protectione
curię ſint.Bartol.in.l.laqueum.ff.de acquirẽ
do rerum dominio.& in.l.eiuſdem.§.transfu
gas.ff.de ſicariis,itidem in.l.lege iulia.ff.ad. l.
iuliam de vi priuata,& eſt text.ad id pręſtan
tiſsimus in.l.fina.C.de cuſtodia reorũ,& hu-
ius ſententiæ pleroſq; autores habeo,Bald.in
l.libertas.ff.de ſtatu hominum Ioannem An
na.in cap.cum iuramento de homicidio.nu.
ſexto.& inibi Felinus expreſsim id adnotat,
quibus & pleriq; alij ex nouioribus acceſſere
inter quos.& Ludouicus Carrerius;num.221.
eo in loco cuius & antea meminimus Hippo
litus nec admodum grauatus,hiis accedit in
ſingulari.150.& in.l. prima,numero tertio. ff.
de ſicariis,& in præcitato.§.agredior.n.24.

Quartò ex hiis liquet alius caſus,qui eo-
dem pacto deducitur bãnitum,ex forma ſta *De eadem re*
tuti occidendũ fore,niſi & is,qui capitales ha 21
bet inimicitias interemit,cũ & is liuore quo
dam animi,atq; propter vindictam priuatã,
& non propter publicam,vtilitatẽ bãnitum
interemiſſe cenſeatur:is quidem non iuuatur
ſtatuto præcitato de occidente bãnito,Alex.
ad Bar.ita diffiniuit,& Roman⁹ in.l.ſi quis in
graui.§.vtrum.ff.ad ſillani.n.3.Paulus Pariſi.
nec admodum inuitus eiſdem accedit in . c.
dilecti de exceptionib⁹.n.25.& ante hos,Bar.
in.l.nulla.C.de delato.li.10.cum pleriſq;,quæ
ad nauſeam,vſq; congerit Carr.n.228.eo in lo
co,cuius & antea meminimus.

Quintò,& alias ſubiicitur caſus,qui ab eo *De eadem re*
dem fonte deriuatur,ex quo conſtat vera co 22
gnitio deciſionis ſtatutũ,de bannito loquẽs,
non habere locum in fœmina pregnante,quę
tametſi ex forma ſtatuti poſsit occidi,non ta
men ſi pręgnãs eſt,ex Ioann.de Annan.nu.7.
in.c,intelliximus de hiis qui filios occiderunt
ex.l.imperator.ff.de ſtatu.hominum. & in.l.
prægnãtis.ff.de pœnis regia.l.inſignis in hiis
regnis.2.titulo.30.par.7.nellus in eo tractatu
quem prodit de bannitis in.1.par.2.temporis
quæſtio.45.&.56.Alexan.ad Bartol.in præci
tata.l.pręgnantis.Hippolitus,numero. 13. in
l.ſecunda.ff.de quæſtio,itidem in practi. cri-
minali.§.nunc videndum,numero.50.ex no-
uioribus Ioannes de Arno.idem profeſſus in
commento.112.Ludouicus Carrerius,nume,
223.in practica criminali.§.homicidium.pagi
na.437.Angel.in tracta.maleficiorum,verbo
fama publica.n.102.Ioann.Aneuizanis in ſua
ſilua nuptiali,li.1.n.92.& Ioannes Annanias
loco pręcitato,hanc ſententiam intelligen-
da fore opinatur,tametſi partus eſſet adulte-
rinus in carcere ue conceptus adhuc etiam ſi
eſſet



eſſet pręgnãs decem,vel viginti dierũ, quod
Alexan.& Hippo.& Ludouicus Carrer. hiis
in locis quibus,& antea meminimus,idẽ dif-
finiunt,quam ſentẽtiam,me quidem ſatis du
bium habet, & ambiguam diffinitionem ex
pluribus,quæ & nos congeſsimus ſupra,ca-
pite.26.

Sexto colligitur ex pręcedẽtibus alius ca
*De eadem re* ſus,qui à priori ſententia ſubiicitur,ſi & ban-
23 nitus,ſi eſſet de proximo rebaniendus,ſi qui
dem in ea ſpecie impune occidi non poſſet,
ex Bald.in.l.1.§.ſerui.ff.ad ſillani. Cæpola in
in conſilio criminali.39.& huius ſententię au
tores habeo Ludouicum Carre.n.215.eo in lo
co,cuius & antea mentionẽ fecimus. Hipp.
in conſi.10.&.66.&.94.is idem in practica cri
minali.§.agredior.n.27.& ſingulari.106.

Septimò,ex hiis adnotanda ſimul, & de-
fendẽda eſt Ange.de peruſio deciſsio in. l. ſi
*De eadem re* duo.ff.de acq.hæred.& Hipp.n.34.in.d.§. a-
24 gredior,& in.l.1.n.11.ff.de ſicariis,quo ad intel
lectum cõmunis ſententiæ diffinientes,ſi bã
nitus,cõmuni hominum extimatione ꝓ non
bannito exiſtimabatur, adhuc ex forma ſta-
tuti occidi non poſſe.

Poſtremo erit deinde animaduertẽdũ, vt
ſtatuto locus ſit,oportere omnino ſuper ban
25 no latam eſſe ſententiam,quod ſi ſub iudice
lis ſit,& appellatione interpoſita ſuper. ban-
no interimi non poteſt bannitus occidi, ex
dino Bar. Iaſ.in.l.poſsidere. §. ſi ſeruo.ff. de
acqu.poſ.Dinus in.l.1.in princ.nihil innoua
ri appellatione pendente. ff. & in. l. qui à la-
tronibus.§.ſi quis.ff.de teſtamen.Alex. poſt
Bar.in.l.fina.ff.de adulter.Bal.in.l.prima, co
lumna vltima de appellatio. ſpeculator in ti
titu.de ſententiis,verſiculo pendente tempo
re.Bald.in authen.quæ ſupplicatio,columna
ſecunda.C.de precibus imperato.offerendis
Ioannes de Arno.in dialogo.15. cum pleriſq;
aliis,quæ ad nauſeã,vſq; congerit Ludouic⁹
Carrerius in practica ſua criminali.§. homici
diũ.n.22.quæ cãdido lectori,obuia erũt,& ex
noſtræ Hiſpaniæ hominibus in.l.73.tauri tra
didere Arias Lopius.Anto.Gome.de bãnitis
tractãtes pleraq; alia congeſſerunt,quę & no
bis proſequi non lubet,cũ ab ſingulis prope
ſcriptoribus fuſe explicetur,& citra tedium
trãſcribi non poſſunt, & ne videar iter iam
actum agere cõſulto omitto ne chartę diſpẽ-
diũ ferant.Et an bãnitus ꝓditorie occidi poſ
ſit aliquot cõiecim⁹.c.6.n.7.& an veneno in
terimi poſsit adnotauimus.c.20.n.7.ſupra &
pleraq; alia de bãnitis cõiiciã infra.c.44.dum
agem⁹,an & bãnitus necẽ defuncti poſsit vẽ
dicare.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Conſentaneum eſt reipublice bene inſtitute,*
*qui iudicãdi munus habet,ſimulatione vti,*
*vt de criminis autore conſtet.*
2 *Iudicẽ poſſe delatum de crime ad pœnã dam*
*nare,ex cõfeſsione adhuc promiſſa criminis*
*impunitate,& rurſus.n.5.*
3 *Prudentiæ iudicantis potiſsimum tribuendũ*
*eſſe ſi ad eruẽdã veritatem cauillo, ac frau-*
*de,doloq; bono vtatur.*
4 *Signanter perpenditur,ex doctiſsimorum vi*
*rorum voto quid dolus malus ſit.*
5 *Criminis reum condẽnari nequaquã poſſe ex*
*confeſsione per dolum extorta.*
6 *Fidem hoſti datã ſeruãdã eſſe ſi bellum iu-*
*ſtũ ſit.*
7 *Simplex fides & iuramantum à pari proce-*
*dere dubio procul conſtat.*
8 *In reipublice diſpendium ac perniciẽ fidẽ de-*
*linquenti à iudice datã ſeruandã non fore.*
9 *Temerarium eſſet criminis reum ad pœnã*
*delicti ordinariam condemnare,ſi confeſsio-*
*nem reuocauerit,nec vtiq; perſeuauerit.*
10 *Qui promiſſa impunitate criminis reum à*
*loco ſacro coegerit diſcedere, iudicem fidem*
in .l.hac parte quæ eſt.2.ff.vnde cognati,&.l.
vel ſi ſanguine.ff.de manu.vindic.vbi ita ſcri
bit vel ſi ſanguine eũ cõtingit.habetur enim
ratio cognationis & in.l.vacantia. C. de bo.
vacanti.libro.10.quo in loco & Ioan.à Platea
idem exiſtimat & ſignorolus de conſangui.
loquens.cõſil.191.cum in terra. & ex Virgi. 12
lib.6.Aeneidos dũ dicit.

*Aeneam ſatum ſanguinis diuum, quod filius Ve*
*neris eſſet.*

Ouidius libr.faſtorum.1.

*Virgilius.*

*Hinc fuit euander qui quãquam clarus vtroq;*
*Nobilior ſacre ſanguine matris erat.*

Et Tullius huc alluſiſſe videtur,in oratio-
ne ꝓ ſexto Roſcio amerino.ſic ſe res habet iu *Tullius.*
dices magnã vim magnã neceſsitatẽ, magnã
poſsidet religionẽ paternus maternuſq; ſan-
guis. Nec me latet à philoſophis & pleriſque
medicis ancipiti.q. cõtrouerſũ fuiſſe cõferat
ne aliquid ſanguis maternus, ad cõceptionẽ.
diffinit Ariſto.lib.de gñatione aĩali.1.c.19.Cę
lius Rhodig.lectiõe antiquarũ.lib.3.c.43.Plu-
tarc.de placitis philoſo.lib.5.c.5.Alber.Mag.
de aĩali.lib.9.tract.2.c.1. Nemeſi.lib.de natu.
hoĩs.c.24. Cenſoriũ de die natali.c.4.& apud
medicos Galen lib.2.de ſemi.& rurſus de vti-
litate partiũ lib.14.Auice.lib.3.Phem.20.trac.
1.c.3.Petr.aponẽſis in cõciliatore differentia
37. auerrori.2.colliget capite de iuuamẽ. teſti
culorũ,Iaco.Forliuiẽ.q.in libr.Sthemi. ca.37.
Nico.florẽ.lib.6.ſermonũ tracta.1.ca.12.& ex
noſtrę claſsis autho.Frederi.ſenẽſis conſ.301.
magiſter ſatis diligẽter Nico.Boer. in deciſi.
241.nu.7.&.8.pte.lib.2.de gñatio . animalium
ad generationem ꝓ his ſemẽ vtriuſque con-
curri debet Gabriel de Terrega.in ſuo opere
Theori



theorico, & practico medicinali in litera
S.q. 26.& in lib.teſtuali Auicenæ in litera
Sperma.c.3.Pau. Caſtren.in.l.1.col.1.de cõ
dit.inſertis.C.Hoſti. Ioã. And.Inno.Petr.
de Anchar.in.c.fraternitati tue.de eo qui
cognouit conſanguine vxoris ſuæ Bal. in
in.l.fin.C.de ſeru. fugit. teſtes hominis ad
generationem conferant tradidimus ſu-
pra de Eunuchorũ pœnis tractãtes. ſupra
c.24.num.5.ad finem.

Adhuc oportet hic memoria repetere
ad quem vſque gradum conſanguinei ad
necem defuncti vindicandam admittan-
tur,vt & hij etiam,iniri poſſent pacem,&
ſunt qui exiſtiment ad decimum vſq; gra
13 dum conſanguineis cõpetere,ea ducti ra-
tione, ſiquidem, & agnati, & cognati ad
*Ad decimũ vſque gradũ* decimum vſq; gradum ſub ędunt, ex glo.
communi conſenſu admiſſa in authent.in
ſucceſsione.C.de ſuis & legiti.hæred.quã
& inibi,ex antiquioribus Bart.Ioan.Fab.
ſequuntur,cui ſimilis glo.eſt quę expreſ-
ſim hoc ipſum vult.l.certum in gloſſ. vlti.
C.vnde cognati,quo in loco,& Bald.col.
4.& alij plerique ſequuntur, doctores paſ
ſim in.l.octauij.C.vnde cognati.& in.l.iu-
riſconſultus.§.parentes. & inibi, Alberic.
ff.de gradibus affinitatis. Ioan. Fab. in.§.
vltimo.Inſtitut. de ſucceſsione cognato.
itidem in.§.hactenus.in verbo longè. In-
ſtitu.de gradibus cognatorum. Hoſtienſ.
in ſumma.de legitimis hęredibus.colum.
ſecunda.Bald. conſi.469. ſtatuto cauetur.
ad finem.lib.1.itidem conſilio.129.factum
in vltimo dubio libr. ſecundo . Et rurſus
conſil.330.colum.ſecunda. volu.3. Petr. &
Cinus poſt pleroſque alios in. l. cum rem
alienam.C.de legatis. Angel. in.l. vacan-
tia,C.de bonis vacantibus.Bald. in.cap.1.
colum. vltim. titu. de feudo Marchiæ. in
vſib.feudorum.quo in loco , & Martinus
Laudenſ.& Cardina.Alexand. idem ſcri-
bunt Angel.in.l.ſciant.colum.1.C. de legi
tim.hæred.& ex nouioribus huic acceſſe-
re ſententiæ Gozandinus conſilio. 26. in
cauſa illuſtriſsimorum. colum.5. Iaſon in
l.exigendi. C. de procuratoribus. colum.
prima.Benedict.Capra.conſil.primo.col.
quarta.itidem conſilio.136.colum.prima.
Raphaël Eulgoſ. conſi.45. colum.2. Bolo-
gn. conſilio.69. colum. 3. Petr. Ferrarien-
ſis in practica ſua.titu.forma libelli pro-
hæredibus ab inteſtato.in verbo nulliſq;
ſuperſtitibus.colum.nona.Angel.Aretin.
in.§.ſi plures.ad finem. Inſtit. de legitim.
agnato.ſucceſ.Cardinal.Alexandrin.in.c.
primo.§.& quia.ad finem. tit. qui feudum
dare poſsint.Deci.ſignanter conſil.75. de
gradibus. colum. prima. Matth. Felin.in
tracta.ſucceſsi.tertia part.principali.ver-
ſicu.tertio.loco.& inibi,Bologninus in e-
ius additionibus,& hanc eſſe frequentio *Frequentior opinio.*
ri doctorum calculo receptam ſentẽtiam
opinor.

Ex qua iuris appendix deducitur,in le
gato fidei commiſſoque à teſtatore reli-
cto propinquis, ſiue cõſanguineis, de his
tantum qui intra decimum gradum ſunt
intelligitur,nõ tamen de vlterioribus gra
dibus,ſicuti ſcribit Decius in ea ſpecie cõ
ſilio.321,colum.ſecunda.Itidem conſi. 323.
Bald.conſi.334.volu.3.& conſi.95. Cæpola
cauſarum ciuilium conſilio.43. clariſsimè
colum.prima.

Cæterũ in ſpecie qua agimus ſunt qui
exiſtimẽt conſanguineis hoc munus trã-
ſigendi competerere qui poſſunt accuſa-
re proſequendo ſuam,vel ſuorum iniuriã
necem defuncti,& hij qnidem ſunt ad ſe-
ptimum gradum vſque iure Cæſareo ex
tex.& inibi glo.Accurſiana quæ expreſ-
ſim hoc vult in.l.ſi fœmina.C.ad turpi.&
iure regio. extat in ea ſpecie inſignis lex
regia:quæ id ad quartum vſque gradum
diffinit in.l.2.titu.1.part.7.&.l 26.eod.titu.
& in ea ſpecie adhibita diligenti inquiſi-
tione per liberatos in hijs regnis aduoca-
tis munus exercentes cõſultum fuiſſe , vt
author eſt Antho.Gomez.in lib. delicto-
rum.cap.tertio.num. 61. quorũ ſententiæ
me ſubſcribo,atque ideo ſi ius necem de-
functi vindicandi, ac ſuccedendi compe-
petat hæredibus ab inteſtato veniẽtibus
ratione agnationis , vel conſanguinitatis
ꝓximior in gradu admittitur, alijs exclu-
ſis ex.l. prima. C. de ſucceſſorio ædicto.l.
prima.§.primo.C.eod.titu.§.quibus.& in
§.admonendi.Inſtitu.de hæredita.quę ab
inteſtato deferuntur.§.ſi plures. Inſtitut.
de legitima agnatorum ſucceſsione . & in
ea ſpetie diffinit regia.l.final. titũ.[20] De los
accuſadores.lib. quarto fori.ſicuti,& pau
lò anteà negotium nobis fuit,& in ea ſpe-
cie,ita reſpondit Iacobus à Vilalpando
in interpretatione.l.22.titu.primo.part.7.
ſecunda parte repetitionis.§. 30. numer.1.

fol.89.& nouiſsimè Antón.Gomez.eo lo-
co,cuius & anteà meminimus, & iterũ Ia-
cob.à Villalpand. in interpretatione. d.l.
22.§.34.num.4.fol.79. atq; ideo in accuſa-
tionis materia ſtandum eſt diſpoſitioni
iuris ciuilis glo.in.§.hactenus.Inſtitut. de
gradibus. & in.l. iuriſconſultus.§. primo.
ff.de gradi.glo.& docto.in.c.fi. de conſan.
& affinit.Iaſ.in.l.ſi à me. C.de ſucceſſorio.
ædicto.Iacob.Villalpand.num.9. eo in lo-
co,cuius & anteà mentionem fecimus.

Rurſus circa illius.l.partitæ.15. perſpi-
cuum intellectum,&illud obuiũ eſt,quod
ſi in eodem gradu ſint plures conſangui-
nei,de his quidẽ qui poſſunt accuſare pro
ſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam o-
mnes quidem hij debent cõſentire ineun-
do pacem,& concordiam ſuper defuncti
necem,nec quidem vnus alteri præfertur,
ſi quidem ratio eadem, & coniunctio vr-
get in omnib⁹ caſus eſt qui id expreſsim
diffinit in.l.tertia.§.ſi & plures.ff.de ſepul
chro violato.& inibi, glo. cum qua miris
laudibus tranſeunt doctores Bart. Alber.
& Angel.in.l.ſi plures. ff. de accuſatio. Et
ex nouioribus noſtræ Hiſpaniæ homini-
bus idem exiſtimauere Iacob.Villalpan.
ac Anton.Gomez.his in locis, quibus &
anteà meminimus.& mox plura.Tametſi
huic ſententiæ obſtare videatur Iaſo. do-
ctrina in.l.nõ ſolùm.in princip.ff.de ope-
ris noui.nunciatio.vbi ſi ſtatutum mẽtio-
nem faciat de conſanguineis,vel coniun-
ctis intelligitur, etiam de remotis. Barto.
Bald.in.l.tranſactionem.C. de tranſactio.
Angel.conſi.160.domina Catharina. col.
penult.verſicul. item eſt attendendum is
idem conſilio.170.Item ſtatuimus, Qui o-
mnes in ea ſunt ſententia, ſi ſtatuto cautũ
ſit in cõtractibus mulierum minorumve,
interuenire debere duos conſanguineos,
ſatis eſſe videtur, vt conſanguinei etiam
remoti adhibeantur. Iacobus Butricarius
Salicet.in.l.vltima.C.de teſtamento mili-
tis.&in.l.prima.C.vnde vir & vxor.& ex
dicta.l.non ſolùm.idem exiſtimat. Albe-
ricus inibi,vbi loquitur,de vicinorum ſta
*Statutum bicinorum* tutis vecinos etiã intelligi remotos, ſi mo
do vocem exclamantis audire poſsint.l.
prima.§.eodem autem tecto.ff. ad ſillani.
Quo in loco Bald.idem aſſeuerat Anchar
ran. in cap. primo.14. quæſtio. principali
extra de conſtitutio.Barto.in.l. ſi tertius.
in principio.ff.de aqua plu.arcend.

Ipſe tamen à priori ſentẽtia, nec latum
quidem vnguem diſcedendum eſſe exiſti *De eadem re*
mo,nec aliquo iuris apicè pro cõtraria ad
ducta parte deſeruire videntur, quomi-
nus prior ſententia locum ſibi vendicet.
Siquidem intelligenda eſt, contraria ſen-
tentia,mentionem faciens de conſangui-
neis etiam de remotis, ſi conſuetudine id
receptum eſſet: iure tamen communi lon
gè quidem contrarium eſſe exiſtimat, idẽ
Iaſon.in.l.vltima. C. de verbo. ſignificat.
Alexand.in præcita.l.vltima.ad finem.C.
de teſtament.militis.vel ni,& ſtatutũ adij
ciat proximis, & proximioribus ſemper
præferantur.Siquidem & his potiſsimum
negocium tangit ex charitatis ordine, &
coniunctionis Iacob. Salyc. & pleriq; alij
in præcita.l.prima.C.vnde vir & vxor.Sa
lyc.in.l.fina.C.de teſtamẽ. militis. Itidem
in.l.viduæ.C.de nuptijs.Paul.Caſtrenſ. in
l. ſi cùm dotem.§. ſi patri. ff. ſoluto matri-
mo.Iaſ.in.d.l.nõ ſolùm.nu.3,Anto.Gome.
nu.61.loco paulò ante citato.

Hinc deduci videtur,quod Bald. adno
tat in tracta.Protomiſeos.colum.3.verſic.
ſunt duo vicini,quod ſi extet ſtatutum,vt 16
vicinus rei venditæ in venditione præfera
tur,ſi duo ſunt vicini,ſed vnus altero pro
pinquioris quidem pręferendus eſt.exclu
ſo remotiori ex.l.triumviri.ad fin.ff.de re
milita.l.adeò.§. inſulam. ff. de acquirend.
rerum domin.text.eſt in.§.inſulam.inſtit.
de rerum diuiſione. Et Martinus Laudẽſ.
in reuocatione feudi alienati.idem exiſti-
mat.is inquam in cap.primo.§.hoc quoq;
notandum.col.4.verſic.quæro an omnes.
in titu. de ſucceſsione feudi. Quo in loco
Aluarot.Cardin.Alexand.col.4. huic ſen
tentiæ ſe ſubſcripſere, & paſsim docto.ſu-
mentes rationem ex text. inibi, in.l. cùm
ita.§.in fideicommiſſo.ff.de lega.2.

Hinc etiam quaſi ex eodem ſtipite ad
intellectũ perſpicuũq; examen.l.regiæ.de
duci videtur,his omnibus qui ſunt in pro
ximiori gradu ius accuſandi competere, 17
ac pacem ob necem defuncti ineundi, &
præferẽdos eſſe alijs exiſtentibus in remo *De eadem re*
tiori gradu,ſicuti probat text.in.d.l. ſi plu
res.& in.l.2.§.ſi ſimul. ff. de adulte. & in ea
ſpecie ita ſcribit Alberic.poſt Guilielm. à
Cun.in.l.penulti.§. final.ff. nautæ.caupo.
ſtabularij. Vbi diffiniunt ſtante lege ſta-
tuto



tutove,ſicuti in ſpecie. l. regiæ concordia
proximior in gradu vires obtinet, & non
remotior,Bald. in.l.fi.de verbo. ſigni. col.
2.Et inibi Salice.& Ange. Et huius ſenten
tiæ authores habeo,Salicetum Iacob.Bu-
tricar.& pleroſque alios in.l.prima.C.vn-
de vir & vxor. Salic. Alexand. & neoteri-
cos in dicta.l.viduæ. C. de nupt. eundem
Salice.in.l.fi.C.de teſtament.milit. Paulus
Caſtren. idem ſcribit in.l. ſi cum dotem.§.
ſi patri.ff.ſoluto matrimo. & Alexand. ſi-
gnãter in.§.hoc autem tempore eiuſdem
legis. Quibus nec admodum grauatus ac-
cedit Iaſ.in.l.non ſolùm.num.3.ff. de noui
operis nunciatione.Iacob. Villalpan. An
to.Gome.hijs in locis, quibus & anteà me
minimus.Quinetiam,ſi ille cõſanguineus
proximior tempore remiſsionis, tametſi
poſtea expelletur,natiuitas alterius pro-
ximioris valet, iſthæc tranſactio, etiamſi
proximior natus fuerit nõ reuocatur,Bal.
eo in loco cuius & anteà meminimus.

Tertiò non intempeſtiuè diſputatur,
*De eadem re* ad regiæ.l.verum reſponſum,an in ſpecie
illius.l.ſi remotiores conſanguinei, admit
tantur,vt poſſent iniri concordiam,ac pa-
cem,cum criminis reo.anteaquam proxi-
mior in gradu veniat,& exiſtimo poſterio
res non admitti in gradu in ſpecie illius.l.
18 ſcilicet, dum locus eſt his qui prioris qui-
dem gradus ſunt ex. l. ſi filius qui pater.
§. cûm filius. ff. de bonis liberto. inibi,
dum ſcribit conſultus,& ſine dubio,qui ſe
quentis gradus ſunt,non admittũtur, in-
terim.l.tertia.ff.de acqu.hæred.l.ſi plures
ff.de iure deliberand. Vbi tempus aſsignã
dum eſt his, qui priori ſunt gradu.l.prima
§.ſi ita centeſsimum. inibi, Si mortuus ſit
prior ſtatim ſequens admitti debet.ff. de
ſucceſsiorio ædicto. Et argumẽto optimo
deſeruit text.in cap. ne pro defectu extra
de electione.& ni proximiores in gradu,
requirãtur,vt ita dixerim alij poſteriores
admittendi non ſunt: quia vbi non eſt pe
titio,ibi mora non eſt.l. lecta.§.penulti.ff.
ſi certum petatur. non valenti agere, nec
currit præſcriptio.l.prima.ad finem. C. de
annali exceptione cap. quia diuerſitatem
de conceſsione præbendæ. Nec huic intel
lectui obſtare videtur, iuris adagiũ.Quod
habet,paria eſſe ſcire,vel ſcire teneri.l.quo
te,& inibi,glo.ff.ſi certum petatur,quo in
loco Barto. Bald. Alberic. Salicet. Angel.
& interpretum maior pars inibi, & in.l.ſi
duo.ff.de acquiren.hæred.exiſtimat. Quo
in loco idem ſcribunt Albericus,& Ang. *Crebrior opinio.*
glo.in.l.mora.in verb.difficilis poſt prin-
cipium. Et inibi Salicet.colum.tertia.ff. de
vſuris. Cui ſimilis in.l. quod ſi minor.§.
reſtitutio.in verb.non ignoret.ff.de mino-
ribus.Et in.l.qui cum alio in gloſſ.magna.
ad finem.ff.de regulis iuris. Bald. in.l. qui
contra.C. de inceſtis nuptijs.Itidem con
ſilio.240. præſuppoſito ſtatuto. volum. 2.
is idem conſilio.345. pro domino Dignal-
do colum.ſecunda. volu. ſecundo Alexã.
conſi.34.colum.ſeptima.volum.7.Petr. Ia
cobus in practic.ſua titu.de actione exem
pto.colum.vltima. Quibus admodum ad
ſtipulatur,tex.in cap.primo.§.ſi vaſſallus.
inibi emptori ignoranti. titu. ſi de feudo.
fuerit controuerſia inter domi. & vaſſal- *De eadem re*
lum.l.ſi quis domum.§.vltimo.ff.locati.l.
regula.§.ſed iuris.ff. de iuris & facti igno-
rant.vbi diffinitum extat paria eſſe ſcire,
vel facilè ſcire poſſe glo.in.l.1.verb. neſciẽ
ti. C. de ædilit. edict.l.ſi Titius in princ.ff.
de fideiuſſo.&.l.Iulianus.inibi, qui ſciret,
aut ſcire potuiſſet.ff.ad ſenatuſconſultum
Macedonianum.glo.vltima.in.l.quiſquis
C.de recindenda vẽditione.l. qui feudum.
§.ſeruus.Et inibi, Albericus, & Dinus. ff.
pro emptore.l.idem.§.primo. inibi, intel-
lexit,vel intelligere debet.ff. ad leg. Aqui
liam.l.prima.C.de periculo tutor.l. prohi
bere.§.vltim.ff.quod vi aut clam.Quibus
ſatis iam ſatis diffinitum extat paria eſſe,
ſcire,vel facilè,ſcire poſſe,vnde & illud ſe-
quitur hunc proximiorem hæredẽ conſti
tutum eſſe in mora,cum & necem defun-
cti vindicandam eſſe ſcire tenebatur, ipſe
tamen in ſpecie regiæ legis contrarium eſ
ſe exiſtimo.Potiſsimũ cùm & ordine ſuc-
ceſsiuo proximiores vocentur, ad necem
defuncti vindicandam,vel vt poſsint ini- *Contraria opinio.*
re pacem,ac concordiam,cũ criminis, au-
thore,nec vtique lædit feſtinario remotio
ris in gradu ius ineundi pacem proximio
ribus ex.l.cùm ſolus.ff.de acquirend. hæ-
redita.Ex qua diffinitur cum pluribus de-
fertur in ſolidum,vel in partes, is qui pri-
mo gradu eſt,ſemper admittitur intra tẽ-
pora legis diffinita: tametſi peruentum
ſit ab vlterioribus hęredibus.& ab his qui
ſunt in remotiori gradu.l.maritus.§. vlti-
mo.ff.de adulter.Et Oldrad. conſilio. 178.

ex cap.primo.ad finem.titu.de natura ſucceſsio.feudi. diffiniens, vbi omnes lineæ æqualiter vocantur,proximus quiſque loco primo cenſetur,eſſe vocatus.

*De eadem re*

Ex quo regiæ.l.reſponſũ intelligendũ fore opinior proximioribus hoc ius deferendum eſſe: ita quidem vt ſi conſanguinei vlterioris gradus expenſas facerent in lite ſuper necem defuncti præueniendo in accuſatione, vel tranſactione, vel ineundo pacem cum criminis authore proximiorem in gradu eos excludere,nec teneri has impenſas reſarcire,cum & cogitare debuerant poſterioris gradus conſanguineis,id euenire poſſe, & ꝓximioribus hoc ius competere, vti argumẽto optimo deſeruit tex.in.l.ſi domum.§.idem quærit ff.locati.l.quibus diebus.§ primo.ff.de cõditionib.& demonſtratio. Siquidem & ea quæ euenire poterant attẽdenda erant.l. bonafide.§.cùm inter.ff.de damno infect. Et inibi Bald.Bart.in.l. inter ſtipulantem. ff.ſacram.ff.de verbo.obligatio.Florentinus inter conſilia Petri Ancharra. conſil. 171.quod dicta domina.Atque ideo in ſpecie legis regiæ à proximiori in gradu has expenſas ſoluendas nõ fore, potiſsimum ni & certior factus fuerit ꝓximior in gradu cum, & actori inſtantia non currat, ſi reus ſubterfugeret cauſam glo. magna in cap.venerabilis.de iudic. Cuius meminit miris laudibus, inibi, Maria. Socinus col. prima. & eſt text.in.l. intra vtile, & inibi, Bald. notabile quarto.ff. de mino. & in.l. contra.C. de inofficioſo teſtament. Alex: conſi.42.in cauſa & lite.colum.tertia. volum.tertio.itidem conſilio.71. volu.5. Decius in cap.ex ratione.colũ.octaua. de appellatio.Doctores in authent.& qui.C.de temporibus appellatio. & Socinus in.23. articulo principali,in præcitato.c.venerabilis.Doctores omnes in capit.ex ratione extra de appellationibus. Romanus in. l.

*Frequentior opinio.*

ſecunda.ff.de re iudic.tex.eſt ad id omniũ inſignis in.l.ſi cum ipſe.ff. de excuſatione tutor.Paulùs Caſtrenſ. conſil.135. in cauſa deſertionis.colum.penultim.volum. ſecũdo.Rota deciſione noua.102.itidem deciſione.448.in antiquis.Alberic. poſt Guilielm. à Cuneo in.l. vltima. ad finem.C.in quibus in integrum reſtitutio non. eſt neceſſaria.

Quartò ad apertiorem huius quæſtionis nodũ vt noua veteres obſcurent acta triumphos, & ad legis regiæ examẽ illud pertinet adnotare quod ſi conſtet alium

*De eadem re quo ad leg. regiam.*

proximiorẽ alias natũ fuiſſe, qui nõdum excederet centum annos ſi vitam ageret, quæ longiſsima eſt,omnium vita.l.vltim. C.de ſacroſanct.eccle.l. an vſus fructus.ff. de vſu fructu dubium eſt,qui tã quam proximior in gradu venerit teneatur ne is illum qui re vera,ſi viueret erat proximior 20
à vita diſceſsiſſe probare. Quã quæſtionem examinat Raphaël Cuma. pleniori commentario conſilio.43. qui in ea ſpecie

*notabile.*

expreſsim adnotat qui ſe proximiorẽ dicit onus probandi alium mortuum eſſe incumbere.

Quintò,æquum eſt ſi ęqui interpretis officio fungi velim⁹,in ſpecie legis regię, ſi quis dicat ſe tanquam conſanguineum proximiorem debere ſuccedere defuncto, ac eius necem vendicare, vel pacem inire, ſufficiat ne ſe ſimpliciter eſſe conſanguineum mortui probare,an vero opus ſit,vt reprobet nullum alium eo eſſe proximio- 21
rem, & exiſtimo, ſi controuerſia ſit inter duos conſanguineos mota,is quidem qui agit aduerſus alterum aſtrictum eſſe probare ſe eſſe proximiorem,cùm & id ſit intentionis ſuæ potiſsimum fundamentum l.hoc iure,& inibi Barto. & plerique alij. ff.de verbo.obligationib.Barto.& paſsim Doctores, in.l.in illa ſtipulatione,ſi calendis eodem titulo.Ioann.Andr.in cap. ſuper his.de accuſationibus. & in ea ſpecie ita reſpondit Decius conſilio.321. in cauſa quæ Alexandri agitatur,colum. ſecunda. & conueſtiri poſſet,quod licèt alias paupertas potius præſumatur, quam diuitiæ cum ilia naturalis ſit hæc aduentitia,ſicuti conſtitutiſsimum eſt nudos nos naſci, ac rerũ omnium inopes,ſicuti ſcribit Pli-

*Plinius.*

nius libro nono.cap.35.nos rerum natura nudos excipit.c.ſicut hi.47.diſt.nihilobſetius illa eſt,omniũ receptiſsima ſententia ex gl.in.l.ſi verò.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſdare cogan.diffiniens ſi paupertas ſit cauſa intẽtionis agentis,teneri eam agens ꝓbare,quam miris laudibus exaltant doct. inibi inter quos Bart.Alberi. & Iaſ. Paul. Caſtrenſ.Socin. Alberic. in.l. ſi creditores ff.de priuileg.credit.itidem in.l. ei incumbit nu.8.ff.de probat.& eam exiſtimat meliorẽ iuris eſſe Bald.in.l.non prius.in principio.



cipio.C.quando fiſcus, vel priuatus diffinientes ex ea cum negatiua eſt cauſa intentionis,ea probãda eſt. Cui ſimilis glo. eſt in verbo quæro.in cap.in præſentia.& inibi Bald.extra de probatio.& in cap.vltimo.extra de præſumptio. Florianus in l.ei incumbit.colu.ſecunda. ff.de probatio.Bald.conſi.404.non eſt nouum colũ. ſecunda.volum.primo. Philippus Franc. in cap.ſemel malus ad medium. de regul. iuris.libro ſexto.Matthæus Afflictus deciſione Neapolitana.377.princeps conceſſit colum.vltima. ſcribens illam gloſ.eſſe ſingularem, quam & eſſe communi con-

*Crebaior opinio.*

ſenſu receptam ſententiam exiſtimo quãdo probat.l.penultima.§.docere. & inibi Barto.& Bald.ff.ne quis eum qui.cap.primo.& inibi Dominic. notabile ſecundo. de confeſsis.libro ſexto.Alexan.in.l. hoc iure quam legit cum.l.in illa.colum. ſecũda.de verbo.obligat.Guido Papa ſingulari.18.itidem ſingula.189.Et rurſus.703.verſiculo negatiua.Iaſon conſilio.34.volum. primo. Catelianus Cotta in memorabilibus iuris incipiẽti maritus priuatur, Matthæus Afflictus deciſione.377. Cæpola cõſilio cauſarum ciuilium.44.colum. vltim. & denique generale eſt in omnibus,vtpotè qui ſe fundat in re quapiam, eam teneri probare ex glo.in.l.eum actum.ff. de nego.geſtis. Et ex nouioribus pleniori cornu, in peculiari tracta.de negatiua tradit Ioan.Igneus in.l.neceſſarios.§. non alias. num.55.ff. ad ſenatum conſultum ſillani. quo ſit in ſpecie qua agimus ſi conſanguineus ageret,ad defuncti mortem vendicandam teneri proximiorem ſe eſſe probare.Angel.Areti. in.§. actionum. colum. penultima.verſicu.ſi ab inteſtato.Inſtitu. de actio. exiſtimat nequaquam ſufficere eſſe conſanguineũ,niſi & probet eſſe proximiorem. Et huius ſententiæ authores habeo Franciſcum Aretinum in.l.ſed & ſi de ſua.colum.quarta.de acquirend.hæreditate.Alexan.conſilio.124.colum. prima. volum.ſeptimo.Raphaël Fulgoſi. conſil. 184.atque ideo qui probat ſe eſſe conſanguineum, minimè ſufficere ſimpliciter conſanguineum probare. ni & conſanguinitatis gradum probet ex Decio cõſilio.321.colum. prima. verſicu. vltimo. Alciatus in præſumptio.tracta.regul.prima præſumptio.28.nu.9.

Hinc deduci videtur,eum eſſe præferẽ- 22
dum in ſpecie.l.regiæ qui probauit ſe eſſe cõſanguineum certo gradu illi, qui ſe ſimpliciter conſanguineũ eſſe probat, & vl-

*De eadem re*

tra proxime adducta. Et illud fortiſsimũ huic rei argumentum præſtat, ſi quæſtio agatur de prioritate temporis, aut poſterioritate. Is quidem qui de certo tempore probat, tãetſi aliter non probat de prioritate præfert, ei qui de incerto tempore probat,vt rem exemplo ſubijciã, ſi alter de die probet,alter vero de hora eiuſdem diei,hic prior præſumitur,ex Cino, Bald. in.l de rebus.C. de donationib. ante nuptias.Bal. in.l. creditor in lectura antiqua ff.qui potiores in pignore habeantur,Tõmas Parpalia in.l.prima. colum. ſecunda. & inibi Socinus,& Iaſon vtrique col. etiã ſecunda.& Ripa.3.ff. ſoluto matrimonio. Socinus conſilio. 67. eadem die libro tertio.Ioannes à Platea in.l.prima.C.de iure fiſci.libro decimo.in principio. Salicet.in l.ſi debitor.verſiculo quęro.C.de priuile. fiſci.& ex iunioribus hanc ſententiam ſequuti fuere. Decius conſilio.169. diſpenſatio facta. colum. vltima. Franciſcus à Ripa in.l.ſi debitor.ſi. de pigno. colum. tertia. numero. 8. Hippolytus ſingulari. 319. hora in inſtrumẽtis. Felinus in cap. paſtoralis.columna tertia.verſic. ratione vnius horæ,& inibi Decius expreſsim adnotat colum.ſecunda.ex de reſcriptis.Itidem in ambiguis.colum.ſecunda. ff.de regul. iuris.Alciatus in præſumptio.tracta.regu.3. præſumptio.43.ad finem.Catelianus Cotta in memorabilibus iuris,cuius ſub præſcriptio eſt, hora quandoque. Rebuffus ſignanter id explicat in tracta. de pacificis poſſeſſoribus, nu. 299. Matthæus Pac. in tracta.quem publicum fecit,de mandatis apoſtolicis.6.par.nu.1.

His omnibus & illud ſubijciã. Primo loco hos citãdos eſſe qui ad accuſandum admitti debent anteaquam alius ad criminis accuſationem admittatur,Bald.& Alexand.in.l.quanuis.C.de adulter.Boër.deciſione.120.nu.8. quo in loco decuriarum ſtillo quilibet proximior admittitur, vſquequò alias propinquior appareat,aſſeuerat.

Plerunq; in cõtrouerſiam incidit quęſtio in homicidiorum materia præſertim in his regnis,an & hæres teneatur ne de-

functi mortē vindicare. In quo dubio hæ-
redes teneri conſtitutiſsimum eſt, alias ea
priuatur & regio fiſco applicatur, ſicuti dif
finitum eſt, in l. hæredem. ff. de his quibus
vt indignis. l. prima. C. eod. tit. l. cùm mor
tis. & l. prima. ff. de iure fiſci. l. prima. C. de
precibus imperato. offeren. l. portiones.
ff. de his quibus vt indignis. Quibus in lo-
cis paſsim id à doctoribus diffinitur regia
l. in his regnis inſignis. 13. tit. ſeptimo. par.
ſexta.

Quibus ſanè conſtat hæredes teneri, ad
defunctorum vindictam alias illorum hæ-
reditate priuantur, & fiſco applicāda eſt.
Quamobrem vt diſputationem iſtam ab
ipſis principijs inquiramus intelligēdam
fore opinor hunc hæredem mortē defun-
cti non vendicantem nō ſolum teneri bo
na reſtituere. Quinetiam, & fructus medio
tēpore perceptos, vt in ea de qua agimus
ſpecie, diffinit text. in d. l. hæredem. & ini-
bi interpretum maior pars, & in præcitat.
l. 1. C. eod. titu.

Cæterum & illud obuium erit hæredi-
bus ſcriptis teneri ad necem defuncti vin
dicandam ratione ſucceſsionis, tametſi
conſanguinei non ſint ex. l. prima. & l. mi
noribus. & in l. quoniam ſororē. C. de his
quibus vt indignis. l. prima. C. de precib.
imperato. offeren, Alexand. ad Bart. in l. 2.
ff. de accuſatio. l. 1. §. omnium. & in §. ſi for-
tè. ff. de iniur. Aretinus. in cap. in præſen-
tia. de probatio. Iaſ. in l. 4. §. Cato. de verb.
obliga. colum. 59. regia. l. 13. titu. 7. part. 6.
l. 11. titu. de las penas. libro. 8. in ordinatio.
regalibus.

Illud verò prætermittendum non eſt
prius tamen quam ab hoc egrediamur ca
*De eadem re* pite non erit alienum, ſed iuri conſonum
communem ſententiam intelligere quan
do & hæres eſſet iuris ſui, poſſetque hære-
ditatem acquirere longè quidem aliter ſi
eſſet ſub poteſtate conſtitutus, vt ſcribit
text. in l. qui in aliena. & in l. placet. ff. de
acquirend. hæred. ipſe tamen ab ea ſentē-
tia diſcedo: quippe qui exiſtimem in per
ſona filij familias hæredes ſcripti, vel ſerui
non tamē patris, vel domini mors defun-
cti vindicanda eſt. l. qui hæredi. in princi-
pio. l. meuius. ff. de conditio. & demonſtr.

Illud tamen non intempeſtiue diſputa
tur, ex prima huius capitis radice infra
quot tēpus iſthæc accuſatio proponenda
ſit, tametſi Cæſarum ſanctionibus non ſit
præfinitum tempus, infra quot accuſato-
ris querela proponenda ſit nihilominus
quā primum poterit, accuſatio poni debet
ex glo. Accurſiana in d. l. 1. C. de his quib.
vt indignis. Quam miris laudibus Barto.
Pau. Bal. Sali. Alex. & Iaſ. cum glo. deciſio
ne trāſeunt, in his tamen regnis, infra quin 24
quennium à morte defuncti computandū
accuſatio proponi debet. l. 1. titu. 3. lib. 5. or
dina. regal. regia. l. 13. titu. 7. part. 6.

Ab hac tamē ſententia ſeparatim expē
dere libet aliquot caſus, qui ab ipſa exci- *Primꝰ caſus.*
piuntur regula inter quos & ille ſubijcitur
caſus filius occiſoris immunis eſt. vt ſi &
ab ipſo interfecto hæres fuiſſet inſtitutus,
cùm & is minimē teneatur, patrem accuſa
re ſuum ſicuti in ea ſpecie ſcribit Pilus in
quæſtionibus ſuis quæſtio. 2. cuius memi-
nit Alberic. in rubri. C. de his qui. vt indi-
gnis. Ioan. Andr. ad Speculum, rubric. de
ſucceſsionib. ab inteſta. col. 1. verſicu. ſed
incidit quæſtio. quorum meminit idem ꝓ
feſſus Iaſ. in d. l. 1. C. de his quib. vt indig.
num. 4.

Secundus ſubijcitur caſus, qui non in
frequenter diſcuti ſolet, & ſatis compertū *2. Caſus.*
eſt ab hac accuſatiouis pœna, minorē vi-
gintiquinque annorum immunē forè: ſi
quidem & culpa eius in omittendo conſi-
ſtit ex. l. minoribus, & inibi glo. & in inter-
pretum maior pars. C. de his quib. vt indi.
quinetiā ſi dum in minore etate eſſet con
ſtitutus hæreditatem adiret, & maior fa-
ctus adhuc immunis erit, nec in pœnā in-
cidere conſtat potiſsimum, cùm ius accu-
ſandi in eius perſona fuit extinctum gloſ.
penul. notatu digna in præci. l. minoribꝰ.

Præter hos & aliꝰ ſubijcitur, caſus, qui *3. Caſus.*
ancipiti controuerſia diſputari ſolet hoc
in tractatu hæres ſcriptus, qui poſt accuſa
ſationem ſuccubuit, ex probationis de-
fectu, ab hac pœna immunis erit adeo, qđ
nec appellare tenetur, ex Bart. per tex. ini
bi, in l. propter veneni quæſtionem. §. fin.
ff. ad ſilla. itidem Bart. in præcita. l. minori
bus. Quibus in locis, & plerique alij huic
ſententiæ acceſſere.

Quartus caſus eſt ſubſequenter ad am
pliorem declartionem, ſi & hæres ſcriptus *4. Caſus.*
neſciat, quis ſit criminis author ipſius de-
functi, vel ſi certior factus eſt, deſunt tamē
teſtes, & probationes, & is excuſandus
eſt.



eſt, ex Cæſarum conſtitutione. in l. ſi ideo
C. de his quib. vt indig. Et docto. præcita.
in ea ſpecie pleraque alia congeſſere, quæ
tranſcribere non animus eſt potiſsimum:
cū & alias negotium nobis erit.

Ad apertiorem legis regiæ declaratio-
nē, ſi omnia ad amuſsim declarentur, & il
lud extricandum eſt, an & hęres occiſi po
ſsit, ab accuſatione deſiſtere, & pacē inire
25 ac concordiam cū criminis reo, & optimo
quidem iure poſſe: tametſi in roſtro huius
quæſtionis iura legata obſtare videantur
cum & mortem defuncti vindicare teneā
tur, alias hęreditate priuādi ſunt, q̄ intelli
genda ſunt, quādo non eſt permiſſa cōcor
dia, vel tranſactio per legem. At hodie ex
tat regia lex partitæ. 22. titu. 1. part. 7. quæ
expreſsim id diffinit, qua ſtante hæredes
priuandi non ſunt, hæreditate ineundo
pacem, ac concordiam cum criminis reis.

Illud tamen non minimam facit dubi
tationem infra quot tempus iſthæc tranſ
26 actio debeat fieri inter ipſas partes, vt po-
tè ſuum ſortiatur effectū, & exiſtimo de-
bere fieri, ante ipſius ſentētiæ diffinitiuæ
probationē, ſicuti partitæ lex præcitatæ
diffinit, inibi *tenemos por bien que ſi la aucnen-
cia fuere fecha ante que la ſentencia ſea dada, ſobre
tal yerro &c.* Tametſi remiſsio, & liberatio
certi, & liquidi poſt ſententiæ diffinitiuę
probationē valeat. l. 1. ff. de tranſact. & ini
bi glo. & paſsim docto. nihilominus con-
ſtitutio regia, noluit, ꝙ poſt ſententiā dif-
finitiuam valeret talis remiſsio pœnæ, in
cauſis criminalibus, & maximum robur
affert cum & trāſactio fieri debeat ſuper
re dubia, & incerta. Vnde, & illud ſequi-
tur, poſt ſententiam diffinitiuā latam, ne-
quaquam valere perinde ac ſuper re li-
quida, & certa. l. 2. C. de tranſact. l. ſi cauſa
cognita. eod. titu. l. eleganter. verſi. ſi poſt
rem iudicatam. ff. de condit. indebi. vnde
ipſe exiſtimo hanc tranſactionē poſt ſen-
tentiam diffinitiuā, cùm ſit præiudicialis
reipublicæ nequaq̄ valere, cui reipublicę
competit ius vindictæ.

Hinc etiam deducitur, poſt concluſio-
nem cauſæ hanc tranſactionem ante ſen-
tentiam diffinitiuam minimè valere, cum
& hi caſus, æquo libramine equoq; pede
à iure equiparentur. l. ſi rem. §. final. ff. de
euictio. Barto. in l. ſi mater. §. eadem. ff. de
exceptio. rei iudi. ad fi. Caſtren. in l. ſi rem
alienam in. 1. §. fi. ff. de pigno. actio. & his
maximo apice deſeruire videntur, quę &
nos tradidimus ſupra cap. 11. num. 9.

Quibus, & illud adijciam tam his, qui
foro, quam ſcholis operam dant maxi-
mè neceſſarium ſi ſententia lata fuerit, dif 27
finitiua contra criminis reum, an & pen-
dente appellatione pax & concordia ini-
ri poſsit, vt ſententia lata nullius ſit mo-
menti, & prima fronte Regia conſtitutio
videtur, inibi, *ante que la ſentencia ſea dada.* vi
detur, vt locus ſit illi, ſentētia ferenda eſt,
itaque trāſactio interim fieri poteſt, & cri
minis reus, ad pœnam corporis afflictiuā
cōdemnari non poteſt, cûm & verba prę-
dictæ conſtitutionis partitę expreſsim re
pugnēt eo maximè quia verbis legis, nec
latum quidem vnguem eſt diſcedendum.
l. liberorum. §. quod tamen caſus. ff. de
legat. 3. l. labeo. ff. de ſupellect. legat. Nam
quorſum ſunt nomina ſeu verba, niſi, vt
demonſtrent volūtatem dicentis. c. is au-
tem. 22. q. 2. Ariſtot. idem exiſtimat ſicuti,
Andronicus Rodius de loquutione aſſe-
uerat, quem citat Bald. in l. 1. §. hi autem.
col. vlt. de cadu. tollen. & in l. ſed & repro
bari. in princip. ff. de excuſa. tuto. & Tul-
lius lib. de legib. 1. aſſeuerat orationem eſ-
ſe mentis interpretem, & Lucre. lib. 6. ait.

*Atque animi interpres manabat lingua cruore.*

Et Tullius lib. 2. de inuētione. verba itaq;
legis inſpicienda ſunt, ſicuti, & nos ſemel
adnotauimus ſupra. c. 2. num. 20. nec vltra
legis verba eſt ipſius diſpoſitio tradenda
l. quod conſtitutū inibi quantum ad ver-
ba eius. ff. de teſta. l. ſi ſeruus. §. non dixit
prætor. ff. de acqui. hæredi. Bald. conſi. 228.
libr. 3. & conſilio. 99. col. 1. libr. 4. quod lex
inquit non dicit, nec nos dicere debemus,
cuius text. miris laudibus meminit Barb.
in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. colu. pe-
nulti. ff. de verbo. obligat. Bald. in cap. in-
ter corporalia ad medium. de tranſac. epi
ſcopi. vel electi. & in conſilio. 447. ad eui-
dentiam. col. 3. volu. 5. & in c. ſignificante.
col. 2. de appellat. itidem in l. ita nobis. ad
fin. de adulte. & in l. cùm ancillis. col. 2. C.
de inceſt. nupt. Corn. conſi. 287. in hac con
ſultatione. col. 2. lib. 1. Barba. conſi. 81. præ-
clarè, & luculēter. col. 2. vol. 4. tenaciterq;
verbis ſtatutorum. & legum inhærendum
eſt, nec licèt, illis addere, aut detrahere, ſi-
cuti Bald. profitetur, in l. maximū. col. pen.

C.de liberis præteritis.& in conſil.94. viſo ſtatuto.ad finem.Socinus conſilio. 108. in hac conſultatione colum.quarta.volu. primo.Corneus conſilio.90.ſcrupuloſa videtur.colum.penult.volum.tertio.Petrus Ancharra.conſilio. 69. Cuius initium eſt, contra donationem.colum.ſecunda. Decius conſilio.333.colum.ſecunda. quineriã in re dubia,verbis edicti deſeruiendũ eſt. l.prima.§.is qui nauem.ff. de exercitoria actione.Bald.in.c.vlt.colum.prima.extra de eo qui mititur,in poſſeſsionẽ cauſa rei ſeruandæ,& rurſus in conſilio.433. colum. prima.volum.quinto.& id quidem intelligendum fore non ſolum in interpretatione legum, & ſtatutorum, quinetiam ſemper verba conſideranda ſunt, nec ab illis recedere licèt,cũ clara ſunt.l. ille , aut ille. §.cum in verbis.& in.l.non aliter. in princip.de legatis tertio.cùm in verbis,inquit Iuriſconſultus,nulla eſt ambiguitas, non debet admitti,queſtio voluntatis.c.vltim. de verbo.ſignificatio.c.ſi quis presbyter. de conſecratione diſtinctio.vltim.c. quomodo.31. diſtinctio, atq; ideo ſermonem ſtipulationis inſpiciendum eſſe probat, text.in.l.ſi quis ſtipulatus in princi. ff. de verbo.obligatio.l.ſi ita ſtipulatus.§. Cryſogonus.ad fin.eod.titu.vbi ſcribit plerũque enim in ſtipulationib⁹ verba,ex quibus oritur obligatio inſpicienda ſunt.l. ſtipulatus eſt,inibi,ſecũdum ea verba ſtipulationis.ff.de fideiuſſo.l.ſancimus. ibi, niſi pacti tenor,ad hoc reclamauerit.C.eodem titu.l.vltim.C.cõmunio.vtri. iudi.l.ſi operas.ad fin.ibi pacti tenor ſeruauit. C. de ſolutio.l.ad probationem. ibi,quem tenor ſcripturæ deſignat.C.de probati. cuius meminit,Bal. in.l. ex hoc iure. colum. ſecunda.in fine.ſexta quæſtio.ff. de Iuſtitia & iure.Itidem in.l.quotiens. colu. prima.C.de ſuis & legitimis hæredibus.Bal. conſilio.266.colum. ſecunda. libro tertio. Socinus conſilio.74. colum.tertia.volum. ſecũdo.& conſilio.88.conſiderata in principio.volu. primo. Marianus conſilio.18. Raphaël Cuman. conſilio. 164. prælatus. colum.vltim.Signorolus,de homodis conſilio.61.quæſtio talis eſt.colu.tertia.Paul. Caſtren.conſil.163. colum.prima. volum. primo.Barto.in.l.Iulianus.colum.quarta. verſicu.prædicta vera.ff.de conditio.indebit. Curtius Senior conſilio.49. memoriȩ recolendæ colum.9. quibus admodum in priuilegijs loquens maximo apicè deſeruire videtur,text.in cap.porro. de priuile. & inibi,gloſ. Bald.in.l.prima.§.ſi is qui. in lectura antiqua. ad finem. ff. de exercito actio.c.recepimus.de priuilegijs. c. conſiderabimus. extra de electio. c. vltimo. ibi tenor indulgentiæ.de translatio.prȩlato. cum pleriſq; alijsquȩ congerit Petrus Ancharra.conſilio,171.Caſtrenſ.conſi.34. lib. ſecundo.Cæpola conſilio ciuili.66.Titius procreauit.colu.ſecunda.& ante hos glo. in cap.vt apoſtolicæ.de priuilegijs. libro ſexto.& in clementina prima. in verb. excolendas.ad finem.de decimis.qui.69. ſanè ſatis iam ſatis conſtat à verbis legis nõ eſſe diſcedendum.

Ipſe tamen veriſsimum exiſtimo, in ſpecie legis regiæ, tametſi lata fuerit ſententia , ſi ab ea appellatum fuerit adhuc, dum ſub iudice appellatiõis lis eſt poteſt iniri pax,& concordia,cum criminis reo. ex text.in,l.prima.§.fina.ff.ad turpil. dum ſcribit,quia prouocationis remedio, condemnationis extinguitur,pronunciatum & inibi Barto.& plerique alij idem exiſtimant , & maximum robur affert text. in l.ita demum.C.de procurato. vbi appellatio extinguit,iudicatum,cuius pro ſingulari meminit.Bald.& plerique alij, inibi, & fortiſsimum argumentum affert.l. eleganter.§.quid ergo.ff.de condit. indebit. vbi diffinitur,quod licèt poſt ſententiam diffinitiuam non valeat tranſactio,nihilo minus ſi ab ea ſit appellatũ valet, quibus ſanè ſatis perſuaſum habeo, quod licèt regia conſtitutio partitæ expreſsim diffiniat, quod poſt ſententiæ diffinitiuæ probationem non poſsit fieri tranſactio, nec concordia in cauſis hiſce criminalibus intelligenda eſt,quando ab ea non eſt appellatum ſin minus , valet , & tenet iſthæc tranſactio. Et in ea ſpecie ex nouioribus noſtris Hiſpaniæ hominibus , idem exiſtimat Antonius Gomez.capitulo tertio.in libro Delictorum. numero. 69. quo in loco firmat in Pinciano prætorio ſentẽtia lata,ita fuiſſe pronunciatum,& confirmatum.

Ex cap.



## Ex cap. ſequenti.


1 *Ius accuſandi affinibus de iniuria illata affini,an & cõpetat diſcutitur itidem numero.3.*

2 *Vxorem cùm ſit caput affinitatis homicidij criminis authorẽ accuſare poſſe.*

4 *Filijs adoptiuis munus accuſandi necem defuncti patris non competere itidem numero.10.*

5 *Cæſarum conſtitutio in. l.cũ acutiſsimi. C. de fidei commiſſ. in filijs adoptiuis , minime locum vindicare probatur.*

6 *Datur analetica declaratio ad legem filio quẽ pater ff.de libe.& poſthu.*

7 *Stante ſtatuto maſculos fœminis in ſucceſsione præferendos eſſe in adoptiuis maſculis non obtinet.*

8 *Perpenditur Auli Gel. locus de filijs adoptiuis verba agens.*

9 *In dubio verba naturaliter accipienda ſunt, non tamen ciuiliter.*

11 *Filios quos ex ſanctifico fonte leuamus necẽ defuncti patris ſpiritualis vindicare non poſſe vltro citroq; diſcutitur.*

12 *Iura quæ coniunctum admittunt ad agendũ abſque mandato intelligenda fore de ratione ſanguinis coniunctione.*


## Diocletiã. & Maximiã. Cæſarum conſtitutio . in .l. de crimine.C.de his qui accuſa.non poſ.

## Caput. XL

EXtat Cæſarum conſtitutio.in hæc verba. De crimine quod publicorum fuerit iudiciorum , mulieri accuſare non permittitur niſi certis ex cauſis ideſt ſi ſuam ſuorumque proſequatur iniuriam ſecundum antiqui iuri ſtatuta tantũ de quibus ſpecialiter ei conceſſum & non exacta ſubſcriptione vnde ad ditus præſes prouinciæ in primis examinabit antaleſit crimen cuius accuſationẽ mulier ſubire non prohibeatur ne perplexo doctorum catalago in huius legis ſpecie vtar illud obuium eſt.

1 Affinibus necem defuncti vendicandi ius competere de iniuria facta affini,& ꝑpter matrimonium coniuncti appellãtur, ex quo affinitas cauſatur. c. nõ debet de conſangui.& affinita.§.affinitatis inſtituta de nuptiis. l. non facile.§ .affines. ff. de gradibus. Et quanto gradu cognationis eſt vxori toto illo gradu erit viro iure affinitatis ex præcitato.§.affines Baldus in.l. ſecunda.C qui accuſare non poſſunt verſiculo ſuper tertio articulo.Et affines propriè dicuntur viri & vxoris cognati dicti ab eo quod duæ cognationes quæ diuerſe inter ſe ſe ſunt per nuptias copulantur ſicuti diffinitum ex præcitato. §. affines. Ex quo illud Ciceronis in .5 . in Verrem actione. Vectius tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio . Et in oratione pro Publio . Quintio . Affinitas liberis iſtius viuis diuelli nullo modo poterit. Itidem libro officiorum primo . ſequuntur, connubia affinitates ex quibus etiam plures propinqui. Et Valerius Maximus libro octauo .capitulo primo. ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet diruptum ſe fuiſſe affinitatem. lege . affinitatis. C.communia de ſucceſſionibus affinitatis iure nulla ſucceſsio permittitur . Et Feſtus Pompeius in leg. vltima. vbi pupillus educari debeat nonnunquam affines conſanguinitate coniunctos vocat lege. ius familiarum. C. de religioſis & ſumptibus funerum.& quem primum cognatum appellauit , eundem poſt ea affinem vocat leg. ſi mulier. ff. de donationi. inter viros & vxore. & affinitatem quoque pro conſanguinitate accipimus vti conſtat ex capitulo primo.35.quæſtione tertia.capitulo hæc ſalubriter.35. quæſtione octaua. & apud Plini libro octauo. Epiſtola . ad Rufini.in Epiſtola. incipienti falſum eſſe. In quo deniq; omnibus affinitatibus pro cuiuſque officio gratia oblata eſt . Et inibi verba agit de fratrum filiis . Et Suetonius in Iulio Cæſare capitulo.primo. per Mamercum Aemilium , & Aureliũ Cotã.

Cicero.

Vale. Maxi.

Feſtus Põpe.

 propin-

propinquos & affines ſuos veniam impetrauit. Et ita accipitur in cap. 1. de ſponſalibus libro. 6. & in. l. ſi vero. §. hæc autem, actio. ff. de his qui deiecerunt. adnotarunt, Ioann. Andreas Archidiaco. & domin. in præcitato. c. 1.

2 Quibus peroratis, primo illud obuium eſt, quod in ea ſpecie Bal. adnotauit in præcitata. l. 2. C. qui accuſſare non poſſ. in verſicul. ſuper tertio articul. de affinibus explicans vxorem homicidii criminis authorẽ accuſare poſſe cum & ipſa ſit caput affinitatis Bal. in. l. affinitatis. C. communia ſucceſsionum. 1. colum. gloſ. quæ expreſsim hoc ipſum vult in. l. non facile. ff. de gradibus. Bar. in. l. 2. in princip. ff. de accuſati. & & eſt tex. ad id omnium celebris in. l. de crimine. C. qui accuſare non poſſ. Quo in loco Barto. etiam adnotauit. *Vxor viri corporis pars eſt.* Nec mirum id alicui videri debeat, cũ & vxor viri corporis pars ſit. c. admonere. 33. quæſtione. 2. & ſocia viri diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de crimine expillatæ hæreditatis cum plerisque aliis quæ & nos coniecimus de parricidiorum pœna tractantes ſupra cap. 22. num. 30. eò maximè cum matrimonium vno eorum ſuperſtite pendere dicatur, in authen. nec virum, quod ex dote. §. nuptialibus collatione. 8. & conueſtiri poſſet ex. l. 2. ff. de accuſa. l. lege Iulia. de teſti. ff. quibus diffinitum extat nurum poſſe necem defuncti ſoceri vendicare, ergo multò magis & ipſa vxor poterit de morte mariti accuſare Alexan. in. l. 1. fi. ff. de iniuriis ad huius capitis reſolutionẽ, ea eſt omnium receptiſsima ſententia, & obſeruatos, quos ipſe viderim accuſandi munus vxori competere, ex tex. qui argumento optimo deſeruit in. l. 3. §. cùm verò inibi vel etiam vxori adire pretorem. ff. de liberali cauſa. Et inibi Benedictus de Plũbino vbi diffinitum extat, vxorem poſſe vendicare maritum in libertatem, quę eſt appoſita ſeruituti, & morti, ęquiparare, cõſtat. l. ſeruitutem. ff. de regul. iur. Et cũ vxor coniuncta ſit perſona. l. final. §. cum autem in confinio, verſic. ſi in perſona ſita ſibi coniunctas & inibi Bald. Fran. de Aretio. Salice. & nouiores. C. de furtis. Odofredus, in. l. ſororem. ff. quibus vt in dignis Cinus Ioann. Faber. Bal. Angel. Alberi. Iaco. de Rauena. aſſeuerantes hanc partem eſſe veriorem in dicta. l. de crimine. C. qui accuſare non poſſunt Bald. idem exiſtimans in. l. 1. columna. 12. verſic. ſuper tertio. C. qui accuſare non poſſ. Alberic. idem profeſſus in. l. 1. ff. de accuſatio. diffiniens idem eſſe cenſendum in ſponſa. de præſenti. l. nõ ſine ratione. C. de bonis quæ libe. l. 4. ff. de fundo dotali, etiam ſi non ſit mariti hæres *In ſponſa idẽ eſt.* ſicuti Iacobus Rauanenſis. exiſtimat in dicta. l. de crimine. quem & inibi cæteri ſequũtur ex nouioribus huic acceſſere ſentẽtiæ Antonius Gomezius in tractatu delictorum capitu. 3. nume. 59. Bœtius deciſione. 233. nume. 2. Iacobus Vilalpandus in interpretatione. l. 22. titulo. 1. parte. 7. §. 40. 2. partis numer. 1. Ludouicus Carre. in practica criminali. §. homicidium numer. 381. tametſi his refragari videatur. l. qui accuſare. ff. de accuſatio. cap. prohibeantur. 2. quæſtione. 1. diffinientes mulieri, de publico crimine accuſandi munus non competere, niſi & ipſa ſuam, ſuorum ve iniuriam *Obiectio. q.* proſequatur. l. de crimine. C. qui accuſare non poſſ. canoniza. in cap. de crimine. 16. quæſtio. 2. Salice. & pleriq; alii in. l. in quęſtionibus. ff. ad legem Iulia. mageſta. & in præcitata. l. qui accuſare. Albertus de Gãdino de malefi. titu. qui accuſare non poſſ. poſt principium verſiculo item reperitur mulier Speculator titu. de accuſatore. §. 1. columna. 8. verſiculo item quod eſt mulier Maritus autem appellatione ſuorum non venit cum & ſui dicantur contra quos inuiti teſtimonium dicere non cogũtur glo. in. l. ſi fœminæ. C. ad turpilli. l. lege Iulia. ff. de teſti. l. ſecunda. ff. de accuſationi. Angelus in tractatu maleficiorum in verbo nec non ad querelam titii colu. 12. Cynus & Albericus in præcitata lege de crimine eo maxime cum & vxor nõ ſit conſanguinea proxima ſue propinque ipſius mariti lege. prima. & inibi Paulus Caſtrenſis. & Alexand. C. vnde vir. & vxor notant, doctores cum rem alienam vbi Corneus Baldus Barto. & Alexand. C. delegatis. Bertrand. conſilio. 236. columna vltima volumine primo Tiraquel de retra. li gna. §. decimoquarto. gloſſ. tertia. numero. 16. nihilominus. Et omnibus affinib9 hoc munus competere, qui enumerantur in. l. prima. ad finem. ff. de poſtulan. & in. l. lege. Iulia. ff. de teſtibus inter quos & ſocer, ſocrus gener nurus, vitricus, nouerca priuignus & priuigna Baldus in. l. 2. C. qui accuſare non



non poſſ. in horum accuſatione ob necem defuncti vendicandam tria eſſe conſiderãda tempora aut iniuria facta affini. contingit ante affinitatẽ. 2. aut tempore affinitatis iam contractæ. 3. an poſtquam affinitas diſſoluta eſt per obitum vel diuortium illius qui fuit cauſa affinitatis cõtrahendæ Primo caſu, non competit accuſatio potiſsimum cum eo tempore quo iniuria illata fuit affini ipſe non erat affinis. Atque ideo ceſſat ratio. l. lex. Cornelia. præcitata 2. vero caſu iſthæc accuſatio affini compe tit, ſi eo tẽpore delictum commiſſum fuerit tametſi tempore accuſationis diſſoluta ſit affinis affinitas Durat vtique offenſa, & ius vendicandi. l. quia parentis. ff. ſoluto matrimonio. §. ſacrum inſt. de nuptiis Alexa. in. l. generaliter in principio. ff. de in ius vocand. Paul. Caſtre. conſilio. 81. Poſtremo ſi delictum ſit perpetratum diſſoluta affinitate affini non competit ius necem defuncti vendicandi, nec ius acuſandi ex. l. ſed hoc ita. ff. de re iudi. & inibi gl. Bald. in eo in loco cuius & antea meminimus & ſoluto affinitatis vinculo ita & priuilegii beneficio. l. quod ait. ff. de diuortiis inibi finita eſt. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtulando nec aliquo iuriſapice deſeruire videtur tex. qui non infrequenter cõtra hanc ſententiam adduci ſolet in. l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxoriæ actione. Et in. l. alia. ff. ſoluto matrimo. Quibus ſatis iam diffinitum extat. ſoluto matrimonio adhuc affinitatem durare. Quibus vni *Reſponſio obiectionis.* co duntaxat Collirio reſpondeo. l. ſi illa loqui quo ad reuerentiam, & ius priuilegiũ vel quoad effectum matrimonii impediẽdi Bald. in. l. finali. 5. notabile. C. de verbo. ſignifica. Angel. in. §. pœnales inſtitut. de actioni. Ioannes à Platea in. §. affinitatis Inſtitu. de nuptiis non vero durat quoad alia ex Paulo Caſtrenſe. conſilio. 66. & ex Alexandro in. l. generaliter. ff. de in ius vocand. ſoluto matrimonio diffinientes affinitatẽ durare quoad ſucceſſiones & quoad matrimonii vinculum in pediendum, longe quidem alirer quoad alia.

thus: de quibus agit.l.prima titulo.15. par
te quarta & hi etiam ſi legitimentur nobi
litate parentum non gaudent ex pragmati
ca apud maiori.anno.1542.quod ſi filij ſint
manceres & ſpurij excepto hoc ſi ligitimẽ
tur gaudẽt fidalguia parentum, licet lege
damnetur coitus non tamen punitur cũ
vtrumquę debeat concurrere vno deficiẽ-
te pragmaticæ non erit locus ex.l.ſi plures
ff.de condi.inſti.&id colligitur ex pragma
tica de Cordoua folio.153.l.final.titulo .22.
libro quarto fori.Quibus omnibus ſic per
penſis & ad pulmum reuulſis rationibus
exiſtimo naturalem filium poſſe agere ad
vindictam ſanguinis pro nece ſui patris
interfecti & in ea ſpecie ita ſcribit Iacob.
Vilalpand.numero quarto eo loco cuius
& antea meminim⁹. A qua ſentẽtia aliquot
caſus excipiũtur quorum primus,ſi filius
eſſet vulgo quæſitus & non haberet patrẽ
certum.l.vulgo quæſito.ff.de ſtatu homic.
vt pote ſi filius eſſet natus ex ſcortis, vel
meretricibus qui nothus diceretur, teſte
Alciato libro quarto.parergon. capitul.5.
Et Quintilian.libro tertio.capitulo quin-
to.à Græcis nothum vocari eum qui legi-
timus



timus non ſit,& Budeus in.l.vulgo conce-
pti đ ſtatu hominum.ff.nothum dictionẽ
Grecam adulterium interpretatur.Cui cõ
uenit regia lex titulo tertio.parte quarta.
apud legum doctores ſtrictius multo ma
gis hoc nomen aſſumitur,vt nothum eum
dicamus qui ex meretricibus natus ſit ſi-
cuti ex inductione authenticorum quib⁹
modis naturales efficiantur ſui in princi-
pio diffinitur adiuncto Græco titulo Cæ
ſarum iure intereſt inter nothos& natura
*Naturales duas Vncias conſequntur.*
les,ſiquidem naturales duas vncias inteſta
to patre deſcẽdente conſequuntur, ex di-
cta authentica.licet.C.de naturalibus li-
7 beris & in authentica. quibus modis natu
rales efficiantur,ſui.ſiquis autem defunct⁹
& in.§.finali.filij vero nothi nullam bono
rum portionem patris inteſtati habent
§.ſi vero in authenti.quibus modis natu-
rales efficiantur, ſui. At ex teſtamento
tam naturales quam nothos equales eſſe
poſſunt ex Saliceto in authentic.ex com
plexu.C.de inceſtis nuptijs tametſi in cõ-
trariam ierit ſententiam Bartol.in.l.final.
ff.de his quibus vt indignis Oldradus cõ
ſilio.196. Albericus & plerique alij in Ru-
brica de naturalibus liberis exiſtimantes
patrem nothis in teſtamento nihil poſſe
relinquere regia.leg.vndecima.in Tauri-
no conuentu lata in his filijs naturalibus
exigit quod pater eos proprios cognoue-
rit tametſi ex fœmina ſint nati domi mi-
nime cohabitante quos nothos appellari
conuenit,hi tamen qui ex concubina do-
mi retenta naſcuntur,ſatis eſſe domi na-
tos fuiſſe ex gloſſ.in capitulo Michael de
filijs preſbyterorum tametſi pater eos nõ
cognouerit.Quo fit filios nothos ex ſcor-
tis natos,& vulgo quæſitis hoc munus ac
cuſandi criminis authorem ob necem pa
tris defuncti, minime competere ex Bal-
do in leg.prima.C.qui accuſare non poſ-
ſunt.quod verum eſſe opinor ni,& filius
patrem poſſet probare, tametſi eſſet ex
ſcortis natus.& vt obiter agam in hac pro
batione filiationis Bartol.in leg.prima .§.
idem per contrarium. ff. de liberis agno-
ſcendis.& in lege.filium.ff.de his qui ſunt
8 ſui vel alieni iuris, & in lege non nudis
C.de probationibus aduocatos in filia-
tione probanda inſtruit, & tria eſſe à te-
ſtibus inquirenda, quorum primus, an
Sempronium eſſe filium titij ſciant,ex ma
trimonio legitimo ab eius vxore conce-
ptum.Secundo an creditum ſit quod fue-
rit communis vicinorum fama Sempro-
nium filium eſſe legitimũ dicti titij.Tertiũ
an Sempronium eſſe filium titij agnoue-
rint atque penes dictum titium Sempro-
nium in poſſeſsione filiationis extitiſſe ita
caute à teſtibus inquiritur,nõ ex eo quod
omnia probare ſit neceſſarium ſed quia
teſtis qui vnum ex his ignorat aliud for-
taſſe aſſeueret Iaſon ſignanter ita ſcribit,
conſilio.114.volumine primo. & conſilio
trigeſimonono.eodem volumine Alexan
der conſilio quinquageſimoprimo volu-
mine.etiam.1.

Secundus à principaliori concluſione
*Caſus.2.*
excipitur,caſus qui non infrequenter diſ-
cuti ſolet in hoc duntaxat tractatu ſi fi-
lius conceptus fuiſſet in ſeruitute, vt in
principio inſtituta de ſeruili cognatio.
verbo veniant:cum is ſuccedere non poſ-
ſit ex lege ex libera.C. de ſuis & legitimis
hæredib .& præcitata authentic. ex com-
plexu.C.de inceſtis nuptijs Bartol.inleg. 9
ex facto.§.ſiquis rogatus ad Trebellianum
mathe.de monte in tractatu,quem prodit
de ſucceſſionibus ab inteſtato in principio
membro primo cum & is ſuccedere non
poſsit nec necem defuncti vendicare nec
contra criminis authorem accuſationem
proponere poteſt.

His tñ præmiſsis ad quæſtionis reſo-
lutionem quæ de ſpurijs tradũt doctores
aliquot exponam concluſiones, quarum
prima illa eſt iuris aſſertio filijs ſpurijs mi
nime hoc munus accuſandi mortem de-
functi patris competere aſſeuerat Baldus
in.l.id quod pauperibus.C. de Epiſcopis 10
& clericis itidem in.leg.cum acutiſsimi.C
de fidei commiſsis & in leg. neganda, C.
qui accuſare non poſſunt .& rurſus in le-
ge quiſquis.C.ad leg.Iulia. mageſt. Ioan.
de Imol.& Alexand.in.l.ex facto.§.ſiquis
rogatus hic numero.39.ff.ad Trebellianũ
& ex nouioribus in ea ſpecie idem reſpon
dit Vilalpandus numero ſexto eo in lo-
co cuius & antea meminimus, & præter
alia, quæ doctores adducunt ipſe pro hac
aſtruenda ſententia aliquot proponam,
& primo filius ſpurius iure ciuili nec inter
viuos nec in vltima teſtantium voluntate
poſſunt aliquid de bonis parentis capere
tex in authen.quibus mod.naturales effi
ciuntur

ciantur ſui.§.final.collatione ſeptima authentic.ex complexu. C. de inceſtis nuptijs authentic.licet. C.de naturali. liberis: regia.lex decima titulo quinto libro tertio.fori.l.decima titulo.13.parti. ſexta Abba.& paſsim doctores in .c.cum haberet de eo qui duxit in matrimonium quã pol. per adulterium.Bart.in.l.finali de his quibus vt indignis & in leg. ſiquis ex bonis. ff.de vulga.& pupilla.Guiliermus Benedictus.capitulo Reinuntius in verbo, & vxorem nomine adalaſiam numero.122. de teſtament.Didacus à Segura in.l.coheredi.§.cum filiæ numer.122.ff.de vulgari Angel.de Gambelionibus in eo tractatu quę prodit de teſtamen.in gloſſ.85.in nouioribus plerique alij huic acceſſere ſententiæ inter quos & Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ in titulo de ſucceſsione. Rubrica octaua.§.tertio folio.284.columna ſecunda numero primo Bœtius deciſſione.227.Martinus Laudenſis numero.72. in tractatu de legitimatione Nicholaus đ Vualdis numer.44.parte prima de ſucceſſionibus ab inteſtato Matthæ. Afflictus, in deciſione Neapolitana.96. Xuarez in lectura.l.primę titulo ſexto libro tertio. fori folio.86.pagina ſecunda.verſicul.qui autem dicantur filij ſpurij Palatius Rubi. in capitulo per veſtras.§.decimo de donationi.inter vir.Ciſuentes in interpretatione.l.nonę.& decimę in Taurino conuentu latæ & ante hos Decius in capitulo in præſentia.numero.105.de probatio Ioannes Veſanius in conſuetudinibus Alberniæ capitulo.12.de ſucceſſionibus & teſtamentis articulo vndecim. Vermondus in tractatu de publicis concubinarijs pagina.310.verſiculo improprie à numero primo.ad finem vſque Paulus Pariſius conſilio vndecimo.numere.10.libr.ſecundo Baptiſta de Cacialupis in.l.ſi qua illuſtris numero.96.C.ad Orficianum Georgius in repetitione.l.qui teſtamentũ numero quinto.ff.de probatio.Ioannes de Garronibus in repetitione.l.primæ numero.101. C. de ſecũdis nuptijs.Quibus & plerique alij acceſſere ſiquidem & Ioannes Galdenſis idẽ exiſtimat in tractatu quem publicum fecit de arte teſtandi titulo primo cautela. decimaquarta. Laurentius Calcaneus in conſilio. 62. Rolandinus Bononienſis in tractatu de teſtamen.rubrica.18. Corneus, conſilio.25.&in conſilio.310.volumine.1.& conſilio.217.libro.3. & rurſus conſilio. 236. libr.ſecundo Bartholomęus Socinus conſilio.96.volumine.1.Alexan.conſili.74. volumine.2.is idem in conſilio.150.libro.2.ex noſtræ tempeſtatis hominibus non inelеganter dominus ac præceptor meus Ioãnes Corraſius in.l.hæres inſtitutus numero.5.C.de impuberum & alijs. Didacus à Couarrubias in quarto decretali.2.parte. capitu.8.§.5.&.6. aliquot axiomatibus id declarant adeo quod neque inter viuos aliquid à patre capere poſſunt filij ſpurij.§. final.in authenti.quibus modis naturales efficiantur, ſui & authen. licet præcitata. regia.l.10.titu.13.parte.6.quæ dum fornicationis verba,agit intelligẽda eſt de ea fornicatione quæ etiam accedente conſenſu fornicantium coniugalis eſſe non poteſt Salic. in.d.l prima quod ſi ſpurio aliquid relinquatur id legitimis liberis vel cognatis à lege proximioribus defert Bar.in.l. final.de his quibus vt indignis Bald. & Salice.per tex.inibi in.l.prima.C. de naturalibus liberis Iaſon.in.l.ſecunda numero.9. C.de hæred.inſtituen. Vermondus in tractatu de publicis concubinarijs pagina. 328.nume.21.verſiculo ego autem puto cõtrarium.& hanc eſſe communẽ exiſtimat, Alexand. in.l.hæreditas.C.de his quibus vt indignis lectorem tamen admonitum eſſe velim conſanguineis negligentibus intra duos menſes fiſcus eam vendicat.l. prima.§.quibus tacentibus.C.de naturalibus liberis.Bal.in.l.certum nume.17.verſiculo ſed pone baſtardus. C.vnde legitimi Ludouicus de Sardis nec admodum grauatus his accedit in tractatu de naturalib⁹ liberis ad finem verſiculo ſecundo videndum eſt numero.1. Vermondus in tractatu de publicis concubinarijs pagina. 311. numero ſeptimo. Ioannes Garronis nume.101.eo in loco cuius & antea meminimus Rolandinus Bononienſis in tractatu de teſtament.rubrica 18.numero.1. regia.l. 10.titulo.13.parti .6.idem ſi pacto,vel renũtiatione conſanguinei excludãtur ex prę citata.l.prima.C.de naturalib. liberis quæ tamen in iis filijs procedit quorum inibi mentio fit non in alijs,regia tamen lex prima.titulo.decimotertio parte.6.apertiſsime probat illi⁹.l.1.deciſſio. in oĩbus ſpurijs locum habere nec aliquid refert an à patre





vel ab alio patris ordinatione capiat. ſicuti argumento optimo deſeruit text. in l. vnum ex familia.§. primo.ff. de legatis primo.

Et iſthęc paſsim recepta ſententia,& regio iure comprobata de filijs ſpurijs non admittendis ad patris bona non ſolum iure ciuili procedit quin & diuino. Sicuti diffinitum eſt geneſeos capit.21.vbi Abrahæ dictum eſt eijce ancillam, & filium: quia non erit hæres filius ancillæ cum filio libere,& Apoſtolus ad Galathas capi. quarto teſtatur,& iure pontificio id diffinitum eſt, ex Auguſtini ſententia in cap. quid eſt.35.quęſtio.ſeptima.& in cap.non omnis.32.quæſtio.2. cap. dicat aliquis. 32. quæſt.4.

Lege verò municipali ſtatui non poteſt filium ſpurium capacem fore teſtamẽti donationis,alteriusve paternę largitionis,ſicuti Socinus cenſuit, conſilio.95. nu
12 mero nono. volumine quarto. Aretinus in.l.teſtamenti factio. ff. de teſtamentis. Bald. & Aretinus in.l. cunctos populos. numero.15.C.de ſumma trinitate. quibus accedit Decius in capitulo ſecundo.de cõſtitutionibus. notabili ſecundo. quam & eſſe communem profitetur, Ioannes Baptiſta in.l.omnes populi.ff. de Iuſtitia & iure.folio vndecimo.columna prima.nec ſtatutum in contrarium aliquid deſeruiret,cum fornicandi occaſionem prębere ex.l.conuenire.ff.de pactis dotalibus.cap. quemadmodum.de iureiurando.Iaſon in l.ait prætor.columna tertia.ff. de iure iurando. Fredericus de Senis conſilio.265. numero primo. Et rurſus conſilio.267. & ex nouioribus hanc profitetur,eſſe frequẽtiori doctorum calculo receptam ſententiam Ferdinandus Loazes. in tractatu de matrimonio.in ſecundo dubio in ſecundo fundamento,pro parte negatiua. numero ſeptimo.quo in loco pleroſque doctores aſſeuerantes hanc eſſe communem ibi congerit.Idem profitetur Ferdinandus Loazes in tractatu de conuerſione paganorum.columna. 22. numero ſeptimo. verſiculo ex hac ratione eandem dicit eſſe communem Decius in cap. in præſentia.numero.124.de probationibus. & eſſe communem profitetur,Ioannes Galdenſis de arte teſtandi.titulo primo. Cautela 14.numero primo. Boërius deciſione. 127. numero nono.Lopius in.l.nona. numero ſexto.in legibus Tauri.Bermõdus de publicis concubinarijs.pagina.244.numero 63.Guilielmus Benedictus in cap. reynuntius.in principio.numero.39.de teſtamentis.Didacus à Couarruuias.numero ſexto eo in loco,cuius & anteà meminimus.

*Frequentior doctorũ opinio.*

Primò, vt res nõ obſcura clarius clareſcat, & antiquæ difficultatis ratio, reſoluendo ex his quæ paulò anteà adnotauimus quaſi ex eodem ſtipite, & illud emanare videtur,ſpurijs nihil poſſe relinqui à patre adeo quod inſtitutio eſt ipſo iure nulla cum incapaces ſint, ſicuti diffinitur,in authentic.quibus modis naturales efficiantur,ſui in.§.final.collatione ſeptima.l.ſi pater.& inibi gl.& in.l.nec apud C.de hæredi.inſtituen.l.ſi ſpurius.ff.vnde cognati.authent.ex complexu.C.de inceſtis nuptijs.

*De eadem re*

Secundô,& illud deduci videtur,ex his ſpurium filium à patre ſubſtitui non poſſe legitimo filio ex pupillari ſubſtitutione ad hũc effectum, vt patris bona ſpu- 13
rius conſequatur,tametſi ex illa ſubſtitutione pupilli bona capere poſsit glo in authentic.quibus modis naturales efficiantur,ſui.§.fina.l.ſi is qui.ff.de vulgari.cuius pro ſingulari meminit Bald.in cap.ſolicitudinem.de appellatio.columna ſecunda itidem in.l.eam quam.C.de fideicommiſſis.numero.53.Bartolus,Alexand.Paul. & Iaſon in pręcitata.l.is cui.Iaſon poſt pleroſque alios in.l.iam hoc iure. numero. 5. ff.de vulgari.

Tertiò, His itaque explicitis & illud emanare videtur,ſpurium per patrẽ ſubſtitui non poſſe vulgariter, nec fideicommiſſariè, ſicuti ex nouioribus pręter alios notat Bermõd.in tract.de publi.concubi. pagi.316.numer.17. verſicu. ſed an ſpurius Didacus à Couarruuias.in quarto decretalium libro ſecunda parte.c.8.§.5. nume.4. ante hos Guilielm. Benedictus in cap. reinuntius.verbo & vxorem nomine Adalaſiã.num.690 Et rurſus num.128. quibus & illa ratio adſtipulatur, viua & ſpirans, quia directe,nec per interpoſitam perſonam per vulgarem ſubſtitutionẽ ſuccedi tur patri cum ſit eius teſtamentum, vt in principio.Inſtitut.de vulgari,nec fideicõmiſſariè ſuccedere poteſt ex.l. cohęreri.§. cum.filiæ,ff.de vulga.

*Quãdo fraus præſumatur.*

Quartò, verumenimuerò, & tertio de-
ducitur fraudem legi factam cenſeri, ſi is
cui aliqua bona pater ſpurij donauit in-
.continẽti donauerit filio ſpurio donato-
ris, vel ex interuallo, ſi id expreſsim fiat
14 in donatoris primi remunerationem. Bal.
numero.40.in.l. eam quam. C.de fidecom
miſsis. Ioannes Annania conſilio. 13. vbi
ſignanter explicat ex quibus coniecturis
colligi poſſet, an fraus interuenerit Ioan-
nes Lopius in rubric.de donatio. inter. §.
30. num.14.

Quintò, Hinc verum eſſe apparet hũc
ſpurium non poſſe aliquid à patre capere
ex lucratiuo cõtractu oneroſove, nec per
15 ſe, nec per interpoſitam perſonam ex. l.1.
& inibi glo.C.de naturalibus liberis. quo
in loco Cinus, Barto. Bald. Salicet. eidem
ſentẽtiæ ſubſcripſere, tametſi glo.in. l.qui
teſtamentum.in glo.ſecunda.ff. de proba
tionibus, in oneroſo contractu contrariũ
prorſus exiſtimauit quam & Bald.in.l. ſi
is cui.ff.de vulgar. & pupillari . idem exi-
ſtimat, ſed à priori ſententia, nec latum
quidem vnguẽ diſcedendum eſſe exiſti-
mo ex Galdenſe de arte teſtanti.titulo pri
mo cautela.14. numero tertio. Bermond.
de publicis concubinarijs.pagina.325. nu-
mero.32. verſiculo & prædicta concluſio.
Guilielmo Benedicto eo in loco, cuius &
anteà meminimus numero, 129. Aretin.in
l.ſi is cui bonis.numero ſexto.ff. de vulga
ri & pupillari.& contrariæ ſententiæ glo.
in dicta.l.qui teſtamentum in errorem la-
pſam eſſe exiſtimat Iacobus Butricarius,

*Glo.dãnatio.*

Florianus, Salicetus inibi, Iacobus à ſan-
cto Georgio illam gloſſ. communi conſen
ſu eſſe damnatam aſſeuerat, in.d. l. qui te-
ſtamentum num.8.

Sextò pariter infertur, veram eſſe illo-
rum ſententiam qua deciſum eſt, filios ſpu
rios bona à parentibus relicta in vltima
teſtantium voluntate, nec inter viuos prę
16 ſcribere poſſe ex gloſſ.in.l.nemo.ff. de vſu
capio. prælegato, quam miris laudibus
exaltat Bald.in.l.id quod pauperibus. co-
lumna finali.C.de epiſcopis & clericis. &
in.l.nulla. verſiculo ſecundo quæro. C. de
rei vendicatio.quod ſi errore ductus pu-
tans ſe eſſe legitimum adhuc præſcribere
non poſſet Salicetus ſignanter in.l. nul-
lum, & in.l. prima. C. pro hærede, Philip-
pus Corneus conſilio. 236. numero quar-
to. volumine ſecundo. Franciſcus Baldus,
in eo tractatu quẽ prodit de præſcriptio-
nibus . quarta parte . quarti principalis.
quæſtio.18. & in repetitione.l. celſus. nu-
mero nono. primæ partis. ff. de vſucapio.
Bermondus idem profeſſus, de publicis
concubinarijs.pagina.315.numero.16. Ale
xand. qui aliquot axiomatibus id decla-
rat conſilio.74. numero ſeptimo. volumi-
ne tertio.

Septimo ex his colligi poterit, quod eo
dem iure defenditur, ſi ex teſtantis volun
tate bona diſtribui mandauit inter pau-
peres, vel coniunctos executorem teſtan-
tis minimè poſſe ſpurium illius teſta-
toris eligere Bald. in. l. id quod pauperi- 17
bus.numero.34.quæſtione.22.C. dę epiſco
pis & cleric.ex illa ratione triuiali factum
executoris iudicari cum facto teſtatoris
ex.l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia quę-
ratur.ff. de legatis ſecundo. vbi text. diffi
nijt electum non cenſeri ab illo capere,
q eũ illexit, ſed ab illo cuius iuſſu, ac man
dato electus fuit.l. ſi is qui. ff. de vulgari.
vbi qui non poteſt capere per ſe, nec alio
mediante, & expreſsim id adnotat Bald.
in.l. ab eo. C. de fideicommiſsis. & huic
ſententiæ maximum robur affert lex pri-
ma. C. de natural. liberis. Laurentius
Calcaneus conſilio. 62. numero ſeptimo.
Corneus conſilio.236. numero decimo. vo
lum. ſecundo. Galdenſis de arte teſtandi.
titulo primo. Cautela. 14. numero nono.
Bermondus de publicis concubinarijs.
pagina. 311. numero octauo. Guilielmus
Benedictus eo in loco, cuius & anteà me-
minimus numero. 122. Alexand. conſilio
54. numero primo. volumine ſeptimo. ſi-
gnanter Ioannes Lopius numero. 16. in.l.
nona. in taurino conuentu lata quibus
admodum ſuffragatur. text. ad id pręſtan
tiſsimus in.l.prima.C.de naturali liberis.
& omnium diligentiſsimè qui iſtis noſtris
non eſt ſaciatus hanc extricat quæſtio-
nem vltro citroque ad ambas (vt aiunt)
aures Nicholaus Boërius in conſilio. 127.
numero.14.

Octauo his omnibus animaduerſis ap
paret veritas.l.primæ.C. de naturali libe-
ris.ad finem.&.l.ſi ſpurius.ff.vnde cogna-
ti.diffinientes ſpurios ne vtique ſuccedere
parentibus ex parte patris ab inteſtato.
Cinus in auth.itaq;. C. communia ſucceſ.
Faber



Faber in.§.nouiſsimè. Inſtitu. ad Orficia-
num. Baptiſta de Cacialupis in.l.ſi qua il-
luſtris.numero.79.C.ad Orficianum. Lu-
douicus de Sardis in tractatu de naturali-
bus liberis.in.§.de ſucceſsione ſpuriorũ.
ſeptima quæſtio.numer.12.regia.l.12. titu.
13.part.ſexta.quibus admodum nec gra-
uatus accedit Ciſuentes numero quarto.
in.l.nona Tauri.in filijs tamen presbyte-
rorum, id nec teſtamento, nec ab inteſta-
to parentibus ex parte patris ſuccedunt.
l.22.titu.tertio.libro primo.l.ſecunda.titu
18 lo tertio.libro quinto. ordinationum.re-
gia.l.nona Tauri. & inibi, Ciſuentes ex-
preſsim hoc ipm vult, nec in matre iſthæc
ſententia vires obtinet, ſiquidem nõ ex-
tantibus deſcendentibus, legitimis, & na-
turalibus ſpurius tam ex teſtantis ma-
tris voluntate quam ab inteſtato ſucce-
dit.l.ſi ſpurius.l.hac parte. ff. vnde cogna
ti.§.nouiſsimè. Inſtitu. ad Turpillianum.
l.prima.§.ſed ſi vulgo.ff.eod.regia.l.nona
Tauri.& inibi, Ciſuentes.num.1.

*De eadem ſi ab eccleſia ſpurio donatur.*

Nono ex eadem ratione expendi po-
terit dubium illud, hos filios ſpurios, ab
eccleſia etiam inſtitui non poſſe cui bona
ſua pater donauit, ſi eccleſia deinde ſpu-
19 rio filio teſtatoris donauerit, nullius eſt
momenti iſthęc donatio ex Bal.numero
quarto.in.l.eam quam.C.de fideicommiſ
ſis. Ioannes Lopius in rubrica de donatio
nibus.§.30.numero.14. vbi in praxi in his
regnis eſſe receptum aſſeuerat, itidem in
rubrica.§.68.numero.19. Bald. in eo in lo-
co, cuius anteà meminimus exiſtunt, ſi pie
tatis intuitu donauerit filio ſpurio remu-
nerationisve cauſa, donationem vtique
valere, cui ſubſcripſit, Alexand. conſilio.
54.numero primo.volu.ſeptimo.Bermon
dus in tractat. de publicis concubinarijs.
pagina.312.nu.10.

Decimò attente, & diligenter penſatis
his, quæ hac de re tradidimus cenſendum
eſt, tametſi, ſpurius bona capere non poſ-
20 ſit, nihilomin⁹ nepos legitim⁹ ex filio ſpu
rio deficiente prole legitima poteſt inſti-
tui ab auo, Bart. numero tertio.l. Gallus,
§.quid ſi is.de liberis & poſthum. Itidem
in conſilio.118.incipienti.Odoſius habens
filium vbi ſententia lata ita pronũciatum
fuiſſe aſſeuerat Abb.in cap.cum haberet.
de eo, qui duxit in matrimonium. Imol.
Aretinus. Alexand.& Iaſo.in pręcitato.§.
quid ſi is.. Philippus Corneus conſilio.25.
numero decimo.volum. primo. & hanc eſ
ſe conſenſu ſtabilitam ſententiam exiſti-
mat Iaſon.in.l. hæreditas. numero octa-
uo.C.de his quibus vt indignis.& hanc eſ-
ſe communem profitetur, Carolus Moli-
neus ad alexandrum conſilio.74. numero
ſecundo.libro tertio. & Ioannes Galden-
ſis.de arte teſtand.titu.primo. Cautela.14.
numero vndecimo. Bermondus de publi-
cis concubinarijs.pagina.346.numero. 65.
verſiculo apud legiſtas. Et rurſus pagina
350.numero.70. Doctores communiter in
l.finali.C.de naturalibus liberis. Et hanc
eſſe communem aſſeuerat Rodericus Xua
rez in lectura.l.nona.titulo vndecimo.li-
bro primo fori.folio.73. pagina ſecunda.
verſiculo conſideratum, itidem in lectura
l.prima.titulo ſexto. libro tertio Fori. fol.
88.pagina ſecunda.verſicu.circa hoc quæ-
ritur, Boërius idẽ profeſſus deciſione.127.
nume.16.ſuffultus glo. authoritate in præ
citata l.final. Signorolus conſi.114. & eam
eſſe communem profitetur Decius conſi.
462. ex noſtræ tempeſtatis hominibus. Di
dacus à Couarruuias in quarto decreta-
lium.2.partis.c.octauo.§. quinto. numero
13. Guilielmus Benedictus loco, cuius &
anteà meminimus numero.131. Didacus
Caſtellus.in.l.nona Tauri. verbo ex teſta
mento. Tametſi perperam in contrariam
ierit ſententiam Chaſſaneus in conſuetu-
dinibus Burgundię.titulo Des fiefz.rubri
ca tertia.§.quinto. numero ſeptimo. coſi.
4.fol.113.

Eodem iure deduci videtur, in nepote
ex filio clerici qui põt ab auo inſtitui De-
ci.conſ.258.& hæreditatem optimo quidẽ
iure acquirere Bald.in.l.ſi quis inceſti.nu.
2.C.de inceſt.nupt.Petr.Cin. & Salicet.in
l.ſecunda.C.de epiſcop.& cleric.Corſe.in
ſingulari verb. fornicatio Abb. in. c. cau-
ſamq;.& in.c.lator.& in.c.ex tenore.qui fi
lij ſint legitimi. Rodericus Xuarez in lect.
l.9.titu.11.libro.13. Fori.quam eſſe commu
nem profitetur Corſetus loco prçci.& Ci
fuentes numero ſeptmo.in.l.nona.in tau-
rino conuentu lata. Quod ſi conſtet patris
gratia nepotem inſtitutũ fuiſſe præfatã
inſtitutionẽ deficere, ex his docto.quibus
& anteà meminim⁹, & præter alios Aymõ
Sabilius cõſi.184.hæc tamẽ cõcluſio.2. nõ
ꝓcedit, in nepote nato ex filio inceſtuoſo
Bald.

Baldus in.l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis
nuptijs.per text.inibi,cuius meminit pro
ſingulari idem Bald. in cap. in præſentia.
de probationib. numero. 35. Corſetus in
ſingula. verbo hæres. Hippoly. in ſingul.
143. Quorum opinio communis eſt ex Sa-
licet. in dicta.l. ſi quis inceſti. & Corneo
conſilio.25. volum. primo. numero.15. Etſi
Iaſon in dicto. §. quid ſi is, velit à Bald. re-
cedere, & Paulus Caſtrenſ. numero ſexto.
in. §. quod ſi is præcitato. ad quos reſpon-
dit Xuarez eo in loco cuius & anteà me-
minim⁹. Cuius ſentẽtia exploſa, idem exi
ſtimat Bermondus de publicis concubi-
na. pagina.351. nume. 70. verſiculo iſta con
cluſio. Guilielmus Benedicti in capi. Rei-
nuntius. verſicu. & vxorem nomine Ada
laſiam deciſio. quinta. numero. 121. de te-
ſtament. Caſtellus in.l. nona Tauri. in ver
ſicu. ex teſtamento & inibi. Ciſuentes nu
mero ſeptimo. Xuarez in lectu.l. primę. ti
tulo ſexto. libro tertio Fori. folio.89. pagi
na prima. & eſſe communem exiſtimat
Martinus Laudenſis, de legitimatione
numero. 73. Didacus à Couarruuias in epi
tome, de ſponſalibus. ſecunda parte. capi.
8. §. 5. num.13.

Ex quo inferri poſſet, nepotem ex filio
poſt ſacros ordines ſuſceptos, ab auo preſ
bytero inſtitui non poſſe, cûm clerici fi-
lius in ſacris conſtituti ordinibus dica-
tur natus ex inceſtu glo. Bald. Paul. in.l.
ſecunda. C. de epiſcopis & clericis. ſed ta-
men inceſtuoſus propriè non eſt hic fi-
lius ex glo. in capit. per venerabilem. qui
filij ſint legitimi. Quò fit nepos legitimus
& naturalis ex filio clerici ſacris ordini-
bus inſignito, poteſt hæres inſtitui Petr.
Cinus, Salicet. in dicta.l. ſecunda. Bald. in
dicta.l. ſi quis inceſti. Corſetus in ſingula-
ri verbo fornicatio. vbi expreſsim fatetur,
hanc opinionem communem eſſe. Alexã.
colum. finali in præcitato. §. quod ſi is. Ro
dericus Xuarez. in.l. nona. titu. vndecimo
libro primo fori. colum. ſecunda. atque ita
intelligenda eſt concluſio paulò anteà ci-
tata.11. ad eandem rationem expedi pote
rit dubiũ illud, tametſi filius ſpurius inſti
tui non poſsit à patre, an & nurui hære-
ditatem relinquere poſsit, & Hoſtienſ. in
cap. primo. colum. ſecunda, de teſtament.
in ea eſt ſententia cùm iſthæc inſtitutio,
cenſeatur fraudulenta nullius momenti
eſſe exiſtimauere Ioannes Andr. & Cardi
nalis numero tertio. in dicto cap. primo.
à qua ſententia ipſe libẽter diſcedo: quip
pe qui exiſtimem, hanc hæredis inſtitu-
tionem minimè fraudem continere potiſ 21
ſimũ cum filio ſpurio nihil quæratur præ
ter alimenta, quæ ex illis bonis donatis
vxori conſtante matrimonio habet.l. do-
ce ancillam. C. de rei vendicatione. tradi-
tur, per Doctores neotericos in.l. in rebus
C. de iure dotium.l. ſeptima. titu. vndeci-
mo. part. quarta, cum maritus conſtante
matrimonio, dominus rei dotalis ſit. Et
cùm clericus poſsit filio ſuo alimenta re-
linquere ne fame oppreſſus pereat capit.
cùm haberet. de eo qui ducit matrimon.
quam polluit per adulter. & inibi Abb.
vltimo notabile. Et huic iuri pontificum,
etiam de iure ciuili ſtatur, ex glo. in præci
tato. c. cum haberet, ad finem: quam pro-
fitetur, Cardinalis, & Abb. inibi, Corſetus
in ſingulari incipienti ſpurius, Ioan. Gal-
denſis, in tractatu de arte teſtandi. Lam-
bertinus de iure patronatus. tertia queſti.
principali tertij libri à primo articulo ad
finem vſque. Et hoc eſſe commune pro-
fitetur Iaſon conſilio.26. numero quarto.
volumine primo. & vtroque foro ali-
menta ſpurijs danda eſſe. profitetur eſſe
communem Decius numero quarto. in
cap. clerici. de iudic. Itidem in cap. in præ-
ſentia nume.115. de probationibus. & eſſe
communem aſſeuerat Antonius Corſe-
tus in repertorio ad Abbatem, verbo ali-
menta & in ſingulari incipienti filij ſpu-
rij, & eſſe communem exiſtimat Ioannes
à Nebizanis in ſilua nuptiale libro tertio
numero.25. Bermondus in tractatu de pu-
blicis concubinarijs. pagina.347. numero
62. Calcaneus in concilio.62. nume. 12. Et
hanc eſſe omnium receptam ſententiam
exiſtimat Franciſcus Ripenſis in. l. ſi vn-
quam. C. de reuocan. donationibus queſt.
27. numero.68. is idem in rubrica. ff. de ver
bor. obligat. numero.58. idque non ſolùm
in vltima teſtantium voluntate: ſed vtiq;
inter viuos alimenta filijs ſpurijs relinquẽ
da eſſe ex Barto. in.l. finali. numero.7. ff. de
his quibus vt indig. cuius meminit, idem
profeſſus Rodericus Xuares in lectu.l. pri
mę. titul. ſexto. libro tertio fori. folio. 91. *Alimenta*
pagi. prima. regia.l.8. titu.13. part. 6. idque *debentur ſpu*
non ſolùm cõpetere ex bonis patrimonij *rijs.*
cleri-



clericorum: ſed etiam ex bonis intuitu ip
ſius eccleſiæ acquiſitis gloſ. in capit. omni
no.31. diſtinctione. Vermondus loco præ-
citato. pagi.337. num.73. Ioannes Lopius
in cap. per veſtras. §. 23. num. 13. de donat.
inter vir. & vxor.

Duodecimò attentè, & diligenter pen
ſatis his, quæ hac in re tradimus cenſen-
dum eſt, filios ſpurios parentibus ſuccede
re non poſſe, & verſa vice, nec patres ſpu-
22 rijs filijs, Baldus in authentica licèt. C. de
naturali liberis. ex illa ratione quæ habet,
quia inter eos nullum ius agnationis, vel
cognationis reperit, Azo in ſumma. C. de
hæredibus inſtituendis. & in ſumma. de
legitimis hæredibus. cui & Barto. acceſsit
in.l. finali. numero quinto. ff. de his qui-
bus vt indignis. Baldus in.l. prima. C. de e-
piſcopis & clericis. notant Doctores paſ-
ſim in.l. hac parte. & in.l. ſi ſpurius, ff. vn-
de cognati. Alexander conſilio.150. nume
ro ſexto. volum. ſecundo. Guilielm. Bene-
dictus in cap. Reynuntius. verbo & vxo-
rem nomine Adalaſiam deciſione quin-
ta. numero.133. de teſtamentis ex nouiori-
bus. Matheſilanus in eo tractatu quẽ pro
dit de ſucceſsio. ab inteſta. ſecundo mem-
bro. ſecundo articulo principali. numero
ſexto. Chaſſaneus in cõſuetudinibus Bur
gundiæ in titulo des ſucceſsiones. rubric.
ſeptima. §. primo. numero primo. fol.283.
Baptiſta de cacialupis numero.77. in.l. ſi
qua illuſtris. C. ad Orficianum: ex neote-
ricis Bermõdus de publicis concubinarijs
pagina.357. numero.77. Iaſon in. §. pena-
les. numero. 61. Inſtituta. de actionibus.
pro quibus adſtipulatur. text. in.l. licèt.
C. de naturalibus liber.

Decimo tertio, hic diffiniri poterit, ꝙ
ſi fides data ſit de reſtituenda hereditate
ſpurio, is qui fidem præſtitit, vt indignus
hæreditate priuatur, & fiſco adiudicatur,
23 l. prædonis loco. ff. de petitio. hæredita. l.
in tacitis.l. Lucius. §. final. ff. de legatis pri
mo. text. optimus in.l. non intelligitur. §.
ſi quis palam.l. ita fidei. ff. de iure fiſci. ſin
minus non fidem præſtiterit, ſed rogetur,
reſtituere hæreditatem iure optimo poſsi
debit inſtitutus illa bona. Bartolus qui
hoc efficaciter probat in.l. finali. ff. de his
quibus vt indignis. l. in metallũ. ff. de his
quæ pro non ſcriptis habẽtur, tex. in prę-
citata.l. non intelligitur. in principio.

Decimo quarto, Hinc cõſtat ſpurium
in animi iudicio bona parentis poſside- *De eadem re*
re optimo quidem iure ſi liberè nulla pa-
renti promiſsione permiſſa tradiderit ſcri-
ptus hæres. Quod ſi à parente ſibi relicta 24
donata ve fuerit, obtinere non poteſt, cùm
ad capienda bona incapax ſit atque in
conſcientiæ foro reſtituere cogendus eſt,
nec aliquo iuris apicè pro contraria par-
te deſeruire videtur, gloſſ. ſatis celebris in
cap. fraternitatis. duodecima quæſtione
ſecunda. diffiniens pœnam legis exterio-
ris non eſſe conſiderandã in interiori ani
mi iudicio donec fiat eius executio. De cu
ius intellectu, & nos de hæreticorum pœ-
nis tractantes pleniori tradidimus manu
quę glo. vim obtinet in pœnis iudicis exe
cutionem exigentibus, non tamen in his
quæ non requirunt aliquem actum iudi-
cis, vt rem exemplo ſubijciam ſi quis ſit
in capax aliquorum bonorum tenetur,
vtique à poſſeſsione illorum bonorum re
cedere ex Caietano in.2.2. quæſtio.62. arti-
culo tertio.

Ex deciſione illius gloſſ. hinc verum eſ *De eadem re*
ſe apparet ſcriptum hæredem minime te-
neri, hæreditatem reſtituere in interiori
animi iudicio, tametſi filio ſpurio tacitã
fidem de ea reſtituenda præſtiterit ex ea 25
ratione cum iſthæc promiſsio contra le-
gem, & in legis fraudem ſit facta ex ea hæ
res ſcriptus aſtrictus nõ eſt Fortunius Gar
ſia Hiſpanus ſubtilitatum princeps, in.l.
iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. &
fortiſsimum huic rei argumentum præ-
ſtat text. in. §. generaliter eiuſdem legis,

Ex his colligi poterit, quod non infre-
quenter diſcutitur apud noſtræ tempeſta
tis homines hæredem qui promiſerat te-
ſtanti hæreditatem ſpurio reſtituere ex
deciſione gloſſ. præcitatæ non teneri, in
conſcientiæ foro illa deferre bona ad fi-
ſcum, nec fiſco id crimen pandere cum le-
ges, hanc hæreditatem fiſco deferant in
pœnam.l. non intelligitur. ff. de iure fiſci.
l. prima. C. de his quibus, vt indignis: pœ-
na autem, vt vulgo circunfertur, in con-
ſciẽtię foro non ſoluitur, vnde contra Bar
to. ſequitur, in.l. finali. ff. de his quibus vt
indignis. columna tertia. contrarium aſſe
uerantem cuius meminit, idem profeſſus
Didacus à. Segura in. l. cohæredi. §. cum
filiæ. folio duodecimo. ff. de vulga.
Inſi-

Inſignis eſt in hac re quæſtio quid agẽdum ſit in dubio cui fiſco, an eccleſiaſtico an ſeculari hæreditas adiudicanda ſit.

*Cui fiſco ad indicetur.*

Ipſe tamen conſiderandam eſſe fidem, & hæredis præſtantis perſonã exiſtimo, cũ potiſsimum is qui delinquit cõſideratur, vt hæreditas auferatur, ab eo: qui ſi cleric⁹ ſit eccleſiæ, ſi laicus regi defertur hæredi-
26 tas. Bald. in. l. ſi quis presbyter. colum. prima. C. de epiſcopis & cleric. & inibi, Paul. Caſtrenſ. Felin. in. c. quia. C. de iudic. col. ſecũda. ſegura. num. 145. in. l. 3. §. vltimo. ff. de liberis & poſthu. Ioan. Lopius. in rubr. de donatio. §. 39. adnotat, & hoc expreſſim Chaſſan. in conſuetudinibus Burgũ. §. 5. rubric. 8. num. quarto. quibus ſatis iam ſatis conſtat hunc ſpurium filium ad necem defuncti vindicandam, nec ad accuſationem proponẽdam contra criminis authorem admittendum fore, quam ſententiam in ea ſpecie veriſsimam eſſe exiſtimat Bald. in. l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam mageſtatis. & in. l. neganda. C. qui accuſare non poſſunt. & in. l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cleric. & in. l. cum accutiſsimi. C. de fideicommiſsis. Ioan. Immolenſis in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad trebellianum. ff. & inibi, Alexand. nume. 39. Innocent. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. Anto. de Butrio. & Imol. poſt Bald. & pleroſq; alios in cap. nonnulli. §. ſunt & alij, de reſcript. Bald. & Angel. in. l. ſed & hæ. ff. de procuratoribus. Diffinientes hos ſpurios agere non poſſe abſque mandato cum coniuncti, nec vtique cenſeantur, nec filij hi patrẽ nominare poſſunt, quo fit ad accuſandũ, nec necem defuncti patris vindicandam admittendos fore & hanc profitetur, eſſe communem Felinus in dicto. §. ſed & alij. verſiculo prædictis obſtat. num. 58. quam eſſe communem aſſeuerat Iacobus Villalpandus. interpretatio. l. 22. titulo primo. part. 7. §. 42.

Ex quo his penſatis, & ad pulmum reuulſis rationibus communem ſentẽtiam
27 intelligendam eſſe exiſtimo non ſolum filios ſpurios ſed & filios eorum ſpuriorum arcendos fore ab accuſatione, Paulus Caſtrenſis conſilio. 181. in cauſa quæ vertitur, coram vicario, columna quarta. Cuius meminit Felinus in præcitato. §. ſunt & alij. numero. 56. Quibus admodum ſuffragatur. text. in. §. ex diuerſo. in auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus. inibi radice infecta, & omnimodo maculata non poſſunt populares rami exinde prouenientes ſuccedere. Matheſilanus Bologninus in additionibus ad tractatũ. de ſucceſsionibus ab inteſtato. § ſecundum membrum, tametſi contrariam prorſus tenuerit ſententiam Bart. quinetiam ſpurius ad necem defuncti vindicandam admittendos fore Barto. in. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſationib. Angel. in. l. 1. ff. de accuſatio. Bal. in. l. 1. C. qui accuſare non poſſunt. num. 50. vbi expreſsim definiunt, cûm pleriſque alijs quę serioſè congerit Antonius Gomez. in interpretatione. l. 12. num. 53. in taurino conuentu late, & de delictis cap. tertio. num. 66. Ipſe tamen eorum ſententiam admittendam fore opinor, tametſi filij ſpurij non admittantur, nihilominus tanquam quilibet de populo ad necem defuncti vindicandam admittendos fore, & præferendos extra- 28
neis accuſare volentibus, cùm maior dolor commoueat ad accuſandum quam extraneis. l. ſecunda. §. final. ff. de adulterijs. l. amiciſsimos. §. lucius. ff. de excuſatione tutorum. Ioannes Immolenſis in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. & inibi, Alexã. columna. 33. ad Trebellianum. Felinus pleroſque alios congerens in. d. c. ſunt, & alij quibus tamen refragare videatur, cùm iſthæc actio competat, & intentari debet per eum, qui integræ opinionis ſit. l. criminis ibi ſi tibi integra eſtimatio. C. qui accuſare non poſſunt. l. popularis actio. ff. de popularibus actio. l. infamem. ff. de publicis iudic. At ſpurij quẽadmodum ſunt notati infamia, nec integræ eſtimationis ſunt ex Azone in ſumm. C. de infamibus. Baldus, & Salicetus ſignanter id explicãt in. l. finali. C. de verborum ſignificatione. & in. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam mageſtatis. Hoſtienſ. in ſumma titul. de filijs presbyterorum. §. quæ in cauſa prohibitionis. Bald. in. l. prima. columna prima. C. de iure aureorum anullorum. Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus ſub conditione factis. Alexander conſilio. 70. volu. ſecundo. Iaſon poſt pleroſque alios in. l. fratris. numero vndecimo. C. de inofficio. teſtamento. Pro quorum omnium ſententia eſt text. ad id præſtantiſsimus in. l. ex com-



complexu. C. de inceſtis nuptijs. Quo fit ſpurium, vt quilibet de populo accuſare non poſſe patris ſui necem. Cui obiectioni, vt pacem deſidentibus iuribus, ac doctoribus afferam reſpondeo, ac intelligẽda eſt opinor qui ab accuſatione repellitur, propter aliquam iuris infamiã, vt potè ni ſpurio, non vtique repellitur, quando ſuorum, ſuamve iniuriam proſequitur, cap. prohibentur. ſecunda quæſt. prima. in verbo mortem propinquorum defendant. cap. omnibus. quarta quęſtio. ſexta. l. neganda. C. qui accuſare non poſſunt. l. vxor. eod. titu. l. prima. & ſecunda. ff. de accuſationib. regia. l. ſecunda. titul. De las accuſationes. libro quarto. fori. Vnde & illud optimo iure ſequitur, hũc ſpurium proſequẽdo ſuorum, iniuriam arcẽdum non fore à nece defuncti vindicanda. Quinetiam præferendum, eſſe cuilibet de populo, & extraneo. Ange. in tractatu maleficiorum. verbo nec non ad querelam potiſsimum cùm propter ius ſanguinis præferendi ſunt, tanquam propenſiori dolore moti. l. quanuis, verbo verus dolor. C. ad leg. Iuliam. de adulter. l. amiciſsimos. inibi naturalis ſtimulus. ff. de excuſatio. tutorum. Antonius Gomezius. de delictis. cap. tertio. numero. 66.

Cæterũ, & ea quæ diximus de filio ſpurio ob necem defuncti patris vindicãdam: Idem exiſtimo de matris morte aliorũve accendentium adhibita illa iuris diſtinctiõe, quod filij legitimi, & naturales pręferantur ſpurijs. Hanc equidem quæſtionem lector optimè amplius examinare poteris ex his doctoribus, quæ & nos paulò antea meminimus, in his etenim in quibus noſtra deſident ab his quæ diligentiſſime fuere inibi adnotata; liberum erit, cuiuſque iudicium, & nos tantorum virorum cenſuram libentiſsime admittemus; ne credas tantorum virorum noſtras ſtudio contradicendi refragari, ſed quia in his dubito, & noſtra opera alij diligentius exquirent.

Inſignis eſt admodum, & perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter diſcutitur, an & fi-
29 lius ſpurius necem matris vindicare poſſit, accuſationemque proponere contra criminis authorem, & ea eſt omnium receptiſsima ſentẽtia poſſe cum & ipſe tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſuccedat, non ſtantibus diſcendentibus legitimis. l. ſi ſpurius. l. hac parte. ff. vnde cognati. l. prima. §. ſed ſi vulgo. ff. ad Tertullianum. §. nouiſsimè. Inſtituta eodem titulo regia. l. nona Tauri. eo maximè cum inter hos ſpurios ex parte matris ſit Agnatio, etiam quo ad ſucceſsionem cum mater ſemper certa ſit ipſaque natura eos cõiungat, Doctores explicant in. l. cum legitimæ. ff. de ſtatu hominum. Ludouicus Bolon. ad Matheſillanum, in tractatu quem prodit. de ſucceſsione ab inteſtato. §. hæc eſt ſecunda concluſio. Tametſi mater ex ſtẽmate nobilium illuſtris ſit, & in ea ſpecie ita reſpondit Baldus in. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam mageſtatis. & in l. prima. C. qui accuſare non poſſunt. in verbo quoad ſecundum articulum expreſsim diffiniens ſpurios poſſe necem matris ſuæ vindicare accuſationemque proponere contra criminis authorem, & omnium diligentiſsimè; idem profeſſus dilatando chartas quàm plurimis remiſſionibus. Veriſsimum eſſe exiſtimat Alexand. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. numero 41. ad Trebellianum. cui ex nouioribus ſe ſubſcripſit Iacobus Villalpandus in interpretatione. l. 22. titulo primo. part. ſeptima. §. 44. numero octauo. ipſe eorum ſententiam intelligendam fore opinor in his ſpurijs qui non ſunt nati à matre, quæ propter coitum hunc poterunt accuſari, ſi quidem & in ea ſpecie, matri non ſuccedunt, nec accuſandi munus necem ipſius matris competit, ex his quæ congerunt Doctores in. l. nona Tauri, & Bologninus præcitato tractatu tertia parte. articulo tertio. de ſucceſsione tranſuerſalium.

Et quis coitus dicatur damnatus, & punibilis à lege explicat diligenter, & accurate. Didacus à Cornarruuias Archiepiſcopus ſancti Dominici meritiſsimus in epitome de ſponſalibus, ſecunda parte capite octauo. §. quinto. nume. decimo quinto. & nos infra pluribus tractabimus Deniq; in his caſibus in quibus, & filij ſpurij ſuccedunt; in eiſdem agunt, accuſationemque proponunt, ſicuti in ea ſpecie diffiniunt Imol. & Alexan. in pręcitato. §. ſi quis rogatus. legis ex facto. ff. ad Trebellianum.

Ioanna

Ioanna autẽ Auguſta Caroli Cæſaris
mater in.l.9.Tauri expreſsim diffinit, coi-
tũ Damnatũ dici eum, ex quo coeunti fœ
30 minæ mortis pœna à lege ſtatuta immi-
net. Quò fit iure regio, filium à coniugato,
& ſoluta ſuſceptũ matri ſuccedere, quan-
uis ſpurius ſit, tametſi Cæſarum iure ſpu-
rius natus ex damnato coitu matri inte-
ſtatæ non ſuccedat, nec etiam ex teſtamẽ-
to, licèt ſpurius ex coitu nõ damnato ma-
tri non illuſtri ſuccedat pariter cum legi-
timis, authen. ex complexu. C. de incertis
nupt. l. ſi quis illuſtris. C. ad Orficia. & ini-
bi gloſ. Accurſiana expreſsim hoc ipſum
vult. Cui ſimilis eſt, & inibi Ange. in. §. no-
uiſsimè Inſtitu. ad Orficia. Decius ſatis ſi-
gnanter conſi. 311. col. 1. & ante hos Specu.
titu. de ſucceſ. ab inteſt. §. 1. nu. 22.

Quibus ſanè adijciam coitum damna-
tum dici ſi cum vidua virgineve ſtuprum
contingerit ex Ioan. Baptiſ. & Ange. Are.
his in locis quibus, & anteà meminimus
potiſsimũ cùm exterioris legis pœna pu-
niantur. §. 2. Inſtit. de publi. iudi. regia. l. 2.
titu. 19. par. 7. text. optimus in. l. ſi vxor. ff.
de adulter. Quorum ſententiam veritati
fauere exiſtimo, ſi cum vidua virgine ve
infimæ conditionis cõmittatur. l. quæ adul
terium. C. de adulter. Socin. idem profeſ-
ſus conſi. 212. col. 2. volu. 2. Ludo. Gozadin.
conſil. 21. colũ. 2. & huius ſententiæ autho-
res habeo præter hos Bald. conſi. 206. vol.
3. ex nouioribus Aymon Sabilinus conſi.
166. colum. 2. & iſthæc ſententia etiam eo
tendit, vt ſtuprum hoc punibile ſit, ſi cũ
vidua inhoneſta rem habeat. l. ſi vxor. ff.
de adulte. Quod ſi honeſta ſit etiam ſi ſit
infimæ conditionis ſtuprum commiſſum
punibile omnino eſſe ex neotericis præ-
ter alios exiſtimat Stepha. Beltrand. con-
ſil. 158. volu. 3. ex quo id ſequitur, coitum
inter à lege cõiugali liberos, cum lege ali-
qua exteriori non puniatur, non eſſe da-
mnatum ex Bart. in. l. ſi. col. 2. ff. de his qui
bus vt indig.

Hinc etiam deduci videtur coitum in-
ter ſolutam & ſacris inſignitũ ordinibus
cum pœna exteriori nullibi puniatur, fi-
lios ex eo natos matri ſuccedere Matthæ.
Afflict. in conſtitutione Neapolitana. tit.
*Cõtraria au thoris ſnĩa.* 82. colum. ſecunda. à cuius ſententia, ipſe
libenter diſcedo: quippe qui exiſtimem
31 prorſus contrarium. Cùm conſtet, quam
exoſa fuerit canonibus clericorum pro-
les, cùm & coitus hic, adulterinus appelle
tur, glo. verb. adulterinus. in. c. per venera
bilem. qui filij ſint legitimi. cõmuniter ibi
recepta. vbi Abb. num. 32. Hanc copulam
damnatam dici exiſtimat glo. in Pragma.
ſanctione. titu. de cõcubinarijs. §. ipſas ver
bo arcere. Abb. in. c. innotuit. de electione
Nicola. Vbaldenſ. de ſucceſ. ab inteſtat.
quarta ſpecie filiorum. Et argumento op-
timo his deſeruit text. in. c. cùm olim, de
clericis coniugatis. Et conueſtiri poſſet ex
concilio Tolletano. 9. c. 10. quo ſancitum
fuit filium ex coitu clerici, & fœmine libe
re ſeruum effici eccleſiæ cuius & Gratia.
meminit, in. c. cum multe. 15. quæſt. 8. Mar-
cus de Mantua. lib. 8. obſeruationum lega
lium obſeruat. 74. duenas in regu. 345. fall.
12. ex precitato textu. Romanus ſingulari
520. nimis licentioſus adnotauit clericorũ
filios eſſe eccleſiarũ ſeruos, & ad id miris
laudibus illum text. refert; & in errorem
Romanum, lapſum eſſe cõſtat. Quod ſi ip-
ſe verba illius text. accipite ad calcem per
pendiſſet, non ita audaciter plus equo lo-
cutus fuiſſet, cùm tamen illa conſtitutio
de clericorum coniungio natis loquatur,
ſicuti, & Abb. in cap. primo. colum. fin. de *Intellect⁹ nõ*
tregua & pace eam pontificiam ſanctio- *vulgaris.*
nẽm intellexit, & regia. l. in his regnis inſi
gnis. 3. titu. 21. part. 4. & vt obiter agam gl.
in præcitat. cap. cùm multæ. aſſeuerat id
abrogatum eſſe, atq; euanuiſſe per deſue-
tudinem, & hos filios clericorum eccleſiæ
ſeruos non effici, cui ſimilis glo. eſt in cap.
dominus. in verb. repellitur. 56. diſt. cuius
meminit, Abbas num. 15. in cap. cum ſit. de
foro competen. & in præcitato cap. primo 32
de tregua, & pace. & deciſionem prædita-
rum gloſſarum ſequitur Guilielm. Benedi
ctus in cap. reynuntius. in princip. num. 21.
de teſtamen. duenas. in regu. 366. lectorem
tamen admonitum eſſe velim, quoad con
cilium Tolletanum, cuius & paulò anteà
mentionem fecimus, nimis corruptè, ac
deprauatè inſcribitur, nam dum legitur
ſuper innocentia oportet ſcribere ſuper
incontinentia. Cæterum dum Gratiani,
codex habet referens eundem concilium
Tolletanum firmari, legi debet reformari.
Rurſus dum legitur aliena pollutione ma
gis integer ſenſus eſt, ſi legatur, tali pollu
tione quæ omnia ex Speculatore in tra-
ctatu



cta. de cõcilijs. 2. par. titu. 46. adnotanda ſunt,
ac reſtituenda ex ipſo conciliorum codice.

33 Ex hiis conſtat filios ſpurios clerici in ſa-
cris ordinibus conſtituti, tametſi mater ſit ſo
luta à vinculi voto, à legevè cõiugij, matri mi
nime ſuccedere, ex Bermõdo. Choberonio,
in tracta. de cõcubinarijs, pagi. 356. nec exiſti-
mo regia. l. Tauri. 9. id eſſe ſublatum, & inibi
Lopius. nu. 37. potiſsimum, cùm ex mente e-
iuſdem legis conſtet, nihil in ea ſpecie diuerſũ
à iure veteri ſanciri, cum & regia. l. vetus qđ
& nos paulo antea adnotauimus ſenſit, idem
probat. l. 22. titu. 3. libr. 3. ordinamen. quod ſi
filius ſpurius, ex clerico in minoribus conſti-
tuto ſit natus, etiam ſi beneficium eccleſiaſti
*Authoris o- pinio.* cum habeat liberos hos matri ſuccedere, exi-
ſtimamus, tametſi Xuarez in. l. 1. titu. 6. libr. 3.
fori. col. penul. iure regio, & Ceſareo vltro ci
troq; contrarium probare nitatur, Imo. regia
lege filios hos naturales eſſe conſtat. ex Bald.
in. l. parentes. ff. de in ius vocan. & hanc ſentẽ
tiam veritati magis fauere exiſtimat Ioannes
Andr. in regula ſine culpa. col. 8. de regulis iu
ris. libr. 6. Bald. in ca. 1. §. naturales, ſi de feudo
fuerit controuerſia, inter dominũ, & agnatũ
*Bar. in errorem labit.* vaſſa præpoſi. in ca. tanta col. 9. qui filij ſint
legitimi, Nico. de vbaldis. in tracta. de ſucceſ.
ab inteſtato. col. 20. & gl. prægmatice ſanctio
nis præcitata verbo arcere, exiſtimantes oẽs
filium natum ex ſoluto, & ſoluta, tametſi, ſo-
lutus in minoribus ſit conſtitutus beneficiũ-
que obtineat id locum vendicare etſi Bart. in
clerico in minoribus conſtituto, eccleſiaſticũ
beneficium habente contrarium aſſerat in. l.
penult. ff. de concubinis. Ludo. Sardis. in tra-
cta. de legitimatio. 2. parte. §. de legitimat. per
ſubſequens, matrimo. quæſtio. 3. Anto. Roſe
lus. li. 1. legitimatio. col. 4. Ioã. Lop. in. l. 9. Tau
ri nume. 89. idem in ca. per veſtras. 3. notabili.
§. 21. nume. 21. de donatio. inter virum & vxo.
vbi hanc Barto. opinionem falſo tribuit Io-
anni Andr. in dicta regula ſine culpa. atque
ideo ſi conſideremus pontificum ius in vtro-
que foro moribus receptũ regia taurina con-
ſtitutione comprobatum filij hi vere natura-
les ſunt ſicuti etiam conſtat ex his iuris pro-
feſſoribus quos aduerſus Barto. Paulus ante
citauimus.

Rurſus coitus damnatus dicitur qui pu-
34 nitur, aliqua lege exteriori, & humana te-
xtus, in authen. quibus modis naturales effi-
ciantur ſui. §. fina. Barto. in lege finali. colum.
2. ff. de his quibus vt indignis: quin etiam coi
tus cum concubina legitima alterius cum pu
niatur lege exteriori damnatus cenſetur leg.
ſi vxor. §. inter liberos. ff. de adulte. coitus etiã
cum moniali leg. ſi quis non dicam rapere. C.
de epiſcopi & cleri. cap. ſi quis non dicat, de
pœnitent. diſtinctio. prima. itidem inter do-
minam & ſeruum coitus. & pleraque alia hijs
cogerit Ange. in. §. nouiſsime column. finali.
ad orficianum inſtitu. Ioannes Bapti. de ſan-
cto Seuerino, in dicta lege ſi qua illuſtris fol.
2. columna prima, ex quibus pleraque alia ad
dere poſſem hijs, ſed nunquam animo fuit
complexus, aliorum dicta tranſcribere.
Ex quibus, inſigne dubium cenſeri ſolet *De eadẽ re inter ſolutum & cõiugatã*
an & coitus inter ſolutam & coniugatam, dã
natus Cæſarum iure ſit cenſendus, & Paulus
Caſtrenſis non eſſe hunc coitum damnatum
aſſeuerat conſil. 34. nume. 4. volu. 1. Alexand.
conſilio. 139. volum. prim. Socinus ſignanter
conſilio. 148. volum. 1. colum. 2. Aymon con
ſilio. 166. columna prima, tametſi perperam
ea in re dubitauerit Decius conſilio. 311. & cũ
hic coitus aliqua pœna per legem exteriorẽ
minime puniatur, ex lege prima. C. de adul-
terijs. coitus hic nõ cenſetur, punibilis. & nos
paulo ante ad notabimus, quaſi per tranſenã.
ſupra. nume. 30.
Verum enimuero ipſe in contraria ſum ſẽ- 35
tentia quin etiam coitum, inter ſolutam, & cõ
iugatum puniendum eſſe & nemo ſane men-
tis defitebitur ex eo quod maritus vxori in- *Cõtraria authoris opinio*
iuriam irrogat teſte Bald. in dic. l. 1. C. de ad
ulterijs, & hunc coitum regia lege inter dam
natos eſſe numerandum, probat lex. 24. titu.
tertio libro primo, in ordinationibus regijs
& idem recenſet Ioannes Baptiſta in dicta. l.
ſi quia illuſtris fol. 3. columm. 2. quamuis non
deffiteatur, frequentius recipi priorem ſen-
tentiam. Angel. Aretin. in dicto. §. nouiſsime,
column. finali: hanc tamen vltimam veritati
magis fauere exiſtimat: Decius conſilio. 206.
quorum ſententia an conueſtiri poſſet, cum *Thomas.*
hic coitus ſit vere adulterinus, ex dicta. l. 1.
C. de adulterijs, Thomas & Caietanus ſecũ-
da ſecund. quæſtion. 154. articulo octauo, id-
que diffiniri poſſet, ex diffinitione adulterij,
argumentũ aſſumo, cum ſit coitus mentalis,
vel realis per quem alterius torus violatur,
capitul. lex illa. §. adulterium. 36. quæſtione
prima, lege inter ſtuprum. ff. de verborum ſi
gnifi. lege inter. §. primo de adulterijs, Diuus
Thomas. 2. 2. quæſtione. 154. articulo octauo,
gloſſ. in rubrica. C. de adulter. doctores com
B muni

muni conſenſu. in rubrica. de adulterijs, extra.

36 Ex his etiam diffiniri poterit quod & ſemel negotium nobis fuit, natos ex punibili coitu ex coniugata, nempe ex cuius conſortio ac coitu pœnam incidit, mortis ex.l.8.tauri; exiſtimandum eſſe ex punibili coitu natū nec poſſe matri ſuccedere ex teſtamento neque ab inteſtato ex his quæ congerit Boloni. ad Mattheum Aflictum de ſucceſsio. ab inteſtato tertia parte tertio articulo, de ſucceſsio. atq; ideo necem matris dfunctę accuſare nō poſſunt. ex Alexan. & Imol. in dicto. §. ſi quis rogatus. l. ex facto. ff. ad Trebellianum, tametſi pro contraria parte, obſtare videatur Bal. doctrina. in. l. data opera column. 15. num. 114 C. qui accuſare non poſſint, diffiniens adulterij crimen non eſſe capitale, tametſi adulterū & adulteram criminis reos, marito occidere liceat non tamen id neceſsitate cum & eis parcere poſsit, ſicuti diffinitum eſt ex. l. 1. tit. 7. libro quarto, fori exiſtimans marito tradendos fore adulteros, vt pro libito voluntatis faciat, de ſeruis criminis reis gloſſ. in. l. accuſationis. C. quod metus cauſa. cuius meminit, ad id Iaſo. in. l. qui ſeruum. ad finem. ff. de verbo. obligatio. & fortiſsimum hunc rei argumentum pręſtat id quod ex volūtate pendet non exiſtimatur, eſſe ex neceſsitate. l. ſæpe au diui Cæſarem. ff. de offic. præſid. l. non quicquid. ff de iudiciis. Quo fit nō eſſe expreſsim ſancitum coniugem adulteram occidendam fore. tametſi maritus poſsit eam occidere, & adſtipulari videtur, Bald. ſentētia, in. l. prima nume. 23. C. de hæredibus inſtitu. de bannito verba agens, & ex his conſtat donec mater vltimo ſupplicio afficiatur hūc adulterinum, filium poſſe necem matris ſuæ vendicare ſicuti & alius ſpurius ex nouioribus ſe ſuſcripſit Iacobus Villalpandus in interprætatio. l. 22. tit. 1. par. 7. §. 44. nu. 11.

*Coitus punibilis.*

*Adulterorum pœna*

His etiam & illud obuium eſt duos fratres ex eodem patre conceptos, à diuerſis concubinis tempore diſtincto in contubernio retentis, nec iura quidem agnationis nec etiam cognationis habere, atque ideo non cōpetere eis mutuam ſucceſsionem ſpeculato. titulo. de ſucceſsio. ab in teſta. §. primo verſi. quid de natis, numero. 19. Barto. in authenti. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. ſi quis igitur nec interempti fratris necem vendicare nec accuſare poſſe, conſtat, cum & alij qui ſuccedere non poſſunt ſibi inuicem nec defunctorum necem vindicare hoc equidem iure Cæſarum locum habet, at iure regio, ſublatum eſſe conſtat ex regia lege finali. titul. 13. parte. 6. & quæ inibi interpretes non in cōcine tradunt.

## Ex capit. ſequenti.

1 *Minime pacem inire poſſe, tutorem nomine poſthumi, anteaquā in lucem prodeat.*

2 *Qui in vtero ſunt nec ſuper terram eſſe cenſentur, ex Papinio, Seneca Plinio, aliJſque autoribus diffinitur.*

3 *Si ab opidanis ciuibus ſtatuto munipali cautum ſit pro quolibet, Lupo, qui in nemore capietur certa pecuniæ quātitas, danda ſit minime profetibus, qui in vtero lupæ ſunt pecunia debetur, itidem. nu. 4.*

5 *Anima ſola hominem non fit, ſine corporis perfectione, & organizatione.*

6 *Nutricem, matris loco haberi ex Euripide, & Plauto, Homero aliJſque authoribus conſtat itidem. nu. 7. & 9.* 35

8 *Alumnum minime poſſe nutricem inius vocare abſq; venia.*

10 *Munus, accuſandi mortem nutricis alumno necquaquam competere.*

11 *Alumnus & nutrix interſe ſe inuicem non ſuccedunt.*

12 *Nutrices teſtes eſſe idoneas in alumnorum cauſis.*

13 *Monaſterium inire poſſe pacem ſuper nece monachi defuncti cum iura ſanguinis, monachus retineat.*

14 *Teſtamentum prius conditum per monachum, monaſterium reuocare poſſe palam eſt.*

15 *Iniuria monacho illata, monaſterio cenſeri facta, & iniuriarum actione experiri poſſe dubio procul conſtat.*

16 *Patri monachi interfecti compoſitio mortis deberi, ex frequentiori doctorum calculo receptiſsimum eſt.*

17 *In vltimus teſtantium voluntatibus monaſterium loco filij cenſeri, non etiam in cōtractibus.*

18 *Monachum, & ſeruū equiparari, equa lan-*





*cæ æquo que libramine.*

19 *Canonicorum regularium conſanguineis munus, accuſandi mortem canonicorum cōpetere.*

20 *Filium ſuper nece defuncti vindicanda patris Abbati præferri, monaſterio ve.*

21 *Ex iniuria illata adquiſita non cenſetur pœna, ſed precium vindictæ.*

22 *Pecuniam ex compoſitione monachi interfecti, filios ipſos concernere potius quām extraneos hæredes.*

23 *Intra probationis annum, interfecto monacho, conſanguineis ipſius munus vindictæ competere.*

24 *In labem excommunicationis incidere ſi violentas manus in nouitium, ante profeſsionem, iniecerit dubio procul conſtat.*

## Adhuc inquiritur, circa. legem. 22. titulo primo. parti. ſeptima. circa quā ſalebroſæ quoque iuris ſpecies inter tranſactionum ſpineta declarantur.

## Capitul. XLII.

PRESTAT Cum & accuſandi munus & necem defuncti vendicandi ſuis hæredibus competat & his poſthumus, nec dum ſuus eſt lege prima. §. totiens, inibi inter ſuos hæredes futurum erit, & rurſus in. §. ſed etſi ibi ſuus futurus ſit. ff. de ventre in poſſeſsio. mitten. lege poſthumo, ibi qui ſui futuri eſſent, ſi viuo patre nati eſſent. C. de collationib. & inibi expreſsim ad id notat Iaſon & Decius. itidem in lege tertia. C, de poſthumis hęredib. inſtituend. Baldus in lege ſi pater. C. de liberis pręterit. & inibi leg. cum poſthumus. ff. de liberis & poſthumis. admodum ſuffragatur, imperatoria Deciſio, in. §. cum autem inſtitut. de tutellis. vbi diffinitur, vt ſi viuis parentibus naſcerentur, ſui hæredes fierent, nec & his hæres eſſe poteſt donec in lucem prodierit Bal. in lege cum quidam. columna, prima. C. de inſtitution. & ſubſtitutio. & in authentica, ex cauſa. C, de liberis præteritis, nec in poteſtate patris dici poteſt ex lege vltima. ff. de collation. textus ad id omnium celebris in lege vltima; ff. de aſsignatio. liberorum, nec & his vterus ad partem hæreditatis admittitur, donec prodierit in lucem lege vtrum in principio. ff. de rebus dubijs, inibi vt quis hæres nondum ſit, lege antiqui. ff. ſi pars hæreditatis petatur. lege ſi hæres. ff. familię herciſcunde, quam in ea ſpecie expendūt, Baldus & Cynus in præcitata. l. ſi nemo. §. vltimo. ff. de teſtamen. tutel.

*Hæres dici nō pōt donec naſcatur.*

*De eadem re*

Tertiò, & illud initiur, infans dum in vtero eſt non dum pupillus dici poteſt, lege non eſt pupillus. ff. de verborum ſignificat. Quin vterus non ſolum homo non eſt ſed nec animal quoque. ex gloſſ. in lege qui in vtero in prima. ff. de ſtatu hominum. per textū in lege prima. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati. Cui ſentētię, ſe ſuſcripſerunt Empedocles, Herophilus Diogenes. & Stoici. omnes apud Plutarchum, libro quinto, de placitis Philoſophorum, Baldus. poſt hos in dicta lege tertia, & in tractatu ſciſmatis, columna decima, verſiculo amplius ſciendum. & in lege prima columna nona. C. qui admitti Cui, & Iaſon, ſcripſit. in lege quod quis. ff. de condictione indebiti, & in lege ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de legatis primo, & in lege prima columna ſecunda. ff. de condict. cauſa. data & nos aliqua his conijcicmus. ſupra. cap. 26. nu. 8.

*Plutarchus.*

Quartò, ſuffragari videtur cum & infantes qui in vtero ſunt in rerum natura nec vtique cenſentur eſſe ex Cæſarea deciſione, in lege quod in rerum. ff. de legatis primo. & in lege interdum. ff. de verborum obligationib. lege vbicunque in principio. ff. de vētre in poſſeſsio. mittendo, lege ſi pater. ff. de ſolution. lege ſed etſi plures. §. ſi plures. ff. de vulgari. nec aliquo iuris apice pro contraria parte deſeruire videtur textus in lege vel viuo. ff. de ſuis & legitimis. hæredit. & lege qui in vtero, in prima & ſecunda. ff. de ſtatu hominum. diffinientes qui in vtero eſt perinde eſt, ac ſi in rebus humanis eſſet. lege intelligendus. ff. de verborum ſignificationib. vbi

intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe qui
in vtero relictus eſt, gloſſ. & Bartol. in lege
illud.§. vltimo. ff. de bonorum poſſeſsione,
contra tabulas vbi infans qui in vtero eſt ſcri
pto hæredi ad contra tabulādum ædictum
aperit Baldus in.l.ſi pater oppoſitio nona.
C.de inſtitution.& ſubſtitutio.Barto. in lege
venter columna prima, de acquirenda hære-
ditate, & is hæres inſtitui poteſt, lege placet
ff.de liberis & poſthumis, lege vltima cum
alijs. C. de inſtitutione & ſubſtitutio. Gui-
do. Papa conſilio.60. dubia illicita in ter-
tio dubio. & rurſus conſilio. 176. pro diffini-
tione dubio quarto, eique legari poteſt, lege
ſi quis in quartam.§.ſi quis, lege qui filiabus
in principio. & in.§.ſi quis ita.ff.de legatis
primo, & ventri quoque reſtitutio in inte-
grum competit, lege etiam ei.ff.de minori.
cuius ad id miris laudibus expendit Baldus
negans eſſe alibi, in rubrica de in integrum
reſtitutione, ad finem in antiquis, quibus vt
ſatisfaciam poſthumus improprie pro nato
habetur, ſicuti & doctores diffiniunt his in lo
eis quibus & antea meminimus rurſus, & qui
in vtero eſt, tunc domum pro nato cenſeri,
cum de ipſius fauore & iure quæritur, alijs
autem nō prodeſſe antequam naſcatur, lege
quod diximus.ff. de verborum ſignificatio
nib. ac nec ipſi quidem parenti ex lege ſecū
da.§. remittit verſiculo qui autem in ventre
eſt, & inibi Baldus. ff.de excuſatione tuto-
rum.

2 Rurſus & quinto huic ſententiæ robur af-
fert, infantes qui in vtero ſunt, nec ſuper ter
ram eſſe cenſentur, Henricus Boy, in capi-
tulo maiores, extra de baptiſmo, textus ad
id omnium præſtantiſsimus cuius & ipſe nō
meminit, in dicta lege tertia. C. de poſthu-
mis hæredibus inſtituendis, diffiniens eos
tantum primum cadere in terram qui na-
*In terrā ca-* ſcuntur, lege interdum. ff.de verborum ob
*dere pro naſci* ligationib.lege quod in eorum. ff. de lega-
tis primo, & vt obiter agam in terram cade
re pro naſci. apud veteres authores poni-
*Papinius.* tur, ſicuti ex Papinio libro primo. ſyllaba-
rum in Epithalamio ſtellæ, & violentille in-
ſcribitur.

*Tellure cadentem,*
*Excipi forumque ſignum*

Et libro quinto, eiuſdem operis

*In tellure cadentem*
*Aſpexi, atque vntum, genitali carmine*
*foui?*

Ad hunc quoque morem & Seneca me
minit, in libro quem publicum fecit, de mo
ribus, omnes infantes terra nudos excipit, *Seneca.*
& Plinius libro ſeptimo in principio, ho-
minem tantum, nudum, & in nuda homo,
natali die abijcit, ad vagitus &c. Cuius e- *Plinius.*
tiam meminit Pollicianus Miſcellaneorū ca
pitulo. 89. quo in loco lectorem admonitū
eſſe velim inibi, Marcianus corrupte cita-
tur, Marcelli loco, cuius rei meminit Diuus
Auguſtinus libro quarto de ciuitate Dei.ca
pitulo vndecimo dicens, ipſe opem ferat naſ
centibus, excipientes eos ſinu terræ: Varro.
libro ſecundo, de vita patrum. & feſtus, & *Auguſtinus.*
Macrobius libro primo, ſaturnalium capitu
lo decimo. & Papinius, libro ſecundo, ſylua
rum in genethliaco Lucani.

*Natum protinus, atque humum per ipſam.*
*Primo murmure, dulce vagientem,*
*Blando calliope ſinu recepit.*

Et Macrobius eo libro Saturnalium ca-
pitulo duodecimo. tradit ex Cornelij labeo
nis ſententia maiam deam terram eſſe, &
Alciatus tametſi ſelectiſsimus in his indaga
tor, antiquitatibus fuerit. in lege hominis.
ff.de verborum ſigni.horum tamen non me
minit.

Sexto, & illud ſuffragatur, Baldi ſenten-
tia in dicta lege qui in vtero.ff.de ſtatuta ho 3
minum. & in lege vltima. C. de liberali cau
ſa diffiniens ſi præmium pro quolibet Lu-
po, qui in certo nemore capietur, decretum
fuerit, ab opidanis ciuibibus: ſicuti, & paſ-
ſim fieri ſolet, minime pro fetibus qui in v-
tero Lupæ exiſtunt præmium debetur, ex
noſtris hanc ſententiam adſtipulatur, Ioan
nes Andreas in capitulo ſicut, columna ſe-
cunda. & inibi Felinus de homicidio. Imo
la & Alexander, in lege lege falcidia.placuit
ff ad legem falcidiam. Angelus Aretinus in
§.cum autem inſtituta de tutellis, Alciatus
nec admodum grauatus his acedit in lege
quod dicitur. ff. de verborum ſignificatio-
ne.

Septimò, iſthæc ſententia ſtabiliri poſ-
ſet, ſi ex ſtatuto vectigal imponatur, pro 4
quolibet animali nihil eſſe ſoluendum, ex *De eadem re*
eo quod in vtero eſt, Baldus in lege vltima.
ad finem. C. de liberali cauſa. Angelus &
Alexander & neotericorum. maior pars in
præcitata, lege in lege falcidia placuit. Pla-
tea in



tea in.§.cum autem quem legit. cum.§.per-
miſſum eſt inſtituta de tutellis columna pri-
ma, Alciatus in præcitata lege non eſt pu-
pillus, & ante hos ſignanter Bartachinus fir
mianus, in tractatu de gabellis.in.5.queſtio-
ne octaua, partis principalis. Baldus in dicta
lege cum inter. C. de fideicommiſſar. liber-
ta. exiſtimans in vtero exiſtentes nec vtique
repræſarias debere, & vt obiter agam repræ
ſalias ſi Alciato fides adhibenda eſt, in lege
prouinciales.ff. de verborum ſignificatione.
veteres clarigationem vocabant. itidem in
*Plinius.* Epiſtola liminarij. C. ad lectores, idem exi-
ſtimat, mihi tamen in ea ſpecie lōge alia mēs
eſt & ratio ex liuio ab vrbe condita libro o-
ctauo. clarigationem aliud eſſe exiſtimat;
& Plinius libro vigeſimoſecundo capite pri-
mo, & Alexander ab Alexandro libro genia
*Petrus crini.* li.quinto capite tertio. Petrus Crinitus libro
quem prodit, de honeſtat. diſciplina octaua.
capitulo tertio, & ex nouioribus Budeus in
adnotatione poſterio. Pandecta. in lege aut
facta.§.euentus.ff. de pœnis, quo in loco e-
tiam id genus, præhenſionis dici apud græ-
cos Androleſiam, vel etiam androleſium, au
thoritate Demoſthenis aduerſus pollucem
tradit & latine pignoratio vocetur ex Gre-
gorio decimo, in capitulo primo de iniurijs li
bro ſexto. ſi pignorationes, quas vulgaris lo
cutio repræſalias nominat &c. quam locu-
tionem noſtræ claſsis viri ſequi malunt, &
i i quidem perperam ſicuti ex linguæ latinę
limatis authoribus damnatum fuerit.

Octauo, & huic ſententiæ ſuffragatur, qui
*De eadem re* in vtero eſt nondum homo eſt, ex Baldo.in
dicta lege ſi pater & in lege ſecunda in prin-
cipio.C.de poſthumis hæredib. inſtitu. tam-
etſi inquit, habet animam rationalem in fu-
ſam nihilobſecius ſola anima non facit, ho-
minem ſine corporis perfectione, & organi-
zatione ex Ioanne Andrea, in capitulo ſi-
cut ex litterarum columna ſecunda de homi
cid. & nos in ea ſpecie aliquot tradidimus.ca
pitulo.26.numero octauo, pagina.243.colum
5 na prima ad finem. Cum & his ex conſilio
neo ceſarienſe capitulo ſexto, & capitul. 54.
capitulorum grecorum ſynodorum à Mar-
tino Braccarenſi. epiſcopo collectorum ba-
ptizari nec debet, nec poteſt qui in vtero eſt.
gloſſ. in capitulo ſi ad matris, de conſecratio
ne diſtinctione tertia.textus.in capitulo qui
maternis. & inibi archidiacon. eadem diſtin-
ctione Angelus à Clauaſio in verbo baptiſ-
mus in principio Alexander. Alenſis, ſcho-
laſticorum facile princeps theologorum. in
quarta parte ſūmæ quæſtione decimaſeptia,
membro ſecundo. Ricardus & Bonauentu-
ra in quarta ſententiarum diſtinctione ſexta
ille articulo ſecundo. quæſtione prima. hic ar
ticulo primo quæſtione prima, primæ partis
quo in loco interpretum frequentior pars ſe
quuntur. Dominic. archidiaco. in capitulo ba
ptizari, de conſecratione diſtinctione quinta
quibus ipſe animum induco meum in vte-
ro exiſtens nec eius tutor non poſſunt pa- *Ricardus*
cem facere cum interfectoribus patris huius
poſthumi ex Baldus & Cino in dicta lege ſe-
cunda.§.vltimo. ff. de teſtament. tutella, & Ia
ſone qui expræſsim id adnotat in lege pa-
ctum curatoris ad finem. C. de pactis, & ſi in
ea ſpecie longior fui, quam quorundam for-
taſsis ſtomachus ferat veniā hoc nomine pre
cor ſi prolixiori ſtilo nonnulla proſequi vi-
dear, ſed cum iſta totiens in ſcholis ventillet,
& per multos ſæpe dies diſputentur opere
præcium me facturum duxi, ſi paulo diligen
tius enarrarem, nec ob prolixitatem negligē
da puto, ſi vtilitas īde aliqua & dilucidus ſen
ſus hauriri poſsit.

Reliquum eſt, ne ab inſtituto & recto de
uiemus ordine pro vt ad rem ꝗ qua queritur,
pertinet & illud extricare cum aliquantulum
pluris difficultatis habeat, & in obſcuro huc
vſque fuiſſe videtur, an & hoc ius competat,
ineundi pacem, alumnis, & prima fronte cō-
petere cōſtat cum alumnos nutrices proprijs
vberibus educant, & nutrix ſit, veluti altera
mater ſicuti ex Euripidis ſententia conſtat a
pud Stobæum ſermone.76.

*Ipſa educatio, inter homines frequenter,*
*Maiorem vim amoris excitat, quam ipſa ge-* *Plato.*
*neratio prolis.*

Et rurſus ex eodem Euripide.

*Fortaſsis ad vlnas & pectus meum*
*Saltitans luſitabit, & baſiorum frequentia*
*Cor meum ſibi conciliabit, Hinc enim inter*
*mortales.*
*Maxima vis amoris eſt. Plurimum pollent ò*
*Pater huiuſmodi conuerſationes.*

Et id conſtitutiſsimum eſt, quod nutrix
ſit veluti altera mater, vti conſtat ex Plauto
in prologo mecnegni.

*Adeo forma ſimili pueri, vt mater ſua*
*Non inter noſſe poſſet, quæ mammam dabat:*

*Neq; adeo mater ipſa, quæ eos perperat.*

Et apud Homerum libro.18.Odiſſeæ Euri
7 mone nutrix Penelopes ipſam filiam Penelo
pem appellat,& rurſus libro.23.Odiſſeæ, qui
bus conuenit, vis ſignificationis verborum.
ſcientiſsimus & linguæ latinæ, bene meritus
Nonius Marcellus.matrem pro nutrice ſæpe
numero accipi tradit, & Alciatus. in lege vl-
tima. verbo matris.C.de in ius vocando. qui
bus admodum eſt Virgilij locus conuenit de
Lupa verba agēs,quæ remi & Romuli nutrix
fuit.

*Virgili. car.*

*Stirpis ab Aſcanio,pugnataq; in ordine bella,*
*Fecerat,& viridi fœtam. Mauortis in antro.*
*Procubuiße lupam, geminoſq; hinc vbera circum*
*Ludere pendentes pueros,& lambere matrem.*

Et rurſus Virgilius libr.6.Aeneidos alumnus
pro filio vſurpatur.

*Nec non & Tytiom terræ omnipotentis alūnū.*

Et inibi ſeruius ſcribit. Tytion filium ter-
ræ fuiſſe & ſecundum aliquos à terra eſſe nu
tritum, quo fit Virgilium verbum alumni e-
ligiſſe, quo vtrumque ſignificaret. & his con
uenit textus. in lege ſi minor cum alijs. ff. de
manumiſſ. vindict. vbi diffinitum extat mi-
norem viginti annorum, qui manumittere
ſeruum non poteſt nihilobſetius poterit nu-
tricem & alumnum ſicuti patrem & matrem
filiam ſororemque, & eſt textus,in.§. eūdem
lege verſiculo iuſte autem inſtitu. qui manu
mittere non licet. Quo in loco & Angelus
Aretinus in ea eſt ſententia, alijs ſanguine cō
iunctis alumnum equiparari, atque alumnū
*angeli error,* eſſe de familia aſſeuerat Angelus. ex textu.
ad id omnium præſtantiſsimo,in le.ſancimus
C.de nuptijs. in quo lectorem admonitū eſſe
velim Angelus in illius text.allegatione in er
rorem lapſum eſſe cum etſi duæ ſint leges e-
iuſdem initij in eo.tit.nullibi tamen id proba
tur.tamē eſt tex.in.l.ſi quis alūnam eo titu.

Cæterum & illud obuium eſt,quod & Al
8 ciatus in dicta.l.vltima.C.de in ius vocando.
alumnum non poſſe vocari in ius nutricem,
abſq; venia tex.in.l.1.ff.de obſeq.aliber.& li.
præſtandis.vbi hæc ſcribuntur verba,in.§. vl
timo.eiuſdem legis.in dignus militia iudicā-
dus eſt, qui patrem & matrem,à quibus ſe e-
ducatū dixerit,maleficos appellauerit, cum
& nomine patris & matris,educatorem inibi
intelligendum eſſe exiſtimat Alciat. & amo-
rem nutricum,naturalium parentum amorē
vincere & ex Papinio libro.2,ſyluarum in e-
picedio inglautiam, multis carminibus pro-
ſequuntur.

*Fac mihi ſanctorum venia, dixiſſe parentum*
*Tu que oro natura ſignas,cui prima per orbem*
*Iura animis ſociare datum,non omnia ſanguis*
*Proximus,aut ſerie generis de-miſſa propago.*
*Alligat interius noua ſæpe accitaque ſerpunt*
*Pignora conexis,natos genuiſſe necesse. eſt.*

Et rurſus inquit.

*Nec ſenior pelleus natum comitatus in arma*
*Troica,ſed caro ſenix crebat alumno.*

Et non ſemel lex facit ſimilem matri alum
num,vt ex.l.1.§.conſequens.ff.de ſuſpectis tu 9
to.nec alūnus poteſt,eum a quo educatus eſt
accuſare ex ceſarea deciſiōe in.l.iniquum. C.
de his qui accuſare non poſſ. & quandoque
teſtatrix alumnum filio fratris ante ponit, vt
in.l.vxorem.§.Seium.ff.de legat.3.l. alumno
ff.de alimentis legatis.l.Stichus in principio.
eod.titu.l.quedam cum filium.ff.de verborū
obligat.l.à filia.§.1.ff.ad trebel.ex quibus ple
raque in alumnos conſtat,& in.l.qui habebat
§.peto.de legat.3.l.is verbis.§.alumno. eodē
titulo.l.liberto.§.largius.l.codicilis.§.ſtico.ff.
de annuis legat.l.qui vxori. §.idem teſtator.
ff.de auro.& argēto legato.l.penultimo.§. vl
timo.ff.de probatio.& pater non pōt remitti
quin filia nubat filio eius qui eam educauit.l.
patrem.C.de nuptijs.& ex minus ſolenni vo
luntate teſtantium alumnis legata debentur.
l.in teſtamento.ff.de fideicommiſſa.libertati-
bus& inter alia educatores poſſunt petere tu
tores dari ex.l.ſi minores quæ eſt.2.ff.quę pe
tant tutores, & his alia pleraque congerere 10
poſſem,quæ iuſtum profecto tractatum exi
gerent:ipſe tamen in contraria ſum ſenten-
tia & exiſtimo non poſſe pacem alumnum
inire. quam rem ego diligentius explicādam
aſſumpſi cum in nonnullis interprætres no-
ſtros deliraſſe dignouerim.& primo nutrito-
tores & nutrices patres non eſſe tametſi vicē
parentum obtineant, vti conſtitutiſsimū eſt
ex.l.ſi quis alumnā præcitata vbi inquit nec
enim homo ſic impius inuenitur,vt quam ab
initio loco filiæ habuit &c. quæ verba perpē
ſa imperatori à deciſione non veritatem, ſed
fictionem ac improprietatem denotant, ex
Bald.in proemio.ff.colū.vltima. in principio
& ex linguæ latinæ authoribus Seruius aper *Seruius.*
ta fronte oſtendit, enarrans illud Virgili. car-
men præcitatum.

Secundò, & illud huic rei maximo iuris a-
pice



pice deſeruire videtur, cum hij inuicem non
ſuſcedant,ex lege nutritoribus.C.communia
de ſucceſsio.quo in loco Baldus & Bartolus,
idem exiſtimant itidem Baldus in lege cum
in eo ad finem.ff.de pactis,& in lege ſi quis fi
11 lio.§.eius qui.ff.de iniuſto teſtamento. text.
ad id omnium optimus in capitulo tranſmiſ
ſæ qui filij ſint legitimi. ex quo Abbas nomi
natim notabile primo.exiſtimat nutritorem
*Educatus nō tenetur legitimā relinquere educatori.*
minime teneri alumnum inſtituere vt filium
nec verſa vice,educatus legitimam relinque-
re educatori. ex lege ſanamus inibi omnia q̄
habuerint.C.de infantibus expoſitis. & inibi
Bald.expræſsim, id adnotat.

Poſtremo & verbo non amplius adam nu
trices teſtes eſſe idoneos, in alumnorum cau-
ſis, ex Bald.in lege parentes,columna ſecun-
da, & inibi Salicetus.C.de teſtibus. Bartolus
in lege de tutella poſt principium.C.de in in
tegrum reſtitutione. & huius ſententiæ au-
thores habeo. Albertus male ta.in eo tracta.
12 quem prodit de teſtibus,in prima parte pri-
mæ partis,columna octaua verſiculo vlteri⁹
dubitatur. Lanfrancus ab oriano . in capitu.
quoniam contra de probatio.in materia te-
ſtium in cauſæ filiorum.& in ea ſpetie nec ha
bere locum in alumno ſenatum conſultum
Sillanianum probat textus.in lege prima.§.
domini appellatione filius familias . ff. ad ſe-
natus conſult.Sillania.& inibi Barto.& Bald.
exiſtimant tametſi caſtrum patris liberis pro
ſit etiam emancipatis, nec vtique tamen alū-
nis quibus exiſtimo munus accuſandi alum-
nis nequaquā competere.

His quæ proxime diſcuſsimus accedit &
illud ſatis practicis obuium, ad interprætatio
13 nem, legis regiæ.22.titulo primo.part.7. quæ
de tranſactione delictorum agit, an & mona
ſterium pro monacho interfecto pacem inire
poſsit atque pecunia ex tranſactiōe facta Ab
bati, ac monaſterio ſoluenda ſit, & ſunt qui
exiſtimant,hoc loco filij cēſeatur, ex his quæ
adnotant doctores communi conſenſu in ca.
in præſentia de probatio.& in authen.ingreſ
ſi.C.de Sacro ſanctis.eccleſiis.gloſſ.in .l. ſi ita
quis promiſerit.§.ea lege verbo intereſt.ff.de
verbo.obligat.vbi diffinitur, prohibitus alie-
nare emphyteoſim poteſt vtique in mona-
ſterium alienare cum loco ſuorum habeatur,
ex text.in.§.ſed & hoc præſenti in authenti.
de ſanctiſsimis epiſcopis collation.9.vnde de
prompta eſt authen.niſi rogati.C.ad Trebel.
ſpeculator,in titu.locato.§.nunc aliqua verſ.
153.vbi ſcribit quod ſi quis pro ſe & ſuis filijs
feudum acceperit,atque deinde monaſteriū,
ingrediatur in monaſteriū feudum trāſire, de
quo tamen quia non eſt preſentis ſpeculatio
nis videto Ino.& Abb.et neotericos in præ-
citato.ca.in præſentia,& vt obiter agam glo.
in dicto.§.ea lege exiſtimat, etiam in re certa
monaſterium loco filij haberi cuius meminit
per ſingulari,miris laudibus Petrus a ichar.
conſilio.420.quidam Antonius colum.3.ver-
ſiculo.hoc præmiſſo & Bald.in capitu.penul
timo columna prima, extra de præſcriptio.is
idem in capitu.cum in magiſtrum de electio-
ne.§.& conueſtiri poſtet,cum & monachi iu
ra ſanguinis retineāt ex lupo allegatione.109
in quæſtion.propoſita Abb.in cap.quia nos
de teſtament.itidem in cap.2.ad finem.de po
ſtulando,atq; etiam ſuitatis iura.ex.l.deo no
bis.§.hoc etiam,& inibi Bald.colum. vltima.
C.de epiſcop.& de Bald.in.l. cum in adopti-
uis.C.de adoptio.Barto.in authen.ſi qua mu
lier.colum.2.verſiculo cum autem minuatur.
C.de ſacro ſanct.eccleſ.Bald. & Angel.in ca.
nepotes.ff.de his qui ſunt ſui vel alienis iuris
Paulus Caſtrenſ.conſilio.203. colum. vltima.
volum.1.Roma.ſingulari.37.Iaſon.in.l.qui ſe
patris.columm.3.C.vnde liberi plerosq; alios
congerens itidem in.l.Gallus.§.ſic ius colum
na.3.de liberis & poſthum.& in.l.parte furio-
ſo.colū.penul.ff.de his qui ſunt,ſui vel alien.
iuris,atq; ideo monaſterio ius vendicādi mor
tem monachi interfecti competere, cum etiā
competat retractus ius ex benedicto. in cap.
Reynuntius verbo et vxorem nomine ada-
laſiam.nume.220. Caſſane . in conſuetudini.
Burgund.titul de retracta.lignagie.§.1.&.§.25
id quidem iure cōmuni,conſuetudine tamen
Galliæ lōge receptū eſt ſicuti inibi diffinunt.

Cæterū huic rei fortiſsimum argumētum 14
præſtat authen.ſi qua mulier,& inibi gloſ.Pe
trus & Cynus & Caſtren.C.de ſacro.ſanc. ec
cleſ.diffinientes monaſteriū teſtamentū reuo
care poſſe prius conditū Freder.Senenſis cō-
ſil.165.referunt in dubiū Rom.cōſil.237.oppo
ſitionem hanc Imol.in ca.in præſentia, & ini-
bi nouiores & in.l.i.col.6.ff.de teſtamen. qui
bus nec admodū grauatus accedit Benedi.ca
pra cōſil.147. in noīe domini,quin & Bald.in
l.filius à patre.§.1.& inibi Imol.ff.de hære.in
ſtit.monaſteriū loco poſthu.cēſeri exiſtimat. 15

Poſtremo huic rei accedit, iniuria mona-
cho facta monaſterio cenſeri facta,eoq; noīe
iniuriarū actione experire poſſunt ex .c.cum

deſideres.§.fi.de ſentẽ.excõ. quo fit pecunia
monachi interfecti ex tranſactione facta Ab
bati ſoluenda eſt non tamẽ eius patri.& in ea
ſpecie ita reſpõdit Decius.nu.57.in præcitato
c.in præſencia.& Rom.cõſi,450.quæ cõis eſt
ex Alciat.in.l.4.§.cato.ff.de verb.obli. cuius
ſñiæ & nos meminimus ſupra de iniurijs tra-
ctãtes.c.6.nu.18.& his adſtipulatur,gl. ĩ ſi ex
cauſa.§.Põpon.ff.de mino.aſſeuerans p̱ mo-
nachatũ filiũ liberari,à ſacris patris poteſtate

Et ſi multiplex tractatus exponatur ma-
gnis præconijs ab oĩbus docto.in quo plura
extant docto.reſponſa cuius doctrinã,& an-
tiqui patres & neuterici adeo inuoluerunt,vt
16 nulla fere eorum ſñia ſibi cõſtet. & ex his q̃
dubia ſunt nihil verũ teneri, nec falſũ euerti

*Patri debetur pecunia ex cõpoſitio monachi interfecti.*

põt;ſed ego in ea ſpecie veriorẽ credo partẽ
contrariã,& rem ſubtilius inueſtigãdo exiſti
mo monaſterio, nec abbati hoc munus ne-
quaquã cõpetere ſed patri monachi interfe-
cti.atq; ideo pecunia ex cõpoſitióne mona-
chi interfecti patri deberi,& hanc eſſe cõiorẽ
ſñiam & veritati magis fauere exiſtimat Boe.
deciſio.121.nu.9.Frede.cõſi.34.Ang.in.l.1.§.i-
tem aud.de iniur.Abb.& glo.& Feli.in.c.par
rochianus.quẽadmodũ dñs pro iniuria ſerui
illata,ita abbas agere poſſet.c.cũ deſideras p̃-
citato.c.dilecti de purgatio.vulga.& in.c. cõ
tingit,& inibi Abb.& Feli.col.3.verſi. gl.1.de
ſentẽ.excõ.& hanc iniuriã,monacho illatam
poſſet Abbas remittere.Bal.in.l.p̃ſens ad fin.
C.de tranſac.Alex.in.l.pactũ curatoris, verſ.
quid de offenſa illata monacho.de pact.quo
fit monachus agere nõ põt.niſi dũ eſt in ſtatu
to de Abbatis.licẽtia & Ab. ab eo loco.eſſet
abſens,argu.tex.in.l.ſi lõgius.§. filiusfamil.&
inibi glo.& doc.de iud.Abb.cõſi.88.vol.1. ca
pella Tholoſ.q.88.Feli.c.cũ dilecta.col.21. de
reſcrip.Boer.nu.10.eo.in loco cuius & antea
meminimus.ſed ne videar huius. q.nodũ, o-
nerare materia nõ vndiq; verũ eſt,monaſteriũ
loco filij haberi inter quos & Bar.cõſtãter ne
gat,monaſteriũ vllo caſu haberi p̱ filio, is in
quã in authẽ.ſi qua mulier & in præcitata au-
then.niſi rogati.C.ad Trebel.poſt Ricardum
malũ,& inibi interpretũ maior pars idẽ Bar.
in.l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de legat.2.Roma.in.l.
ſtipulatio,hoc modo cõcepta.ff.de ver.obli.
& Calcane⁹ cõſi.7. & rurſus cõſil.21.colũ.4.
Barba.cõſi.13.clementiſsimi.col.7.lib.1.Anto
nius in.d.c.in præſentia col.13.& nullibi pro-
batur,monaſteriũ loco filij cenſeri,tãetſi cõi-
ter citetur.l.pro ea ſententia,in.d.c.in præſen
cia,quod ſi docto.illius tex.verba perpendiſ-
ſent,non vtiq; ad id citarent,cum quod inibi
ſcribitur,no eſt dictũ à Papa ſtatuẽte, ſed par
te allegante,vt nouiores omnes ibi adnota-
runt, & ante hos ſignanter Ang.cõſil.80. hæc
quæſtio ſubtilis eſt col.2.quo fit ius non face
re ex Ioan.Andr.in.c. dilecto.colũ.2.extra de
præbendis.

Cæterum &.2.præter docto.ille tex. nullo
iuris apice pro cõtraria parte deſeruire vide-
tur,cũ inibi nec nutu,nec verbis tex.dicat. lo
co filij monaſteriũ cenſeri,ſed tantũ hæredis,
in quo multũ diuerſum eſt hæredis nomine
cenſeri filij vè,quod & Bar.in dic. authẽ. niſi
rogati precitata adnotauit.

*Reſponſio ad cõtraria.*

Rurſus etſi ingenue fateamur doct. ſñiam
monaſteriũ loco filij cenſeri,id procedere in 17
vltimis tãtũ volũtatibus,in quibus,& iura ad
id allegata loquũtur,non etiã in cõtractibus
ex ſpeculo ſibi cõtrarij in titu.đ locato.§. nũc
aliqua verſ.120.cuius ad id meminit Bal.in.l.
filiũ diffinimus.ff.de his q̱ ſunt ſui vel alie. iu.
Salice.in præcita.authẽ.niſi rogati vbi Ricar.
id tenuiſſe aſſeuerat Iaſ.ex nouiorib⁹.in.l.pa-
ctũ inter hæredẽ col.1.verſ.4.ff.de pac.is idẽ
in.l.q̃ delegato.co.3.ff.de legat.1. Anto.in.d.
c.in pręſentia.col.7.Ang.cõſi.235.& id quidẽ
in caſibus tantũ exprẹſsis monaſteriũ loco fi
lij cenſeri,ĩn vltimis volũta.ex Fulgo.cõſi.53.
quoniã ſuperius.Abb.col.5.in.d.c.in præſen
tia.Bal.in p̃terita authẽ.ſi qua mulier.3.nota.
& in.l.filiũ eum diffinimus,cuius & paulo an
tea meminimus.Verũ quoq; ſit in diſenſu, eã
p̃ferri opinionẽ,q̃ veritati fauet,in qua vtriq;
maxĩe noĩs alteri ab alteris diſſentiũt, nemo
ergo in me acerbe ferat,ſi eã ſim opinionẽ ſe
quut⁹,cui rationũ põdus aſsſtit,qđ ſi ex litera
rũ cætu quiſpiã ſit,q̱ mea huiuſcemodi cõuel
lere,p̱babilioraq; afferre cõtenderit,ei(ſi mõ
qđ tẽtat p̃ſtiterit)aſſentiri,& q̱ meus in verita
tẽ amor eſt,à noſtris huiuſmedi diſcedere pa-
tus ſum dum tñ ſciam eã rem nõ verbis vẽto
ſis,ſed vrgentiſsimis rõnibus eſſe peragendã.

Ex quo aliqua cõijcienda ſunt huic cõiori
ſñiæ maxĩe neceſſaria,& prĩo monacho offẽ
ſo,eidẽ mun⁹ accuſaudi vel agẽdi nõ cõpete-
re cũ p̱ mortuo habeatur.c.placuit.16. q.1.c.
in p̃ſentia p̃citato,quo fit accuſandi mun⁹ mi
nime cõpetere ex abb.& pleriſq; alijs in.c. cũ
dilecta de reſcriptis.& inibi Feli.verſicul.mo-
nachus.

*Monachus et ſeruus equiparantur.*

18 Et his ſuffragatur,vulgatũ iuris adagium,
qđ habet monachum & ſeruum, æquiparari
l.deo



l.deo nobis.§.1.C. de epiſ.& cle.at ſeru⁹ in iu
dicio eſſe nõ poteſt.l.quod attinet.ff.de regu.
iuris.l.ſeruus.C.de iudi.& in authenti.cauſa,
quæ fit cum monacho.C.de epiſcoſiis & cle
ricis, ergo nec monachis,hoc ius competit,
quo fit conſanguineis monachorum,hoc ius
competere ineundi pacem, ac tranſactionẽ,
& in ea ſpecie ita reſpondit Iacobus Villal-
pandus in.2.parte repetitionis.l.22.tit.1.part.
7.§.32.n.1.ad finẽ,nee aliquo iuris apice deſer
uire,videtur illud monachũ haberi pro mor-
tuo,nihil obſetius per monachatum agnatio
nis ius non amittitur,ex Bart.in.§.nullam, &
inibi glo.in.§.huius in authẽ. de ſanctiſsimis
epiſcopis collatio.9.Bal.n.6.in.l 3. C.de hære
di,inſtituẽ.& eſt tex.ad id ſingularis in.l.deo
nobis.C.de epiſco.& cleri.& quæ ibi nouio-
res adnotant.

19 Ex quo & illud obuiũ eſt cõſanguineis ca-
nonicorum regulariũ hoc munus accuſandi
competere,ac pacem ineundę, cum & mona
chorum appellatione hij veniãt. c. ex parte
de poſtula.& Iaſſon in authen.ingreſsi.C.de
ſacro ſan.eccleſ.Ioã.Lopius in rubrica de do-
natio. inter.§. 16.nu.4.

Verum enim vero propoſitę quęſtioni,a-
20 qua digreſsi ſumus,& illa proxima eſt, quę nõ
infrequenter in ijs regnis pertractari ſolet,an
ſi pater,& abbas,& monaſterium,ſimul con
currant in accuſatione mortis,monachi oc-
ciſsi quis eorũ præferatur dubium eſt, an &
ambo ſimul admittantur, & quid verſa vice
ſi pater monachi occiſſus fuerit, quis præfe-
rendus eſt in nece deffiniti vendicanda,an ſi
lius,vel abbas pro ſuo intereſſe, & ſunt qui
exiſtiment filium præferendum eſſe abbati,
cum & is verus ſit hæres eccleſia monaſteriũ
vè iuriſfictione tantum. Quam ſentẽtiam ad
ſtipulatur Fredericus Senẽſis con.174.pro cu
ius ſententia,& illud coadiuuãt cũ hæredum
appellatione in dubio filius veniat.c 1.§. pro
fecto ille de lege Corrad.in vſibus feudo.i.ex
facto.§.vlti ff.ad trebel.c.1.de ſucceſsione feu
di ergo.

Secũdò,huic ſentẽtiæ ad ſtipulatur,quod

*De eadem re*

quis conſequitur,ex iniuria ſibi illata nõ cẽ-
21 ſetur pœna,ſed preciũ vindicte. l. item apud
labeonẽ.§.ſi quis ſeruo.ff.đ iniuriis. monaſte
rio ſanguinis vindicta nõ competit,ex ijs quę
notãt.dd.ĩ.c.ſentẽtiã ſanguinis, ne clerici,vel
monachi, vnde & illud ſequitur filium præ
ferendum eſſe.

Tertiò,pro hac aſtruenda ſententia vbi le
gis verba ſunt dubia,& ęquiuoca naturaliter
in dubio non tamen ciuiliter ſunt intelligẽda
l.ſi quis ita.§.is cui in tẽpus liberorũ. ff. dele-
ga.2.at monaſteriũ iure ciuili ſuccedit mona
cho.l.deo nobis de epiſc.& cleri. §. hoc præ-
ſenti in authẽ de ſanctiſsimis epiſcopis,colla
tio.9.authẽ.ingreſsi de ſacr.ſan.eccleſ. fili⁹ ta
men naturaliter ſuccedit patri.l.cũ ratio . C.
de bonis damnato.ergo.

Et hanc ſententiã ad ſtipulatur Antonius
Butricẽſis in.c.in preſentia de probatio,ſicu-
ti refert Felinus col.6. inibi verſiculo, & per
iſtam gl.Franciſ.de Aret.colũ.14.poſt princi-
pium verſiculo.3.ponit hic lectorem tamen
admonitum eſſe velim. Antonium Butricẽ-
ſem inibi corrupte allegaſſe.

Ex quo aliqua coniicienda ſunt,huic rei
maximè neceſſaria pecuniã, ex cõpoſitione 22
monachi interfecti potius,concernere filios
quam hæredes extraneos,ex.l.quæſitũ.ff.de
ſepulchro violato,cum & hoc ſit preciũ ſan-
guinis & vindicte quod lucrum monaſterio
non uidetur eſſe honeſtum,ex glo.quæ argu
mento optimo deſeruit in.c.fraternitatis.12.
quæſtio.2.eo maxime cũ iniuria defuncti mi
nimè hæredem extraneũ reſpiciat.l.1.verſicu
lo & ſi forte,& verſiculo quotiens. ff.de iniu
riis,& inibi Andreas Barbatius,col.61. verſi-
culo item referunt hic ſcribentes,ex tex.in.c.
2.de pœnis.Petrus Ancharr.in.c.1.charta.44
verſiculo procedo vlterius de cõſtitutio.Pau
lus Pariſius,folio.15.col.1.verſiculo circa quæ
ſtionem in præcitato.c.in preſentia, quod ſi
nõ extarent filij ex monacho interfecto,tũc
quidem bona interſicientis applicantur mo
naſterio,atq; ideo pacem exigendam eſſe à
filiis,non tamen à monaſterio, ex Franciſco
Aretino in.l.pro hęrede.§.finali,notab.2.ver
ſiculo per hæc iura conſuluit Fredericus. ff.
de acqui.hæreditate, & id etiam competere
filiis.ex Bartol.in.l.filius qui patri,vltim.quę
ſtione de acquirend hæredita.quia ius vendi-
candi iure communi, ita fœminis competit,
ſicuti maſculis.l. ſororem de his quibus, vt
indignis.l.fœmina.C.ad Turpilianum,Ludo
uicus Roman in.l.4.§.cato,& inibi expreſsim
Barb.& Andreas Alciat.n.194.ad finẽ,vſq; đ
verbo obli.Roma.& Alex.in.d.l.pro hærede
§.fina.de acq.hęred.qui omnes expreſsim id
adnotãt,& alias negotiũ nobis fuit,& nos ple
niori trademus manu infra.c.46.
Et vt obiter agã monacho interfecto añ p̱feſ
ſionẽ ius vẽdicãdi cõpetere cõſãguineis ipſi⁹

 potiſsimũ

potiſsimũ cũ quis ante profeſsionẽ minimè dicatur religionẽ ingredi,ex Bar.in authent. ſi qua mulier,col.vltima.C.de ſacr.ſan.eccle. Alex.col.vlti.in.l.in,ſuſtitutione.ff.de vulga.
23 &pupillar.Barba.in clemen.prima,column. ſeptima de electio,itidem conſili.38.difficile, column.5.volum.nec monachus,isdicitur ante profeſsionem, ex gloſſ.paſsim;recepta in capit.primo in verbo deducenda de religioſis domi.& eſt tex.ad id omnium præſtantiſſimus in capit.ad apoſtolicam , inibi & vere monachus eſt cenſendus, eodem titulo.c. ſi ſeruis ſciente, & inibi expreſsim adnotat Dominicus.54.diſtinctio.& in cap.primo.17 quæſtio.2.Bartol.Brigenſis,quæſtio. 69. quidam clericus Phelippus Francus & Dominicus in capit.primo, vterque primo notabile de regularibus,libro ſexto,cum pleriſq; aliis, quæ & nos tradidimus de hęreticorum pœnis tractantes.c.an punitio binas contrahentium nuptias pertineat,ne ad inquiſitoris hæreticę prauitatis ad finem,tametſi ijs refragare videatur,id quod adnotat Raine à for.lib. Petrus à Bellaperti.Iacob.Rabanenſis, & inibi Cynus in authen.ingreſsi,column . prima. quæſtio ſecunda.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.diffinientes nouicium qui intra annum à vita diſcedit ante profeſsionem,bona acquiri monaſterio,non hæredibus ſanguinis. & eſt text. ad id omnium præſtantiſsimus in capit . vltimo de ſucceſsio ab inteſta. Anton.in capi. in præſentia,column.13.verſiculo quæro , an ſi monachus,& inibi Barbatius & Decius , extra de probatio.Ancharra.in.c. cũ cauſam de electione,& in cap.ſecũdo,columna prima, nota.5.de teſtam.itidem conſilio.69.circa donationem,columna tertia,& eſt tex.in.l.quę religioſis.ff.de rei vendi.diffiniens,ea quæ religioſis adhęrent religioſa ſunt.c.religioſo de ſenten.excomm.libro ſexto.Ancharr.in rubrica de donatio inter vir.& vxorem, quo in loco Ioann.Lop.§.38.columna 1. idem exiſtimat,& Barb.in clemen.1.columna. 7. de electio,& Bar.qui id canonicæ philoſophię hominibus relinquit in authen.ſi qua mulier ad finem.C de ſacro ſan.eccle.& argumento optimo de ſeruit.tex.in.c.vltimo,extra de ſucceſsio.ab inteſtato.

24 Secũdò impetit.c.religioſo.§.1.de ſenten. excom.lib.6.diffiniens manus violẽtas in nouicium iniciiens ante profeſsionem in excõmunicationis labẽ,ſi quis ſuadente incurrere glo.in clemẽ.1.verbo religioſus de electio.c. nullus.eo.tit.libro ſexto,quin etiam eccleſiaſtica perſona eſſe cenſetur.c.duo ſunt.12.q.1. Quo fit coram iudice eccleſiaſtico conueniẽdum eſſe,non etiam ſeculari. Achidi. Ioann. Andr.Domi.& Franciſcus in.dicto.c. religioſo.Fredericus Senenſis conſilio.32.quæſtio talis eſt,colum penultima.idem exiſtimat&huius ſententiæ autores habeo Hoſtien.in cap. ſtatuimus,column.2.extra de regulari,Ioannem Andre.Domini.& Phelippum Francũ in c.beneficium de regula,lib.ſexto. Quibus non obſtantibus priori me ſuſcribo ſentẽtiæ cum & monaſterio munus vindicandi mortem non competat,nec accuſandi,ex ijs quæ & nos paulò antea adnotauimus eo maxime cum nouicius intra probationis annum, non deſinat eſſe de populo.ex Bal.conſilio.226. libro primo.Calderinus eccleſiaſtico interdicto in.2.membro.q. 26.Felinus in . c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ,colũ.26.de conſtitutio , adhuc etiam in materia odioſa, quibus ſatis iam ſatis diffinitum,extat nouicio ius vendicandi intra probationis annum competere , tametſi profeſsione facta monaſterio minimè, hoc munus competat , ſicuti & nos paulò antea adnotauimus.Prolixius fortaſis, q̃; decebat cõmentationi immoramur,quam ob rem veniam hoc nomine precor ſi quãdo prolixiori ſtillo nõnulla proſequi videbor.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Amico maxima amicitia coniuncto,accuſandi munus ſui amici interfecti competit.*

2 *Sicuti abſq; mandato per coniuncto,ad agendum coniunctus admittitur,ita quidem & qui maxima amicitia coniunctus eſt.*

3 *Amicitia vinculo ſanguinis coniuncto præfertur.*

4 *Reſcripta ad beneficia abſq; mandato , amicus impetrare poteſt.*

5 *Amicus reus homicidij factus,pœna criminis ordinaria afficiendus non eſt.*

6 *Cæſarum conſtitutio in.l.cum accutiſsimi.C. de fide comm.in amico maxima amicitia coniuncto præter alios locum vendicare diſcutitur.*

7 *Inuaſorem iniuſte amicum aggredientẽ reſiſti poſſe diſputatur.*

*Si tempore*



8 *Si tempore mortis amicitia diſſoluta eſt, minimè poſſe necem defuncti amici vendicare,quod qualiter,diſſoluatur aliquot caſus ſubiiciuntur.*

## Rurſus agitur amico maxima amicitia munus accuſandi necem amici,an&competat.

## Capit. XLIII.

VErum enim, vero ancipiti controuerſia diſputari ſolet hoc in tractatu , an & amico munus accuſandi, ac in eunde pacem interfecti ſui amici competat, quam quæſtionem ex profeſſoribus iuris adnotat Bald. in.l. prima. C. qui accuſare non poſſ.numero.49. verſiculo quid de ſingulari amico diffiniens, accuſandi munus competere,& huic ſententiæ pleraq; alia accedunt,quæ de amicitia adnotari poſſent.& primo gloſſ.in.l.late culpę.§. amicos. ff.de verbo.ſignificatio.iunctis ijs quæ adnotat Alexan.ad Bartol.in.l.non ſolum.§. qui alieno.ff. de probatio diffinientes amicum appellatione ſuorum venire,& amicitia coniunctioni ſanguinis præpondere,ex.l.ſecunda,verſiculo amici.ff.qui petant tutores.l,cũ allegas.C.de caſtrenſi peculio,libro.12.gloſſ. in.l.vt vim.ff.de iuſticia innuẽs affectionem conſiderandam,eſſe cuius meminit. Bald.in c.poſtremo de appellatio.gloſ.in.l.coloni.C. in quibus cauſis,libro.12.referens illa carmina.

*Amico munus accuſandi competit.*

*Nam amicus amico dicit tuus ego ſum.*
*Et me tuum ego reconoſco.*

Cuius gloſſ. meminit Romanus in.l.ſi vero. §.de viro.ff.ſoluto matrimo.& alibi gloſſ.in c.niſi ſpecialis de officio delegati, amicum auro præualere,& id diffinitum exta.primo regum,cap.31.vbi armigeri,Saul videns dominum ſuum à vita deceſsiſſe capulo tenus edidet enſem,ac irruit ſuper gladium,& mortuus eſt, & . 2 . regum . 3. & . 2 . regum . 17. &.2.Paralipomenon.19 . & Ionatas tunica ſua, qua erat indutus expoliauit. & dedit Dauid eam propter illorum maximam amicitiam , vti conſtat.1.regum.c.18.&.1.Machabeorũ .11.Exquibus ſatis iam,ſatis index amicitia diffinitũ extat,& coniicere hic poſſunt pleraq; alia,quæ & nos adnotauimus ſupra.c.28.n.24.& quæ congeri Fran.Auiles. c. 44.prætorum.

*Amicus auro preualet.*

Et huic rei,robur affert amicitia,quæ eſt inter extraneos potentior eſt , quam ea quæ ratione ſanguinis contrahitur,ſicuti ſcribitur prouerbiorum.18.viri amicabilis ad ſocietatem magis amicus,erit quam frater,Cynus in l.exigẽdi. C. de procura.vbi diffinitur,quod ſicuti coniunctus ad agendum abſq; mandato pro coniuncto admittitur,ita quidem maxima amicitia coniunctus.l.ſed & hæc.l.non ſolum.§.qui alieno.ff.de procura.c. nõ nulli. §.ſunt & alij de reſcriptis.Guillermus Cugn. in præcitata.l.ſed & hęc Ioannes Andreas in cap.final de poſtulan.ſpeculator.in titulo de aduocato.§.obiicitur, verſiculo eſt etiã quartus.Salicetus in præcitata.l.exigendi.Dionyſius Robinus in.l.filius familias. §.diui , folio 46.columa ſecunda. ff. de leg.primo. Segura in.l.imperator.ff.ad trebel.folio. 62. Iacobus Villalpandus in ſecunda parte repetitio. §. 37.præcitata ſuper.l.22.titulo primo, parti.7. tametſi ab ea ſententia diſcedat Bar.in præcitato.§.qui alieno exiſtimãs amicũ nõ admitti vt cõiunctus pro cõiuncto,nec vtiq; ſuorũ appelatione venire Ioã.de Imol.in.l.ex facto.§. ſi quis rogatus in.1.col.17.ff.ad trebel.Romã. in.l.ſi vero.§.de viro ſolu.matri.16.fallẽ.Alexã.in.l.1.§.lex falcidia.ff.ad.l.falcid.itidẽ in.l. ſepe.ff.de re iud.& ante hos Ang.in.d.l.ſed & hæc in principio, Rainerius à Forlibio , & Alexand.in præcita.l.exigendi , & inibi Raphael Fulgo.expreſsim adnotat,&in.l.tutori C.de nego.geſtis,& ex canonice philoſophię profeſſoribus,huius ſentẽtię.dd.habeo Abb. & alios in.c.final de poſtulãdo,&inibi Antonius,eundẽ Abb.in.c.corã de officio delega. Butricẽſem in.c.cũ.N.Ferrarienſis de conſti. Geminianũ in.c.qui ad agẽdum in principio de procurato.li.6.& hanc eſſe cõmunere opinatur.Iacob.Villalpan.n.1.in.2.parte repetitionis pręcitate.Si quidem non eadẽ eſt ratio in amicitia quę in ſanguinis coniunctione,cũ & amicitia per quã facile tollitur.l.3.ff.de alimentis legatis:at ſanguinis cõiũctio minimè tolli poteſt.l.iura ſanguinis.ff.de regu.iur.& ijs conuenit text.in.l. tutori, verſiculo amici

*Frequentior opinio.*

iuncto

iuncto verſiculo nec agendi.C. de nego. ge-
ſtis,vbi diffinitum extat amicũ ad agendum
admittendum non fore abſq; mandato, ijs ta
men exploſis,exiſtimo amicũ maxima ami-
citia coniunctum,abſq; mandato ad agendũ
admitti pro amico,cum & contraria ſentẽtia
intelligenda ſit in amicitia,non ita ſingulari
ex multis retro temporibus contracta. nam
amicus maxima amicitia coniunctus neceſsi
tudinem cõſanguinitate ve anteponẽdus eſt
ex Platonis ſententia.& Ciceronis libro pri-
mo officiorum,dum ait ſanguinis coniũctio
& beneuolentia de vincit charitate homines
magnum eſt enim eadem habere monumen
ta maiorum,eiſdem vti ſacris ſepulchra habe
re communia,ſed omnium ſocietatum nulla
præſtantior eſt,nulla firmior quam cum viri
boni moribus ſimiles ſunt familiaritate con-
iuncti. Is idẽ in Lelio exiſtimat , ex propin-
quitate beneuolentia tolli poteſt, ex amici-
tia non poteſt,& pleraq; alia ex Cicerone ob
uia erunt,quæ nos adnotauimus ſupra.c.28.
numero.24.ſublato enim beneuolentiæ no-
mine amicitia tollitur propinquitas remanet
Quo fit inquo beneuolenria neceſſario per
manet,anteponendum eſt ei,à quo beneuo-
lentia remouere poteſt.Socrates orator exi-
mius ad demonicũ effert,miris laudibus hip-
ponicum ipſius demonici patrem,quod ma-
gis approbabat amicos,quam propinquita-
te vlla deuinctos exiſtimabatq; ad ſocietatẽ
eſſe potentiorem natura legem,mores gene
re delectum neceſsitate, & Valerius maxim⁹
grauiſsimus autor eſt ea in re dum libro.4.c.
7.ait contemplemur nunc amicitiæ vinculũ
3 potens,& prȩualidum,nec vlla ex parte ſan-
guinis viribus inferius. Alberic.vt ex noſtris
robur huic ſententiȩ afferat in.l.ſed & hi per
ſone.ff.de in ius vocando aſſeuerat amicitiã
plus ponderis habere quam fraternitatẽ , cui
concinens Homerus li.8.Odiſſeæ.

*Si quis forſan amicus,ſit gratusq; bonusquè.*
*Quando quidem is non inferior,vel frater putan*
*dus.*

Ex quibus cenſet amicum non eſſe fratri
poſtponendum, & ex theologis diuus Am-
broſius.Thomas.2.2.quæſt.27.cenſet ſangui
ne coniunctos in ijs dumtaxat, quȩ naturam
ipſam concernunt, amicis anteponendos in
cæteris poſtponendos,itidem Thomas in eo
opuſculo.quod publicum fecit de dilectione
dei & proximi,ſimpliciter aſſerit amicitiam
plerumq; conſanguinitati prȩponderare , &
Id conſtat prouerbiorum.18.c , archiepiſco-
pus Florentinus in quarta parte ſummȩ.tit.
6.c.5.§.6.Andreas Tiraque.de vtroq; retra-
ctu in præfatione,numero.24.pagina.11.

Secundò.& illud coadiuuat.l. generaliter.
ff.de fidei commiſſa.libertati. qui ab ordine
literȩ amicitiam conſanguinitati præponde
rare.l.ſed & ſi plures.§.in arrogato ad finem
ibi amicus,vel cognatus.ff.de vulgari & pu-
pillari.l.Theopompus,ibi amici mei & co-
gnati.ff.de dote prȩlegata.l. affectionis inibi
amicos,vel neceſſarios.ff.de donationibus,&
conſtat apud Eſdram profetam ſcribã He-
breum cap. quarto.& Dauid Ode. 37. amici
mei, & proximi aduerſum me appropinqua
uerunt.

Tertiò ſtabiliri poſſet ratione amicitiæ in
ductum eſt vt pote amicus reſcripta ad bene 4
ficia ſine mãdato pro amico impetret, quod
alias nec vtiq; permiſſum foret.glo.in.c.non
nulli extra,de reſcriptis cuius meminit , idẽ
profeſſus Abb.in.c.dura extra de crimine fal
ſi,& non mirum eſt,quod ex noſtris pleriq;
cenſuerunt inter coniunctos ratione affectio
nis ſanguinis id quoq;obtinere inter amicos.
glo.& inibi Abb.in . c. requiſiſti,extra de te
ſtamen.Barba in.c.cum.N.Ferrarenſis de cõ
ſtitutio.& in.c.coram de officio delegati.iti-
dem in repetitione.c.Reinaldus col.118. verſi
culo.11.limita.de teſtamen.is idem in. c. non
nulli de reſcriptis,&in.c.ex parte decani.co.
titul.& rurſus in conſilio.75.columm.4.volu.
4.Felinus in.c.quoniã,Abb.columm.3. de offi
cio delega, nec deſunt doctores ciuilis philo
ſophiȩ,qui huic accedant ſententiæ,ſi quidẽ,
& Alexan.in.l.exigendi,columna.2. & Iaſſ.
col.5.C.de procurato.idem exiſtimat & Ioã
nes Montefert in repetitione.l.frater à fratre
columna.6.notabile.4.ff.de conditione inde
bi.Iaſſon in.l.titia,colum.6.ff.de verbo obli.
& in.l.ſi res obligata , columna.2.ff. de lega.
1.itidem conſilio. 70. conſtat ex inſtrumen-
to ad finem,volumin.primo, Barbatius in. l.
ſciendum,columm.33.ff de verbo. obligatio.
Hippolitus in rubrica.ff.de fideiuſſo. nu.234.
Quibus accedit ex nouioribus Alciatus, nec
admodum inuitus in. l.late. §. amicos.ff. de
verbo ſignificatio.

Quartò fortiſsimũ huic rei argumẽtũ,præ De eadem re
ſtat tex.in.c.Petrus de homicidio,vbi diffini
tũ extat, qnod ſi cõſanguinei amici , vel ali-
cuius homicidium perpetrauerit,nec vtiq; te 5
neri de homicidio,nã magna amicitia cõiũcti
conſangui-



conſanguineis ȩquiparari conſtat.l.hȩc autẽ.
§.non defendi.ff.quibus ex cauſis in poſſeſ-
ſionem eatur.l.aut qui aliter.§.ſi quis denun-
tiauerit,verſiculo,& ſi forte.ff.quod viaut clã
tex.in.l cum alienã.C.de lega.iũcta.l.in teſta
mento.ff.de fidei commiſſariis liberta.vbi il-
lius legis diſpoſitio de coniunctis verba agẽs
in magnis amicis locum vendicare.Bald.in.l.
ſi iure. C . de teſtamentaria manu miſsione.
Corneus conſilio.194.videtur in præſenti,co
lumna tertia,libro tertio.Guillerm. Cugne.
Fulgo.Caſtr.Alexan.& Iaſ.in præcitata.l.cũ
alienã.Barba.in.c.Reinaldus col.118.de teſta-
men.ex nouioribus Dioniſius Robinus in re
petitio.§.diui.l.filius familias.ff.de lega.1. Se
gura in.l.imperator,folio.62.ad trebelli . Ti-
raquel in.l.ſi vnq; in verbo libertis , numero
78.C.de reuocand.dona.Quin etiam lex, ſi
vnquam de reuocandis donatio.locum habe
re in amico maxima amicitia coniuncto,ex
Socino,conſilio.39.in quæſtione columna vl
tima,volumin.tertio,Bald.in authen.ex cau-
ſa,colum.3.& inibi Corneus,col.11.C.de libe
ris præteri.

Quintò,huic ſententiæ accedit tametſi cõ
iunctio ſanguinis non tanti extimanda ſit,vt
quis pro altero poſsit ſtipulari,ex glo. verbo
nec enim.l.fideiuſſoris,& inibi Barto. & in.l.
ſtipulatio,iſta.§.alteri.ff.de verbo.obligatio.
itidem Bart.in.l.quod dicitur.ff.eod.titul. cu
ius gloſ.pro ſingulari meminit Nicolaus Nea
poli.in præcitato.§.alteri.Bart.in.l.prima,co
lumna ſeptima.C.de ſenten.quȩ pro ea quod
intereſt,& eſt text.ad id omniũ præſtantiſsi
mus in.l.tertia.§.ſed & ſi forte. ff. iudicatum
ſolui,nihilo obſetius amicus maxima amici-
tia coniunctus pro altero ſtipulari poteſt, gl.
verbo videamus in.l.ſi vnius.§.primo. ff. de
pactis.& inibi Angel.Bald.& Alex.Iaſ.in.l.1
columna.2.ff.de iure iurando exiſtimat , id
quod ratione amicitiȩ intereſt multo eſſe for
tius,eo quod intereſt coniunctionis ſangui-
nis v,e ratione.

Sextò ſtabiliri poſſet iſthæc ſentẽtia,ex.c.
De eadem re requiſiſti de teſtament . vbi extat de relicto
facto clerico à ſuo conſanguineo quarta epiſ
copo non debetur, ita quidem de legato fa-
cto ab intimo amico,& id quod Barto.adno
tat in.l.alimenta.§.primo ſumens rationem,
ex text.inibi.ff.de alimen.& cibariis legatis,
tametſi filiorum appellatione, ne vtiq; ve-
niant filij filiorum.Ideſt nepotes.l.filij.l. iu-
ſta.ff.de verbo.obligatio.l.quod ſi nepotes.
ff.de teſtamen.tutella,quod ſi ſingulari amo
re teſtator nepotes filios nominat habita po
tius ratione amicitiæ,quam ſanguinis hos ap
pelatione filiorum venire, Alexan.ad Bart.&
Roman.in.l.ſi vero.§.de viro.35.fallen.ff.ſolu
to matrimo.

Septimò,& præter alia pro hac aſtruen-
da ſententia adſtipulatur pontificia conſti-
tutio in.c.niſi ſpecialis de officio delegati,ex De eadem re
qua diffinitur principem poſſe,propter ami
citiam pœnam remittere criminis reo,& ini-
bi gloſſ.cuius pro ſingulari meminit Roma-
nus in.l.ſi vero.§.de viro ſolu.matrimo. ff. &
hanc affectionem amicitiæ cauſa inire expri
mit,illud tibulli li elegiarum.4.

*Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere auitas.*
*Ire ſub imperium ſub titulumq; lares.*

Octauò & illud coadiuuat ratione amici-
tiæ inductum eſſe,vt teſtamentum vltimo lo
co conditum à patre inter liberos valeat,ta- De eadem re
metſi in eo non interueniat clauſulȩ deroga-
toriȩ ſpecialis reuocatio licet alias ſecus ſit,ex
l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega. ter
tio,id adnotat Roman.in conſilio.179.ampliſ
ſime doctor,idq; facit ardor liciti amoris in-
ter patrem & liberos exiſtentis, qui etiam
codicilarem clauſulam ſuplet,ex gloſſ. ad id
omnium præſtantiſsima in.l.cohȩredi. §. cũ
filiæ verbo.non valuit.ff.de vulgari & pupil-
lari ſubſtitutione,& gloſſ.ſimilis in.l.in teſta
mento.ff.de fidei cõmi.liberta, ex qua idem
adnotat Bald.in.l.ſi iure.C.de teſtament. ma
nu miſsio,qđ ardor liciti amoris habet vim
clauſulæ codicilaris . Romanus & Alexand.
idem profeſsi in.l.cum alienam,columna ſe-
cunda.& inibi Iaſſon tertia limitatio.C.de le-
ga.Socinus qui in hoc dicit ſingulare conſil.
58.Ioannes columna tertia,verſiculo accedit
cum prædita,volum.primo.Barba.in.l. cum
accutiſsimi.col.11.C.de fidei cõm. itidem in
rubri.de reſcriptis.col.8.In clem.& in tracta.
quẽ publicũ fecit de prȩſtãtia cardinaliũ in.3
q.1.partis,col.1.& rurſus col.14.ad finẽ, is idẽ
in repetitio.c.Reinaldus.col.118.verſi.11.limi
ta.extra de teſtamentis,& in conſi.5.col.5.vo
lu.3.itidẽ cõſil.78.præclare ſcribitur,colum.2
volum.quarto.Iaſſ.adnotans illam gloſſ.pro
ſingulari in.l.exigẽdi notabili.3.verſi.2.facit.
C.de procura.& in.l verbis ciuilibus.colũ.3.
ff.de vulgari & pupillari,& in.l.eam quã.col.
6.& rurſus col.9.C.de fidei cõm. itidem in.l.
prima.C.de ſumma trin.& f.de catho.ex no
uioribus Guiller.Benedict.in.c.Reinũ.verbo
teſtamentum

teſtamentum in.3.numero.46.de teſtamen-
tis,Alciatus in prẹcitata.l.late. §. amicos .ff.
de verbo ſigni.Anto.Baber.in repetitione.l.
cum filio,columna vltim.ff.deleg.primo Ca
talianus Cota in memorabilibus iuris inci-
pienti amor licitusFelinus in cap.primo ad fi
nem de teſti.Pantha.Calde.in repetitio.l.ſe-
cundẹ,columna.71.C.de recindenda vendi-
tione,& ante hos Bal.cuius nec ipſe neuteri-
ci meminere in ſua Margarita,verbo codici
lus,verſiculo penultimo,illius gloſſ.meminit
pro ſingulari Dionyſius Robin.ex neuteri-
cis in repetitio.l.filius familias.§.diui. ff.de le
ga.folio.46.columna.3.ad finem. Didacus à
Segura ĩ.l.imperator.ff.ad trebel.fo. 62.adno
tãt,quod nõ ſolũ ardor amoris liciti operatur
vim clauſulẹ codicilaris in legato,& fidei cõ-
miſſo,ſed etiam in inſtitutione,Iaſ.in.l.nõ du
bium.C.de leg.

Nonò,ſuffragatur ſicuti liberi non tamen
*De eadem re* extranei ex minus ſolẽni teſtãtiũ volũtate le
gata capiunt,ex.l.vlti.C.familiẹ erciſc.l. hac
conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.
ſi quidem in eo teſtamento inter liberos con
dito codicilaris clauſula ſemper intelligitur,
ex præcitata glo.verbo nõ valuit ad finem.
l.cohẹredi.§,cum filiæ.ff.de vulgari,& inibi
Imol.& pleriq; alij Alexan.in dicto.§.ex im
perfecto.Imol.in.c.Reinuntius,col.28. de te-
ſtamen. Didacus à Segura eo in loco , cuius
& antea meminimus,ita etiam amici maxi-
ma amicitia coniuncti veluti ius liberorũ ob
tinentes legata ex teſtamento , etiam minus
ſolẽni capiunt,ex glo.in præcitata.l.in teſta-
mento.ff.de fidei commiſ.liberta.Cuius pro
ſingulari meminit,idem profeſſus Bal.in prẹ
citata.l.ſi iure. C. de teſtament. manumiſsis
Matheſilanus notabile. 41.Barba.conſilio. 3.
illud referam columη.3.volum.3.Barba. in.l.
cum accutiſsimi,col.11.C.de fidei cõmiſſ.iti-
dem in conſilio.22.clementiſsimum deũ col.
3.vol.4.quo in loco illius.gl.proſingulari me
minit,cui ſimilẽ addit,itidẽ in.d.l.ſi iure,Iaſſ.
nec admodũgrauatus ijs accedit in.d.l.cũalie
nã,col.2.limitatione.3.is idẽ ĩ.l.nõ dubiũ,col.
vlt.C.de teſtam.& in.l.1.col.5.C.de ſumm.tri
nita.& fide cathol.Diony.Rubin.& Didac.
à Segura, ijs in locis quibus & antea memi-
nimus.Barba.in.l. cum accutiſsimi pro hac
aſtruenda ſententia allegat text.in.l.cũ alie-
nam.C.de legatis,& apertiſsimo marte dilu-
cidaq; voce proteſtatur ad ſua vſq; tempora
neminem illum textum perpendiſſe,qui me
memoria lapſus fuit ſi quidem glo.in præci-
tata.l.in teſtamento ad id citans,&eſt tex.ibi
conſiderata vi & effectu verborum carnem,
& ſuccum ipſius ſuggendo in ijs verbis,pios
tamen filios debuiſſe manu mittere eam,quã
pater diligiſſet,cuius pro ſingulari meminit,
ne ſim ocultator alienẹ laudis,Matheſila.no
tabile.41.& Roma.conſilio. 179. ampliſsime
doctor,columna penultima,verſiculo ad qđ
dicendum,& in repetitione.l.ſi vero.§. de vi-
ro fallentia.26.ff.ſoluto matrimonio.

Decimo ad id adnotare poſſet Andreẹ ſi
culi doctrina in dicta.l.cum acutiſsimi, colũ-
na.11.& iterum columna.40.C.de fidescõm, *De eadem re*
aſſeuerans,quod illa lex,verba agens in filio
hærede inſtituto,& hẹreditatẽ reſtituere ro-
gato locum,ſibi vendicare invalde amico. Al
ciatus idem profeſſus in dicto.§.amicos.Gui
llermus Benedictus in capit.Reinuntius, ex-
tra de teſtamen.numero quarto.verbo ſi abſ
q; liberis moreretur.Soci.ante hos in repeti-
tio.l. cum auus.col.3.ff.de cõditio. & demõ-
ſtratio.& ſi Iaſ.in.l.titia,col.6 . de verborum
obligatio,huic ſentẽtiæ refragare videantur,
ſed quia locus nõ datur ad pulmũ reuulſis ra
tionibus id examinare miſſa facio.

Vndecimo,ſed quo melius quæſtio iſta in *De eadem re*
telligi valeat,& diſcuti illud coadiuuat,quod
in.l.quod ſepe.§.ſi quis amico.ff.de cõtrahẽ.
emptio.& vendi.diffinitur amicũ poſſe iure
optimo ſeruum amici in fuga conſtitutũ ve-
nũdare,nec in illud ſenatus conſultũ incide-
re,quo cautũ eſt neminem poſſe ſeruum infu
ga conſtitutũ vẽdere,& hoc quidã ratione a-
micitiæ,quæ ex ſola animorum coniunctio-
ne cõtrahitur.l.3.ff.đ donatio.ĩter vir.&vxo.
&ex cõuerſatione nimia augetur.l.cũ allegas
C.de caſtrenſi peculio,lib.12. cuius ad id me
minit Bal.in.l.imperiale.5.colu. de prohibita
alienatio.feudi per Fredericum.

Duodecimo , ſatis iure probatur, ſi quidẽ
quis arcetur propter amicitiã à ferẽdo teſti- *De eadem re*
monio,Bar.& Bald.in.l.eos.C.de teſti. Bald.
in.l.ſi quis,col.vltima,eod.tit.Angel.idẽ pro
feſſus in authẽ.de nuptiis.§.final ſumens ra-
tionem,ex tex.inibi collatio.4.itidem in au-
then.de monachis.§,cogitandũ,Alex.cõſ.78
in cauſa,& lite vertẽte,vol.1.& ante hos ſpe-
culator in titulo de teſte.§.1.in principio.An
gel. in.l.ſed he perſonẹ inprincipi.ff.de ꝑcu.
Ioã.de Imol.in.l.ex facto.§.ſi quis togatus.ff.
ad trebel.col.18.Bab.in.l.1.C.qui accuſare nõ
poſſ.Alexan.nec admodum grauatus ijs ac-
cedit



cedit in.l.1.§.lex falcidia,col.1.ff.ad.l. falcid.
itidem in prẹcita.l.exigendi docto.in.c.corã
de teſti.& in.c.cum.N.de conſtitutio. Dida-
cus à Segura,& Dionyſius Robinus, nec ad-
modum inuiti ijs omnibus accedunt , ijs in
locis,quibus & antea meminimus.& gloſ.in
dicto.§.cogitandum in authent.de monach.
collatio.1.exiſtimat de fide teſtis amici , ali-
quid detrahi ratione amicitiæ , cuius memi-
nit idem profeſſus.Bald.in.l.data opera.col.
11.C.qui accuſare non poſſ.& regia.l.5. tit.3.
parti.7.&.l.21.tit.16.par.3.diffinientes amicũ
poſſe ferre teſtimoniũ pro amico extra cau-
ſam ſocietatis communis,inibi.*Bien podra te-*
*ſtiguar el Vno por el otro,como quier que ſean compa*
*ñrios y amigos.*Et nouiſsime adnotat Nunius
Auẽdañus in dictionario legum regiarũ quẽ
admiſcuit poſt tracta. de exẹquẽ. mandatis
regis Hiſpaniẹ,ex quo ceſſat,ꝙ Bald.diſtin-
guit in prẹcita.l.eos.& Thom.gram.in voto
22.Lanfra.in.c.quoniam contra in ver. teſtiũ
depoſitiones.n.147.Fel.in.c.quotiẽs đ teſtib⁹

Decimo tertio,ſtabiliri poſſet ex glo,ad id
notatu digna in c.2.de teſtam.lib.6.diffiniẽs
quod ſi quis relinquat execurorem teſtamẽ-
ti amicũ ſuum ſub nomine dignitatis execu
tore à vita diſcedente hoc munus exequẽdi
ad ſucceſſorem in dignitate,ne vtiq; tranſire
doctores in.c.requiſiſti de teſtam.Abb.num.
24.inibi.

Decimo quarto,allegari poſſet Bar.doctri
na in.l 1..ff.de appellatio recip.aſſeuerãs abſ-
q; mandato amicũ poſſe pro amico appella-
re.Archid.in.c.ſtatuimus de electio. Diony.
Robinus,& Didacus à Segura ijs accedunt
locis præcitatis,& coadiuuat , quod & Imol.
adnotat in præcita.l.1. §. lex falcidia.ff.ad . l.
falcid.quod ſi ſtatuto,ſancitum ſit inter con
ſanguineos litigãtes compromittẽdum eſſe
intelligẽdum fore id etiã inter amicos , quod
& Bart.ibi adnotauit,& pleriq; alij quos con
gerit Didacus à Segura loco prẹcitato,tamet
ſi Alex.inibi per aliquot iuris pedamenta in
contrariam ierit ſententiam.

Poſtremo vt colophonem addam huic rei
& illud robur affert,quod & Bal.in.l.1.C. vn
*De eadem re* de vi adnotauit,& in.l.raptores.C.de epiſco.
& cleri.poſt glo.&Bar.in.l.vt vim.ff.de iuſti.
& iure,quod ſicuti licitum eſt,pro ſe & filiis
ſuis conſanguineis ve,alicui iniuſte agredien
ti reſiſtere,ſicuti & Ioannes Andr.in.c. 2.de
homicidio,adnotauit Flor.in.l.ſcientiã.§. qui
cũ aliter.ff.ad.l.falcid.& nos nõ ſemel ad mo
nuimus,in ea ſpecie agentes ſupra.c. 28.n.24.
ita quidẽ pro amico maxima amicitia coniũ
cto poteſt reſiſtere iniuſte agredietem.Bar.in
l.prohibitum notabile.3.C.de iure fiſci,lib.10
itidem in.l.deuotum ad finem.C.de metatis
li.12.cuius ſentẽtiæ idẽ ꝓfeſſus,meminit Iaſſ.
n.29.in præcitata.l.vt vim,&gl.ijs adiuuat in
l.1.C.de ſica.diffiniens amicum occidens non
prẹſumitur dolus perinde, ac ſi coniunctum 7
occideret,cuius meminit,Roman.in.l.1.ff.de
in ius vocand.Bal.in.l.final.oppo. 10. de hæ-
red.inſtituen . & regia.l.in his regnis inſignis
in.l.6.tit.3.par.7.diffiniens, amicũ poſſe pro
amico difidare,ſicuti quilibet alius cõſangui
neus,quibus omnibus animũ induco meũ in
ſpecie.l.regiẹ.22.tit.1.par.7.poſſe amicũ ma-
xima amicitia cõiũctũ,mortẽ, ſui amici accu
ſare,ac pacẽ inire.&in ea ſpecie ita reſpondit
n.49.in.d.l.1.C.qui accuſare nõ poſſ.& Iaſ.in
l.exigẽdi.C.de procura.& in ea ſpecie ex no
uioribus,idẽ reſpõdit Iacob.Villalpan.in in-
terpretatione dicte.l.22.2.par.§.37.ad finem, *Autoris opinio.*
quod ipſe intelligẽdũ fore opinor.in ijs ami
cis,qui maxima coniunctione,ac amicitia cõ
iuncti ſunt,ſicuti exẽplar eſt in.l.6.tit.27.par.
4.vbi exẽplũ ponit de pilladis amicitia,&ore
ſtis,quorũ vtroq; alterius mortis pœnã ſubi
re volente, neuter fuit interfectus, quin etiã
à rege homicidij immunes facti ſunt.Et vt ni
hil ampli⁹ hac in re deſideretur opinor, quod
ſicuti cõſanguineus,qui ab inteſtato occiſo
ſuccedit,poteſt necẽ defuncti vẽdicare,& hæ
redi,quidẽ ſcripto præfertur,ita quidẽ amic⁹
maxima amicitia cõiũctus ſi accuſationẽ ſu
per necẽ defuncti vẽdicãda proponere velit
hæredi ſcripto anteponẽdus eſt potiſsimũ cũ
amicus appellatione ſuorũ veniat,ex.c.requi
ſiſti de teſtam.vbi gl.&frequẽtior interpretũ
pars.Bal.in.l.1.C.qui accuſare nõ poſſ.& nos
paulo antea adnotauimus.

Cẹterũ regiã cõſtitutionẽ ĩ ea ſpecie intel *Regiæ legis intellectus.*
ligẽdã fore opinor ex ijs,quẹ antea adnotaui
m⁹ ni&mortis tẽpore amicitia diſſoluta eſſet 8
& id cõſtaret,vt pote ꝓpter abſentiã lõgin-
quã,vel ꝓpter inimicitias ſupuenietes,vel ple
riſq; aliis modis,quib⁹ diſſolutio amicitiẹ cõ
tingit,ſicuti ſignãter adnotat Ioã,de Lignia.
in eo tract.quẽ de amicitia ꝓdit ĩ.§.reſtat du
bitãdũ,idq; prẹter alia cõſtat,ſi quidẽ tẽpore
quo interfectus fuit amicus oportebat hunc
etiã qui accuſare vult amicũ eſſe ex illo vulga
to iuris adagio qualitas adiũcta verbo debet
eſſe tẽpore verbi.l.3.§.ſi extrane⁹,ff.de noxa.
l.ꝙ

ꝙ ait.§.iulianus,eodem titul.l.1.§.tutoris. ff.
ꝙ iuſſu.Andre. Tiraq.de vtroq; retraƈtu.gl.
9.n.94.pagina parua.170.cum pleriſq; aliis,
quæ candido leƈtori obuia erunt,hijs tamen
intelleƈtus,nulla tumoris inſleƈtura nullo ſu-
percilij faſtu candido leƈtor adiecimus, quod
ſi ſtomacho non ſatiſfaciat tuo,noli autorem
obrepere, in ea enim aſſertione me rationum
vehementia,quas ex autoribus, vel doƈtiſsi-
mis deſumpſerim,vel mea ingenij paruitate
peperim deduxit,&negari non poteſt,ſi opi
nionibus vltro,& citro contrariis veritas flu
ƈtuat eam aſſertionem ſequendam cui ratio-
num pondus aſsiſtat.

## Ex cap. ſequenti.

1 *Bannitis necem defunƈti vindicandi munus, ne vtiq; competere.*

2 *Sicuti ciuitas bannitū perdit,ita quidē cæteri, agnati & cognati.*

3 *Ea quæ ſunt iuris municipalis, non tamē quæ ſunt iuris communis bannitum amittere.*

4 *Si abſq; licentia duorum ex proximioribus contrahere nō liceat,ex ſtatuto minimè licentiam banniti exigi,tametſi ex proximioribus ſit.*

5 *Si lege municipali,abſq; filij præſentia vltimū elogium mulier condere non poſsit,ſi bannitum filium habeat poterit quidem teſtamētum condere.*

6 *Cum aƈtiones & accuſationes cæſarum iure introduƈte ſint bannito ius,accuſandi necē defunƈti non competere.*

7 *Pro mortuo bannitus haberi,cōſtat & quid de accuſatione in coata bannito.n.8.*

9 *Qui in iudicio ſtare non poſſunt procuratorē conſtituere poſſe.*

10 *In labem excommunicationis lapſis mortem defunƈti,munus vendicandi non competit, itidem.n.12.*

11 *Excommunicatio cum non ſit iuris canonici inuenta, non ſolum in eccleſiaſtico,ſed in ſeculari iudicio allegari non poterit.*

13 *Excommunicatus à ſacramentorum participatione à fideliumq; communione arcendos eſſe,itidem.n.14.*

15 *Excommunicatis retraƈtus ius non competere.*

## Bart.ſententia in.l.ſeruos. ff.de accuſa. ex legum artiū pomeriis ellucidata,&ab impudentibus multorum nugulis liberata.

## Capit. XLIIII.

CEterum hiis iaƈtis,ac præ-
miſsis dubium inſigne ſu
boritur, quod non in fre-
quēter à doƈtoribus, hinc
inde diſcutitur, an baniti 1
poſſunt agere accuſare ve
de nece ſuorum parentū,
aliorum ve conſanguineorum, & Barto.in.l.
ſeruos.ff.de accuſatio.reſpōdit bannitis accu
ſandi munus minimè competere. Bal. idem
profeſſus in rubrica.C.qui accuſare non poſ
ſunt,& pro hac aſtruenda ſententia aliquot
ſubiiciam,quæ partim hanc diffiniant quæ-
ſtionem partim aperiant.
Et primo huic rei adſtipulari videtur tri
uiale iuris adagium banniti noſtri temporis *De eadem re*
deportatis ęquiparantur ſicuti Iacobus Are
tinus,in eo traƈtatu bannitorum in quæſtio-
ne incipienti Titius filius familias aſſeuerat,
& Bartol.in ſua diſputatione incipiente Lu-
cane ciuitatis,Bald.conſil.289.præmiſsis ver
bis,volum,primo ſpeculator in titulo de in-
ſtrumentorum æditione.§.compēdioſe. ver
ſiculo quid de bannito,& huius ſententiæ au 2
tores habeo præter hos Paulum Caſtren. cō
ſilio.211.omiſſo,vol.2.Ancharra.conſi.279.fi
lio fulgoſi in.l.3.C.de epiſco.&cleri.Paul Ca
ſtren.&Alexan.in.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad
trebel. Angel. in ſua diſputatione incipienti
duo ad inuicem,Iaſſonem conſilio.166.vide-
tur volumen ſecundo.& cum amittant ius a-
gnationis bannitus, & filiationis vti conſtat 3
ex Bartol.in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.li
berto.ff.de adult.& in.l.eos.ff.de receptato.
diffiniēs,quod ſicuti ciuitatē perdit bānitus,
ita quidem patrem cęteroſq; agnatos & co-
gnatos per.l.poſt liminium.§.filius.ff. de ca-
pti.& poſtlimini.reuerſis.tradit Alexan .in
conſilio



conſilio.75.col.3.vol. 1. igitur ſi id ius amiſe-
rit ratione cuius,vendicatio necis defunƈtiō
petit,conſequens & illud eſt, & illā criminis
accuſationē amittere. Hinc &illud ſequitur
nec retraƈtus ius competere bannito,ex Gui
3 llermo Benediƈto in.c. reinūtius in verbo in
eodem teſtamento relinquens in.1.n. 142. &
id quidem ſi perpetuo bannitus ſit ex.l.amiſ
ſione.§.qui deficiūt.ff. de capitis diminutio.
&inibi expreſsim adnotat Barto.Iacob.Are
tin.& Bartol.&Bal.in.l.extruƈto.§. ex faƈto
ad trebell.ff.diffinientes banniti,beneficia ci
uitatis iuris ve municipalis amittere, non ta-
men iuris communis niſi & hij ſint bāno im
periali obnoxij,ex Bart.in. l.certa forma ſu-
mens rationem.ex tex.inibi. C.de iure fiſci,
libro.10,Bar.Bal.Imol.& interpretum maior
pars in.l.eius qui.§.1.ff.de teſtamen. & tradit
Cinus non ineleganter Bar. Sali.Bal.& Ang.
& alij pleriq; in.l.1.C.de hæred.inſtituen.Sa-
lice.in.l.1.C.de hęreti. & omniū diligentiſsi-
me Ludouicus Bologninus,conſili.70.in prin
cipio & ante eum Caſtrenſis,conſilio.56. ſu-
per primo quæſito,col.1.vol.1.Bal.in.l.Gallꝰ
§.& quid ſi tantum ad finem.ff. de liberis,&
poſthum, is idem in conſilio. 25.volumin. 4.
Corne.conſilio.55.colum.3.vol.2.& hanc eſ-
ſe frequentiori doƈtorum calculo receptam
ſententiam aſſeuerat Franci.Curti.ſenior cō-
ſilio.60.dux.col.10.
*Frequētior o pinio.* Ex qua ratione ſic perpenſa, & illud de-
ducitur, quod ſi ex ſtatuto ſancitū ſit mino-
rem non poſſe contrahere,ſine conſenſu,aut
4 licentia duorum ex proximioribus non exi
gitur conſenſus banniti proximioris,cum &
his bannitus non poſsit intereſſe.intra ius
dicentis territorium,atq; ideo citari non de-
bet tex.ad id omnium præſtantiſsimus in.l.
obſeruare C.de decurio,libr. 10.glo. ordina.
in.l.hęc autem.§.1.& in.l.2.ff.ex quibus cau-
ſis in poſſeſsionē eatur, & adſtipulatur text.
in.l.ſi longius.§.vltimo.ff.de iudiciis, & au-
then.quod locum.C.decolatio notant doƈto
res paſsim in.l.vltima.§.neceſsitate.C.de bo
nis quæ liberis.
Ex eodem fonte & illud deducitur ſtan-
*De eadem re* te ſtatuto municipali, quod nulla mulier poſ
5 ſit ſuum condere teſtamentum ſine filij præ-
ſentia ſi quem forte habeat,dubium eſt, ſi fi-
lium habeat bannitum ſi poſsit illo abſente
ſuum condere elogium,& Bald.conſilio.399
ſtatuto ciuitatis libro tertio,exiſtimat illo ab
ſente bannito teſtamentum poſſe condere,
cum ad hoc bannitus perinde eſt,ac ſi non eſ
ſet in rerū natura.l.prima ad finem.ff.de bo-
norum poſſeſsio.contra Tabul.l.ſi necem.§.
ſi deportatus de bonis liberto.ff.tradunt do
ƈtores in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum præci-
tato,explicant doƈtores in.l.ſed Iulianus. §.
ſed & ſi filius familias.ff.ad Macedonianum,
tametſi his refragare videantur gloſſ.& do-
ƈtores in cap.primo in gloſſ.prima, titul.hic
finit,text.diffiniens vaſſallum in feudi aliena
tione aſtriƈtum eſſe domini banniti conſen- *Contraria o-*
ſum exigere. Quam ſententiam veriſsimam *pinio.*
eſſe exiſtimat Franciſcus Curtius Iunior in
traƈta. feudorum quarta parte principali,
charta.45.verſiculo.27. incipienti quęro, &
illius gloſ.idem profeſsi meminere.Andreas
Yſernia. Bald. Martinus Laudenſis. Iacob.
Bald.Aluaro,cardinal.Alexandr. in diƈto ca
pit primo. Cæterum,& illud adſtipulatur, ſi
quidem apud bannitum eſt facultas, ac au-
toritas conſentiendi.ex.l.ex facto.§.ex facto
ff.ad trebell. poteſtq; hiis bannitus conſen-
ſum per per procuratorem adhibere, ex l.
Papinianus.ff.de mino.cuius ad id meminit.
Bald.conſilio.201.volumin.primo, columna *Autoris opi*
prima,ipſe tamen non poſſum in hoc dubio *nio.*
à priori ſententia diſcedere quippequi exiſti
mem veritati magis fauere,& eſſe iuri,& mo
ribus equiſsimam priorem ſententiam:po-
ſterior vero ſententia,nihil ob eſſe videtur, ſi
quidem bannitus cōſenſit in re ſua,quam & 
vaſſallo ea lege conceſsiſſe videtur,&ideo in
terponendus eſt eius conſenſus, nec propter
vanum,amittit dominus iura ſua,ſicuti Bal.
diffinit in præcitato capit.primo. & eſt text.
ad id pręſtantiſsimus in authenti.vt nulli iu-
dicum.§.quim vero, ex quo deducitur per-
peram conſuluiſſe Bald.conſilio. 54. ſtatuto
terrę Murcię,lib. quinto ſi ſtatuto munici-
pali ſancitum ſit, vt nullus contrahat matri-
monium cum muliere, patrem matrem ve
non habente abſq; fratris conſenſu,quod ſi
mulier fratrem bannitum habeat, eius con-
ſenſum requiri,quem & per literas nuntium
procuratorem præſtare poterit, cum & ban-
nitus,ea quæ ſunt naturalia,vt pote affeƈtio-
nē retineat Bal.in ea ſpecie,in errorē lapſum
eſſe exiſtimo.
Quibus ſic perpenſis exiſtimo bannito 6
ius accuſandi,necem defunƈti minimè com-
petere, cum accuſationes & aƈtiones ſint in-
troduƈtę de iure ciuili,ex.l.ſecunda.§.exhiis.
ff. de origine iuris, omnium diligentiſsime

Iaſſon in rubrica inſtitu. de actio.quò ſit ban
nitum accuſandi munus non competere de
morte ſuorum, ex Bartol.in. l. ſeruos. ff. de
accuſatio. Bald.in rubrica. C. qui accuſa-
re non poſſ.cum extra protectionem iuris ſit
cum & ſi ipſe offendatur criminis autorem
accuſare non poſsit,ex gloſſ.in capit.ſi quis
alium de milite,& vaſſallo.Barto.in.l.vt vim
columna ſecunda. ff. de iuſtitia & iure. An-
gel.& Imol.& Neuterici in.l.in ſuis.ff. de libe
ris,& poſthu, quibus nec admodum inuitus
accedit Alexand.in.l.prima.C.de hæredi.in-
7 ſtituen.vnde & illud ſequitur minus ei com-
petere accuſandi munus pro ſuorum iniu-
ria, cum & is bannitus pro mortuo habea-
tur,ex.l.actione. §. publicatione. ff. pro ſo-
cio,quod ſi præteritus fuerit in vltima teſtan
tis patris voluntate non poterit fiſcus rum-
pere teſtamentum eius nomine cum tan-
quam mortuus, nihil ad fiſcum tranſmittat,
ſicuti exiſtimat Bald.in.l. ſi qua pœna.ff.qui
ſunt ſui, vel alieni iuris, Iaſſon in. l. ſi filius
qui in poteſtate,numero duodecimo. ff.de li
beris,& poſthum. quin etiam proximiori-
bus in gradu ipſius banniti, locus accuſandi
datur, ſicuti ex hiis, quę paulò antea adnota-
nimus diffiniri poterit, & in ea ſpecie,ita reſ
pondit Iacobus Villalpandus in ſecunda par
te repetitio.l.22.titul.primo, part. ſeptima.§.
44.n.20.

Illud etiam in hoc dumtaxat tractatu ob
uium eſt, quod ſi coniunctus mortem de-
functi vendicans lite adhuc pendente pro-
pter delictum,ſit bannitus an & ſequens in
8 gradu accuſationem proſequi poſsit,& pri-
ma fronte videtur non poſſe procedere ſu-
per dicta accuſatione,ex.l.Vrannius. ff.de fi-
de iuſſoribus,inibi vt quem admodum inci-
pit,& in.l.hos accuſare.§.hoc beneficium.ff.
de accuſatio.l.poſt finitam.ff.de ſuſpectis tu
to.l.tertia.§.penultim.ff.de liberis agnoſcen
dis,ipſe tamen contrarium veriſsimum eſſe
reor.

Quin etiã cęptã accuſationẽ à bãnito à ſe
quente in gradu complere poterit,ex. l. ne-
ganda.C. qui accuſare non poſſ.l. is qui reus
ff.de publicis iudi.Bartol.in dicta. l. Iulianus
Angel.in rubrica.C.de delatoribus,lib.deci-
mo,nec obſtare videntur iura pro contraria
*Ad obiecta reſponſio.*
parte citata,ſi quidem.l.Iulianus ſuperuenit
defectus in cauſa finali in propria, autem
quæſtione ſuperuenit in perſona ipſa defe-
ctus,ideſt in accuſante non tamen in cauſa
finali, ſi quidem non deſinit, eſſe delictum
tametſi accuſatus ſit bannitus, atq; ideo per
proximiorẽ,vel per procuratorem finiri po-
terit.

Cæterum nec aliquo iuris apice deſerui-
re videtur text.in dicta.l.hos accuſare.§.hoc
*Intellectus.l hos. §. hoc beneficium.*
beneficium, ſi quidem inibi ſuperuenit be-
neficium accuſato, quo vti poteſt at in ſpe-
cie noſtra,qui excipit contra bannitum vult
vti ex banno accuſantis beneficio, & illo ſe
tueri, quod fieri non poteſt, nec obſtat etiã
text.in.§.fina.l.tertia,cum defectus ſuperue-
niat in cauſa materiali,ſicuti Bartol. reſpon-
dit in.l.pluribus.§.placet de verbo obligatio.
ff.& id veriſsimum eſſe exiſtimat, Bartol.in
l.neratius.ff. de accuſatio.Abb.in capit. pri-
mo,numero quinto,eodem titulo, Angel.in
l.is qui reus præcitata,atq; ideo bãnitus per
procuratorem poterit proſequi accuſationẽ
cum & hij, qui ſtare in iudicio non poſſunt
procuratorem conſtituere poſſunt, Inno.in
C.cum.I.& a de ſentẽ.& re iudi.Abb.in cap.
intelleximus de iudiciis,Bartol.in. l. ſeruos.
ff.de alimen.& cibariis legatis, atq; ideo pro
ximiori locus non datur, ſed & ipſe cauſam
finiet per procuratorem.ſimile eſt quòd vo-
luit Iacobus Aretinus in.l.moris. ff. de pœ-
nis,ꝙ ſi ex forma ſtatuti bannitus agere non
poſsit,poterit tamẽ procuratorio nomine al
terius,ꝙ cõſultus aſſeuerat obtinuiſſe,Albe-
ricus in vltima ſtatutorum parte, quæſtio.
63. cuius eſt initium. Item quęro ſi banni-
tus.

Cõueſtiri poſſet etiam,ex.c.ſi.de his quæ
fiunt à prelato diffiniẽs,qui ad ſinodum aſtri
ctus.eſt, venire poſſet vtiq; per procuratorẽ
comparere.C.epiſcopus ad ſinodum.18.diſt.
Fran.Curtius in.l. admonendi,columm.22. ff.
de iure iurando prępoſitus in.c.ſi vir.colum
na prima de cognati. ſpirituali.Abb.in.c.bo
ne in,2.de poſtula.prælatorum, columna ſe-
cunda.Barba.in.c.Rainuntius, columna. 54.
de teſtamen.Corſetus in ſingula.in verbo o-
pinio.ex nouioribus Henrri. Boerius in tra-
cta.quem publicum fecit de ſinodo epiſcopi
in.2.par.n.43.

Inſignis eſt,& admodum perplexa quæ-
ſtio,quæ à iuris vtriuſq; profeſſoribus, nõ in
frequenter diſcutitur, an & excommunica-
tis accuſandi munus competat,ac vendican-
di necem defuncti poſsint ne etiam inire pa-
ctum,& ea eſt receptiſsima ſententia,hoc mu
nus non competere,ſi quidem ijs petentibus
ius



ius denegatur.c.intelleximus,extra de iudi.
c.1.eodem tit.libro.6.& in.c.primo de reſcri-
ptis eo libro,& excommunicatus in iudicio
10 eſſe non poteſt.c. pia de exceptio,libro.6. c.
dilecti.c.ſignificauit.c.cũ inter de exceptio-
nibus.c.decernimus de ſenten.excomm.libr.
6.c.excommunicamus.§.credentes de hęre-
ti.nec is qui labe excommunicationis noda
tus eſt,tãquam actor,nec accuſator in iudicio
agere poteſt.c. poſt ceſsionem de probatio
*Regia.ll.*
regia.l.4.tit.10.libro.2.for.& .l.176.ſtilli Ioan-
nes de Ligniano,ſignanter id explicat in eo
tracta.quem prodit de cenſura eccleſiaſtica,
numero 26.cum aliis Chaſſaneus in conſue-
tudinibus Burgundię,tit.des iuſtices,rubrica
1.§.6.folio.63.columm.4. numero.15.nepos à
monte albano ſignanter id explicat in tract.
exceptionum,articulo. 6. Ioannes à Selua in
tracta.de beneficio.3. parte, quæſtio.quarta.
Hierony. Gigas de penſio .q. 14.ex nouiori-
bus Ludouicus Gomez in.c.1.numero.16. de
reſcriptis libro ſexto. Andreas Tiraquellus
de vtroq; retractu de retractu lignagier,gloſ.
9.numer. 276.Paulus Pariſius in.c.cum inter
præcitato,itidem in.c.final,numero ſecundo
de exceptionibus.Petrus Rebufus in gl.con-
cordatarum in rubrica de excommunicatis
non vitandis,pagina.383. columna ſecunda,
vbi.91.pœnas excommunicationis congerit
& Montalbus in præcitata. l. quarta in ver-
bo.Demandar.Socinus in regula.132.Felinus
in dicto cap,intelleximus, numero ſeptimo.
Dominicus à ſancto Geminiano in cap.pri-
mo de reſcriptis,libro ſexto.Quibus ſane cõ
ſtat excommunicatum in iudicio agere non
poſſe,& licet iſthæc regula de iure pontifi-
*Intellectus regule.*
cio introducta fuerit vendicat ſibi locum iu-
re Cæſareo,ex gloſſ.ſingulari in. l prima. C.
de iuris & facti ignorã.quam inibi idem pro-
feſsi ſequuntur doctores paſsim interquos,
& Iaſſon in fine lecturę,ibi Bald.in.l.quotiẽs.
C.de iudi.& in.l.placet ad finem.C.de ſacro
ſanct.eccleſ.itidem in.c.cum contingat, colũ
na decima de dolo & contumacia,& in præ-
citato capit.intelleximus,& eſt text.in.c. po-
ſtulaſti de homicidio,quem ad id primo no-
tabile adnotauit Geminianus in cap.primo.
§.ſecundo de exceptionibus,libro ſexto.Bal.
in.l.finali,columna prima.C. ſi non compe-
tente iudi. & regia. l. 176. &. 177.ſtilli, & di-
cta.l.quarta,& vt obiter agam de excommu
nicatorum pœnis tractantes quantum po-
11 terimus admoliemur excommunicationem
non eſſe iuris canonici inuentũ,ideo minimè
mirũ ſi in foro quoq; ſeculari nedum eccleſia
ſtico allegari poſsit,ex dicta glo.& inibi Bal,
fulgoſi. qui eſſe ſingularem profitẽtur,inibi.
Cui ſimilis eſt in capi. primo.§.ſi quis igitur
verbo opponit,& inibi Ioannes Andreas Ho
ſtienſis,Dominicus.Archidia.Ancharr.Phi-
lippus.Franc.Lapus, & interpretum maior
pars de exceptionibus,libro ſexto.gl. etiam
in capit.præceptum.22.quæſtio quinta. Bal.
in.l.quotiens ad finem.C.de iudiciis, itidem
in.l.vltima,columna prima.C.ſi non compe
tente iudice,& in dicto cap.intelleximus, co
lumna ſecunda,& in.c.exceptionem,verſicu
lo quæro,nunquid extra de exceptio,& in di
cto cap.contingit,columna ſeptima in verſi
culo porro ſi iudex de dolo,& contumacia
ſpeculator in titulo de exceptionibus.§.nũc
dicendum verſiculo, & nota quod iudex, &
ibi ſignanter Ioãnes Andreas,& Bald.in addi
tio.Cinus & Bald.idem profeſsi per tex.inibi
in.l.placet.C.de ſacro ſanctis eccleſ.Aufreli.
in tracta.reprobationum teſtium., verſiculo
excõmunicatus. Guido papa deciſione del-
phinata.220.columna prima.Felinus in.c.tuę
columna ſecunda,extra vt lite non conteſta
ta,is idem in.c.prudentiam.§.ſexto in princi
pio,& ibi Phelippus Decius,notabili ſecun-
do de officio deleg.& huius ſententiæ auto-
res habeo,lapum allegatione.92.inſpeximus
columna tertia per text.in. c.decernimus de
ſenten.excommun.libro ſexto,& in.c.poſtu
laſti de homicidio,vbi Ioannes Annanias &
Felinus idem exiſtimãt,quibus & pleriq; alij
acceſſere: interquos & Romanus ſingulari
685.Iaſſon in.l.eleganter.§.ſi quis poſt tranſa
ctionem,columna ſecunda.ff.de cõdictio. in
debiti Decius,nec admodũm grauatus ijs ac
cedit,columna.20.in.c.eccleſiæ ſanctę Marię
de conſtitutio,& eſt text.in cap.domino,ti-
tul.hic finitur lex,Corradij.& vt obiter agam
lex placet,tametſi ad id allegetur.C,de ſacro
ſanctis eccleſiis, verbo Acrimoniæ, quo ea
lex vtitur excommunicationem non ſignifi-
cat,vt ibi Accurſius exiſtimat,qui in errorẽ
lapſus eſt.Ioannes monachus, idem profeſ-
ſus in.c.primo ad finem de ſtatu.regularium
libro ſexto.ſed longe aliud ſignificat Acrimo
niæ verbum,ſicuti eleganter diſinitur,ex gl.
in capit. licet de immuni eccleſ.libro ſexto,
& Archidiaco.in.c.attendendum. 17. quæ-
ſtio.4.

Quibus admodum perpenſis, hic patet
C 2 veritas

veritas illius controuerſiæ examinari excõmunicationis ſententiæ nodatum, minimè poſſe accuſare criminis reum, ſed proximio
12 ri ingradu locus datur cum excõmunicatus pro mortuo exiſtimetur & bannito, ęquiparatur, ex tex.in.c.domino guerram præcitato gl.finalis in.c.paſtoralis de appellatio. ſpeculator in titulo de arbitris.§.differt, verſiculo quid de bannito, & inibi Ioannes Andreas quibus & Iaſſon acceſsit, numero.10.in.l.1. §. ſublata.ff.ad trebel.& in.l, Gallus.§.& quid ſi tantum, numero tertio.ff.de liberis & poſthumis, & in ea ſpecie excommunicatum proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam minimè admitendum fore ad accuſandum, ex Bal. in ſua Margarita, verſiculo excommunicatus
*De eadem re* poſt Inno.in.c.à nobis de exceptio, & inibi Abb.numero quarto, & expreſsim hanc ſententiam profitetur gloſſ.in.c.omnibus quarta, quæſtio vltima, & Fredericus de Senis in conſilio.116.cuius initium eſt mirandum. Petrus Ancharra.in capit primo.columm. quarta de præſcriptio.libro ſexto. Felinus numero ſexto in dict.c.à nobis. Ipſe tamen pręter
*Autoris opinio.* alios iſthæc ſententia intelligendam fore opinor, in ijs qui in excommunicationis maioris labem incidere, longe quidem aliter, ſi eſſent minori excommunicatione nodati, cum & maior excommunicatio à fidelium communione arceat, vt Calixtus papa & Marti⁹ aſſeuerãt ad dominos Galliarum epiſcopos; ne cũ eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicent, Hactenus Calixtus, cuius Gratianus meminit in.c. excommunicatos.11.quæſtio.3.c.ſecundo de exceptio.c.nuper de ſenten.excomm. quibus in locis communio, cum excõmunicatis prohibetur, id etiam ex Chriſoſtomo diffinitur in.c.ad mẽſem.11.q.3.qua in quæſtione Gratianus plures trahit autoritates, quibus communio cũ excommunicatis prohibetur regia.l.34.tit.9.par.1.& ante hos de hac excommunicatione meminit Cęſar, li.8.cõmentariorũ in hæc verba, ſi quis aut publicus, aut priuatus eorũ decreto, nõ ſtetit ſacrificijs interdicunt, hęc pœna apud eos grauiſsima eſt. quibus ita eſt interdictũ hij numero impiorũ, ac ſceleratorũ habẽtur hij omnes decedũt aditũq; ſermonẽq; difugiunt, ne quid ex cõtagione incõmodi accipiant, nec his petentibus ius reditur, nec honos vllus communicatur. hactenus Cęſar deniq; ijs communicari prohibentur.c. ſicut.c.excõmunicato.c.qui cõmunicauerit.c. cum pleriſq; aliis.11.quæſtio tertia, & nos alibi pleniori manu trademus, itaq; excommunicati à fidelium communione, & ſacramentorum participatione arcentur, & à iudicio 13
ex dicto.c.intelleximus.extra de iudi.c.exceptionem de exceptionibus.c.primo, eodem titulo libro ſexto.c.primo de reſcriptis, eodẽ libro.c.à nobis præcitato. longe, quidem aliter ſi eſſet nodatus minore excommunicatione cum & is in iudicio adeſſe poſsit, & 14
accuſandi munus competit, cum & illa solũ à communione ſacramentorum, participatione q; priuet gloſſ.& paſsim doctores in dicto capit.à nobis, cui ſimilis eſt in.c. placuit. 18. diſtinctio.c.final de clerico excommunicato miniſtrante, & inibi Abb.expreſsim, id diffinit doctores in.c.pręſentium quinto, quæſ. ſecunda, & in.c.loco quinto, quæſtio quarta. &.l.6.titulo nono, part.ſexta. Nec aliquo deſeruire videntur iuris apice, ſi quis obiiciat. quod quis ſuã, vel ſuorũ iniuriam proſequẽdo incapacitas perſonæ non conſiderari. c. ſacris, quod metus cauſa.l.vxor tua.l.neganda.C.qui accuſare non poſſunt regia.l.ſecunda, titulo primo, par.7.l.5.titulo.5.part.3. l.ſecunda, titulo.20.libro quarto fori. Quibus ſane conſtat tametſi hic ſanguine coniunctus excommunicatione ſit nodatus, accuſandi munus competit pro nece coniuncti vendicanda. Cui obiectioni, ex Bal.poſſet ſatis fieri in rubrica.C.qui accuſare non poſſunt, numero.3.diffiniens licet proſequenti ſuam ſuorum ve iniuriam nulla poſsit opponi exceptio ad accuſationem impediendam intelligi debet ea lege, vt qui accuſationem propoſuit capax ſit iudicij, cuius excõmunicatus non eſt, ex.c.intelleximus de iudiciis, & id cõſtat in.l.ſi quis in iudicio.ff.de accuſatio, & in l.hij tamen omnes eo.tit.

Hinc patet veritas illius quæſtionis, quę paſsim agitari ſolet, an retractus ius excommunicato competat, & minimè competere exiſtimat Tiraquellus de vtroq; retractu de retractu lignagier.gloſ.numero.276.tametſi Galliæ vſu longe aliter receptũ ſit, ex Fabro in.§.quod ſi tutor, columna penultima inſtitu.de curato.& Aufredius deciſione Toloſana.189.cuius initium eſt, item fuit quęſitum, an excommunicatus & bononię eſſe ſancitũ ſtatuto municipali aſſeuerant Bal. & Iacob. Butrica.in.l, placet.C.de ſacro ſanct.eccleſ.& tale ſtatutũ, nec conſuetudinem vtiq; valere, probat Lapus, allegatione.92.ex.c. decernimus



mus de ſenten.excommun.li. 6.Ioan. Anna. in.c.poſtulaſti đ homicidio expreſsim, adnotans ad id ſtatutum nequaquam valere Dec. ſatis diligenter in.c.eccleſiæ ſanctę Mariæ de conſtitutio.& nos alibi in eadem paleſtra luſuri de excõmunicatorum pœnis tractãtes trademus. & futuri anni prouẽtus, niſi fata inuiderint mox dabit vberiora.

## Ex cap. ſequenti.

1 *In ineunda pace ſuper nece defuncti qui præferendi ſint diſputat.*
2 *Filios alijs conſanguineis ſuper nece patris vẽdicanda præferendos eſſe diffinitur, itidẽ, nu.3.*
4 *In nece fratris vindicanda vtroq; latere coniunctis pater præferendus eſt.*
5 *Perpenditur, an & minor poſsit ne agẽre abſq; tutore curatore ve, itidem.n.6.*
7 *Tutore tranſigente nomine pupilli decretũ iudicis exigitur.*
8 *Deficientibus conſanguineis hæredibus ve nolentibus necem defuncti vindicare, cuilibet de populo hoc munus competit.*
9 *Diſcutitur regia.l.22.tit.1.par.7.itidem. n.10. & .11.*

## De prælatione circa necẽ defuncti vindicandã:

1
## Capit. XLV.

NOn omnino à praxi alienum eſt, qui in vendicãda nece defuncti præferendi ſint, & ea eſt ſententia primo loco vxori deferendũ eſſe, ex Bald.in.l. de crimine ad finem.C. qui accuſare non poſſ. quæ præferenda eſt omnibus aliis hæredibus occiſi. Roman.in.l.1.§. potuiſſe.ff.ad ſillani. Aretinus. Alexan. Romanus in l.pro hærede.§.final.ff. de acqui. hæreditate ex nouioribus huic acceſſere ſententiæ Nichola.Boer.deciſsione.233.n.3.Ludouic.Carrerius in practica criminali.§.homicidiũ. nu. 381.Anton.Gome.nec admodũ grauatus, hiis accedit, de delictis capit.tertio, numero.65.Iacobus Villalpandus in ſecunda parte repetitionis.l.22.titulo primo, parte ſeptima. §. 40. numero primo. Quam ſententiam ipſe intelligendam fore opinor ni, & vxor ad ſecundas conuolauerit nuptias, ſi quidẽ & ius prælationis in ea ſpecie amittit, cum id ius competit, ex eo ꝙ principalis dolor eam tangat, propter mutuũ amorem qui inter maritum & vxorem eſſe debet.c.gaudemus.§.quia vero de diuortiis.l.prima.§.final. l. quamuis indubitati.C.de adulteriis, & pleraq; alia de amore coniugali tradidimus ſupra cap.22.numero.30.& iſthæc ratio in ea quæ tranſit ad ſecunda vota, ceſſat cum in virum ſecundum tranſeat.l.lex quæ tutores.C.de adminiſtratio.tutorum, vnde & illud ſequitur prælationis ius ceſſare, ex ratione tex.in.l. adigere. §. quamuis de iure patrona.ff. idem ipſe reor eſſe cenſendum in vxore vidua luxurioſe vitã agẽte, ex.l.ijs ſolis.C.de reuocan.donatio. gl. in authenti.ſacramenta.C.quando mulier officio tutellæ fungi poſsit. ſpeculator, titu. de tutoribus.§.nunc dicendũ, verſiculo item excipitur contra matrem, quod ſi maritus ad ſecundas nuptias tranſeat pari ratione necem vxoris defunctę vendicare non poterit, ſicuti in ea ſpecie exiſtimat Iacobus Villalpandus, numero quinto, eo in loco cuius & antea meminimus, & ante eum Frãciſcus Aretinus, conſilio.62.columna ſecunda.Roman. conſilio.182.Oldrad.conſilio.33.& id quidem ratione filiorum, ſi quidem filij ſecundo nubentibus præferendi ſunt: non tamẽ alij, qui poſt filios ad necem defuncti vendicandam accedunt quæ reor, intelligenda fore, ni & filij primi matrimonij ſecundis nuptijs conſentiant vel etiam ſi licenciatus ſecundo nubẽti, à marito primo vxori daretur, ex Bald.in.l.filium quem habentem.C. famili erciſcũd. & in.l.1. C.de his qui pœnę nomine, & i.l.1.C.đ nup.

Reliquũ eſt, & illud pertractare poſt vxorẽ filios aliis cõſanguineis præferẽdos eſſe, ſicuti Boer.deciſione.233.n.3.diffinit Antoni. Gome.Ludo.Car.Iacob.Villal.ijs in locis quibus & antea meminimus, & ante hos Bal.i.l. 2.n.17.C.qui accuſare nõ poſ.ſi quidẽ filij omnibus aliis cõſanguineis in patris ſucceſsione præferendi ſunt, ex tex.in.§.ſi quis igitur. in authẽ.de hęredibus, ab inteſtato veniẽtib⁹ collatio.8.authẽ.in ſucceſsione.C.đ ſuis & legitim.hæred.regia.l.3.titulo.13.par.6.l.6.cum ſequenti in Taurino conuentu latæ, idemq;

 cenſendũ

cenſendum eſſe exiſtimo in nepotibus, ex
2 præcitato.§. ſi quis igitur text.in.§, inteſtatorum inſtitu.de hæredi. quæ ab inteſta. deferuntur, quæ omnia tam in filiis exiſtentibus in ſacris patris poteſtate quãquæ emancipatis intelligenda eſſe reor, ex pręcitato.§. ſi quis igitur, cum ſublata ſit differentia emãcipationis, & patriæ poteſtatis, tametſi inſignis, ſit differentię ratio in ſuccedendo inter ſuos, & emancipatos, ſicuti tradit Matheus ã Matheſila.in tracta.de ſucceſsionibus ab inteſtato.1.parte circa primum membrum, ſuccedendi, & inibi Ludouicus Bolonin⁹, tametſi Bartol.priori ſententię ſe ſuſcribat in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liberis, & poſthumis, & in.l.ventre præterito.ff.de acq.hæredita.de quo per Iaſſo.numero.52. in præcitato.§.& quid ſi tantum, quibus ſatis iam ſatis diffinitum extat, filios aliis præferendos eſſe, ex.l.quęſitum.ff.de ſepulchro violato in l.pro hęrede.§.final.ff.de acq. hæred. tametſi ſe abſtineant ab hæreditate paterna, ex.l.ſi filius qui patri.ff.de vulgari diffiniens quod filius, licet ſe abſtineat ab hæreditate nihilominus ex exiſtentia ſui hæredis, quæ in filio remanet filij cõmodũ operatur, & inibi Alexã. nu.24.eo maxime quod in iniuria & offenſa vendicanda, non eſt quid hæreditarium, ſed extra hęreditatem, ex.l. pro hærede. §. finali. ff.de acquiren.hærede.l.penultima.ff. de ſepulchro viola.vnde & illud ſequitur pacem inire poſſe ſuper necem patris tanquã ſuus hæres, & in illa ſpecie ita reſpondit Bartol. in l.damni.§.Sabini.ff.de damno infecto, Ang. & Imol.idem profeſsi, inibi Ioannes Imolen. in dicta.l.ſi filius qui patri, quo ſit regiam cõſtitutionem.22.titulo primo, par.ſeptima, intelligendam fore filium pacem inire poſſe, tametſi hæres non ſit, & huic ſententiæ, ex nouioribus ſe ſuſcripſit Iacobus Villalpandus, nu.7.ad finem, eo in loco cuius & antea meminimus.

Poſt hos oportune quæritur, an & cõſanguinei, & cõiuncti hæredibus ſcriptis amicisq; præferantur in accuſatione, ſi quidẽ cõſanguineo iniuria irrogata, & alij eiuſdem ſtipitis conſanguinitatis ve offenſi exiſtimantur & iniuriæ vindicta ad eos ſpectat.l. lex cornelia.ff.de iniuriis, & inibi Bar.tex.ad id præſtantiſsimus in.l.1.ff.de liberali cauſa, ibi ſuo genere Bal.ſumens rationẽ, ex tex. inibi in.l.
3 1.C.ſi quacũque præditi poteſtate, Bart. in.l. 3.§. ſi tutor. ff.de ſuſceptis tutoribus, & hij quidẽ aliis amicis hæredibuſq; inſtitutis quibus accuſandi munus cõpetit pręferẽdi ſunt cum & ipſis propenſior dolor ſit.l.2.§. finali ff.de adulteri. ex ratione tex.in.c.non extimamus.13.q.2.& nemo vnquam carnem ſuã odio habuit, ſicuti & nos de teſtibus in cauſa hæreſis, aliquot coniecimus tractantes.& his ad ſtipulari videtur tex.in.l.3.ff.de alimentis legatis diffiniens amicitiam de facile tolli poſſe: at coniunctio ſanguinis tolli non poteſt.l. ius agnationis.ff.de pactis.l.iura ſanguinis.ff de regu.iur.& ſupra in alio celebri loco negotium nobis fuit.

Hinc apparet cõſanguineum hæredi ſcripto præferri, ſicuti argumẽto optimo deſeruit text. in.l.ſororẽ.C.de his, quibus vt indignis, nec refragatur, quod heres ſcriptus, hæreditate priuatur ni & necem defuncti vendicet, ex.l.1.C.quibus vt indignis. quod ſi is hęres præuentus ſit à cõſanguineo defuncti cõgrua loco, & tempore ab ea pœna immunis erit, ex ijs quæ adnotat Iaſſon in.l.1.2.limitatio.paulò antea citata per tex.in.l.ſororẽ. C. de his quibus, vt indignis, & cum munus accuſandi ratione ſanguinis conſanguineis cõpetat, ab aliquo tolli non poteſt.l. abdicatio, vbi glo.C.de patri.poteſtate.l.iura ſanguinis ff.de regul.iuris.& proximior ſanguine aliis præferendus eſt.l.ſi vero.§.hęc actio.ff.de his qui deiecerunt.Roman.in conſi.122.C.de procurato.itidem conſi.26.vol.1,

*De eadem re*

*Virig.carmē 16* Eſt autem notificare notum facere vt palam eſt & ex noſtris tradidit Corneus.conſi. 75.videtur primo colum.2.volu.3.itaq; ſi notificetur conſanguineis ſi noluerint congregari ſufficeret, à maiori parte congregatorū factorū perinde acſi omnes interfuiſſent. ea lege ac conditione,vt citatio in aliorum perſonis fiat, ex hijs quæ notat Abb.in capitu.1. nume.4.de iud.& ex hiis quæ congerit Alex in.l.ſi finita.§.final.ff.de damno infecto. Decius in prima lectura,numer.25.& in ſecunda lectura.nume.19.& Franciſcus de Aretio.nu. 10.in precitato.cap.1.Sebaſtia.Bantius in eo tracta.quem prodit de nullitatibus ſententiarum,in rubric.12.de nullitate ex defectu citationis:nume.44.pagin.246.& eſt text.in.l.properandum.§.& ſi quidem,in verbo requirente parte.C.de iudic.qui huic ſententiæ ſuffragatur,& .l.fina.C.de bonis authoritate iudic. poſsiden.l.ad peremptorium.ff.de iudi. glo. in.l.ſancimus.verbo per contumaciam.C.ad trebellia.tex.optimus in cap.præpoſuiſti. inibi,ad petitionem cuiuſdam aduerſarij de foro competenti,& in cap.licet de accuſation. quibus ſatis iam ſatis diffinitum extat partis citationem requiri citationes notificatione facta, ſi noluerint conuenire factum à maiori parte in vnum congregatorum valet,ex Barto.in dicta.l.reſcriptum.ff.de pactis. Bal. in lectura antiqua inibi ſumens rationem ex tex.in.l.cum quidam in.2.ad finem.cum lege ſequenti.ff.de legatis.2.quorum ſententia cōueſtiri poſſet,ex illo iuris adagio ſatis trito, quod habet,quod ſemper citari debet ille de cuius pīudicio,agitur ex.l.nā ita diu⁹.ff.de adoptio.l.tres denuntiationes.C.quomodo & quando iudex.l.ſi quando.C.de teſtibus.l.de vno quoque.ff.de re iudicata.l.final.C. de legitimis hæredibus.ca.Roman.de appellatio. libr.6.capit.conſtitutionum de ſententia, ex communi.eodem libro.clemen.paſtoralis de re iudica.clemen.ſæpe de verbo. ſignificatio. cap.1.& in cap.dilecti.de teſti.cap.delicta de ſentent.excommun.extra capit.porro de diuortijs,& inibi gloſſ.quæ expreſsim hoc ipſum vult.Cui ſimilis eſt in ca.eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſtitu.& in capit.nos in quęquā. & in capit.Deus omnipotens.2.quęſtione.1. & in capit.quoniam contra de probatio. gl. in lege cum miles.ff.ex qui.cauſ.maio. Albe. poſt Iacob.de Aretio,in dicta.l . reſcriptum. Salycetus in præcitata.l.& ſuum hæredem.§. fina.& eſt text.in authen.ſi omnes.C. ſi vt ſe ab hæreditate abſtineat Bartol. in l. hæredes mei.§.peto.ff.ad trebel.Thom. Gramma . in deciſione.65.Sebaſtianus Bantius, in tractat. de nullitate,ſententiæ in rubri.12.de nullitate ex defectu citationis,Franciſcus Nicomitius,





verbo citationes.num.49.in præcitato. c. quoniam contra. Paulus Pariſius in conſilio.1.nume.32. volum. 1. quinetiam ſi illi de quorum præiudicio agitur eſſent abſentes,nihilominus vocandi ſunt, ex Luca de Penna in.l.nominationum.C.de decurionibus,libro decimo.quem ſequitur, idem profeſſus, Andreas ab Exea. in cap. cùm omnes.num.183. & rurſus.214.de conſtitutione: contrariam tamen partē quinetiam citationem non exigi,ſi ſint abſentes probat Angel.Paulus Caſtrenſis. Fulgoſi.in præcitata. l. reſcriptum. & Iaſon, necadmodum inuitus huic ſeutentiæ accedit inibi,& ratione text. in. §. ſi autem heremodium,legis properandum.C.de iudic.vbi diffinitum,quòd eorum cōtumacia,& abſentia,præſentia Dei repletur, & text.in dict.l.reſcriptum. verſiculo abſentes.Quo fit.l.ſi plures.ff.de pactis.conſenſum maioris partis, exigit non tamen abſentium.

Et pręter alia horum ſententia cōueſtiri,poſſet ille de cuius pręiudicio nō agitur principaliter,tametſi in conſequentiā præiudicium inferatur , non requiritur, quod citetur,ex glo.ſecunda. ad finem.in præcitata.l.de vno quoque. & inibi Imo. Angel.& neoterici, idem exiſtimant Angel.& Imol.in.l.filius familias.§ diui.ff.de legatis primo.Bald.in rubric. de reſcript. colum.quarta. Inno. in.c.humilis.de maiorita.& obedien. Geminianus.ex glo. finali.inibi,in cap.quanuis pactum. de pactis.libro ſexto.itidem in cap.in noſtra.de procurato.Bald.in.c.fina. de dolo & contumacia. Quò fit ex quo in poteſtate maioris partis ad id congregatorum eſt iniri pacem, atque concordiam, à maiori parte factum vires obtinere.

Poſtremò,& ideo adiuuat iuris regula, quod poteſt fieri præſente, & inuito poteſt etiam ignorante, abſente, etiam non citato fieri.l.prima.in principio.ff.de fide commiſ. libert. regula, quod poteſt inuitis.ff.de regul.iur.his tamen exploſis priori ſententiæ me ſubſcribo,quæ & veritati magis fauet : quinetiam ne vtique à maiori parte congregatorum ſprætis abſentibus prędictam tranſactionem ſeu remiſſionem non poſſe facere ni , & abſentes citentur, ex Barto. doctrina in dicta.l. ſecunda.C.de decurionibus . libro decimo.

Nec obſtat,quod poteſt fieri inuitis præſentibus poteſt fieri etiam eis ignorantibus cum & in ſpecie noſtra non vendicet ſibi locum ex ratione text.in.l.ſi tres.ff.de arbitris . Siquidem,& ſi præſens eſſet tametſi actui non poſsit contradicere , nec impedire,nihilominus poſſet ad ſuam trahere ſententiam maiorem partem . plerisque alijs poſſet conueſtiri, quæ doctores adducunt prima huius quęſtionis parte,etſi vtranque partem multi, & graues authores defendunt ipſe tamen priori ſententiæ inhærendum eſſe exiſtimo.

His ſanè præmiſsis,ac ad pulmum reuulſis rationibus explicitis ſecundo intelligo in ſpecie.l.regiæ,maiori parte accuſatorum,vel conſanguineorum minori præiudicare,quando æqua lance æquoque libramine ex ipſa trāſactione ſuper necem defuncti commodum omnibus euenit, qui accuſandi munus competit,vel trāſactio in defuncti vtilitatem cedit , vt potê ſi inita pace in tranſactione actum fuerit, vt conſanguineis certa pecuniæ quantitas detur,vel etiam tot ſacrificia impendātur,pro anima defuncti expenſis criminis rei accuſati,vel ſi filiæ mortuæ certa quatitas pecuniæ conſtituatur,vt nuptijs copuletur: longè quidem aliter,ſi inita pace illis qui remittunt iniuriam detur pecuniæ quantitas , tametſi maiorem partem conſtituant,alijs renitentibus,non valet, & eis accuſandi munus competit, non obſtante pace inita maioris partis. Cuius declaratio ex his quæ Guilielmus de Cun. Albericus, Bald. in dicta. l. & ſuum hæredem.§.finali.de pactis.ff.adnotant, conueſtiri poſſet,& glo.in.l.reſcriptum.verb.creditores.ff.de pactis. adnotat,in ſimili ſpecie.Et Romanus in ſingulari.101. creditores allegans tex.in.l.apud Celſum,in principio.ff. de doli exceptione: Iaſon in dicto.§. finali.Quò fit cùm iſthæc ſententia fundetur, ex dicta. l. reſcriptum. & in.l.ſi plures.ff.de pactis.limitanda eſt,atque intelligenda, ſicut prædictæ leges de creditoribus verba agens intelliguntur , practicos tamen admonitos eſſe vellem à prædicta compoſitione pacis inita à maiori parte,ad ſuperiorem appellēt , ex Barto. in.l. finali.ff.de appellationibus recipien.Paulus Caſtrenſis.Alexand.& Iaſon, & plerique alij in dicta.l.& ſuum hæredem.§.fin.

vide qui ſapis,qui probus es qui iuris ve-
ritatem amas quam ancipiti periculo iſta
intelligatur opinio: in his cōſidera: ne cre
das tantorum virorum noſtras ſtudio con
tradicendi refragari . Quod ſi tuo ſtoma-
cho non faciat ſatis in tuo ſit delectu quā
velis ſequi opinionem.

Inſignis eſt admodū & perplexa quęſt.
quę à iuris vtriuſque profeſſoribusnon in
frequenter diſcutitur,ſtante ſtatuto,citan
dos eſſe proximiores agnatos occiſi ad ac
cuſationem eius qui illum,interemerit du
bium inſigne cenſeri ſolet ſufficiat ne v-
num citari cum ſtatutum in plurali nume
ro de proximioribusdicat.Ego iſta ex ple
nioribus doctorum commentarijs peten-
da arbitror:cum enim quotidie in contro-
uerſiam veniat & paucis exactè compre-
hendi nequeat ſatius propemodum fuerit
non irritare , quā non explere ſtudiorum
auiditatem,eaque mihi opinio probabi-
lior videtur minime ſufficere vnum agna
tum citari proximiorem ve ſed pleroſque
17 eſſe citandos cum in plurali numero ſta-
tutum verba agat. Quam etiam ſententiā
comperi eleganti ſubtilique diſputatione
Angelum defendere cōſilio.289.hoc prin
cipio in primo dubio , & in ſimili ſpecie
Ancharran conſuluit conſilio.36.viſa qua
dam petione columna.1.Decius in capit.
prudentiam columna.1.verſiculo &ſuper
iſto text. extra de officio.delega. pro qua
ſtruenda ſententia aliquot coniicienda
ſunt huic rei maxime neceſſaria.Et primo
ſuffragatur tex.in.l.tranſactionem. C. de
tranſactio.Qua diffinitum extat præſen-
tiam amicorum, tollere ſuſpicionem me-
tus habet locum ſi non vnus tantum ami-
cus, ſed duo interueniat ex text.inibi aſſe
uerante amicis interuenientibus in plura
li.Stephanus Beltrandus in ea ſpecie , ita
conſuluit conſilio.4.viſis hinc inde colum
na.8.libro.3.Et ante eum Socinus cuius&
ipſe non meminit conſilio.262 . capio pri-
mum conſultationis articulum col.6. vo-
lumine.2.

2.Funda. Secundo ſuffragatur capitu.1. extra de
appellatio.vbi diffinit proteſtationem fa
ciendam eſſe in præſentia bonorum viro
rum minimè ſufficere coram vno propter
illa verba pluralis numeri.Et inibi expreſ
ſim adnotat propoſi.Abbas Peruſin.De-
cius & plerique alij inibi . Lapus allega-
tione . 39 . incipienti, an valeat appella-
tio.

Tertio argumentum præſtat. l. ſemel. 3.Funda.
C.de re milita.libro.12.vbi diffinitum ex-
tat his in caſibus ,in quibus fides adhibē-
da eſt medicis, ne vtique vnum ſufficere:
ſed plures per tex. inibi de medicis in plu
rali loquentem Petrus Iacobus in titulo,
de actio.exempto redhibito colum. quar-
ta.Bartol.in prima conſtitution.ff & inibi 18
Bald.columna tertia.quo in loco Alexan.
ad Bartol.pleroſque alios allegat Ioann.
Annani.in capitulo.ſignificaſti columna
quinta de homicidio. Guido Papa idem
conſuluit conſilio.177.nobilis Petrus co-
lumna.2.

Vlterius altero confirmatur iuris ſti- 4.Funda.
mulo ex.l.vbi numerus.ff.de teſtibus ,vbi
pluralis locutio duo numero eſt conten-
ta.l.qui quartam.§.vltimo.& ibi Barto.ff.
delegatis primo.l.legato.§.qui plures de-
legat.ſecundo iuncta.l.melius.§. cum qui
in.2. & inibi gloſſ. in verbo eandem rem,
eodem titulo , expreſsim hoc ipſum vult
Barto.in.l.inter illam .§. vltimo de verbo.
ſignificatio.ff.cap.is qui.§.1. de præbend.
libro.6.capitu.pluralis de regul. iuris eo.
libro & in capitu.1.poſt principium titul.
de notis feudorum Bart. in.l.3.in princi-
pio.ff.de annuis legatis & in.l.1.ff.de actio
ne legata & in .l.vlti.ff.ad Trebe.l.libertas
§.vlti.& inibi Bar.ff.de manu miſ.teſtam.
Quibus ſatis diffinitum extat pluralē nu-
merum vno minimè eſſe contentam.

Quinto ſuffragatur,Bal.ſententia in .l. 5.Funda.
iubemus §.ſin autem.C.ad Treb.aſſeuerās
ſtatutum certa ac diffinita pœna multans
qui domum alterius cum hominibus ar-
matis ingrediūtur minime locum ſibi ven
dicare in eo qui cum vnum tantum arma
tor ingreditur ex eo cum ſtatutum de ho-
minibus armatis in plurali loquatur , &
multo grauior eſt iniuria,quæ à pluribus
committitur ex.l.ſi plures ſerui.ff.de iniu
rijs.cuius etiam Ludouicus meminit idem
profeſſus Decius conſilio.471. iuridicam,
columna ſecunda verſiculo ſecundo. Ni-
cholaus Bœrius deciſione.173. numero de
cimo.parte prima.Cuius ſententia calcu-
lo non caret licet à nemine notetur ex
Cicerone pro cęcinna dum inquit ſi tu ſo
lus aut quiuis vnus cum ſcuto, cum gla-
dio impetum in me feciſſet atque ego ita
deiectus



deiectus eſſem,aut hæres ne dicere inter-
dictum eſſet armatis hominibus: hic autē
hominem armatum vnum fuiſſe,& paulò
poſt,ait paucis interiectis non maior eſt
iniuria,ſi pluribus armatis , quàm ſi vno
armato ſit,& inibi pleraque id genus alia
quæ candido lectori obuia erunt ſcribun-
tur , & hæc adiectio argutijs quibuſdam
viam tacitè claudit,& interpræripit.Secū
do altero ſtimulo in priorem ſententiam
inſurgo ex.l. ſecunda. §. homines. verſic.
ſed & ſi vnus.ff.vi bonorū raptorum. vbi
ſcribitur,ſed ſi vnus homo coactus ſit, ad
huc dicemus homines coactos eſſe . Quo-
rum ratio quominus in hac quæſtione mi
litet ſanæ mentis nemo vnquam defitebi
tur,& duorum alterum verius fortaſsis di
ci poſſe videtur,primo intelligendo text.
illum loqui de damno,non de iniuria per
ſonæ: nam damnum ex multitudine ſicu
ti iniuria non augetur, vt quibuſdam pla
cuit Boërius deciſione.173.nu.10.

Sextò , vt huic opinioni aduerſantia
6.fundamēt. ſubmoueamus adſtipulatur,Florentiæ ſta
tutum,quo cautum eſt, non admitti accu
ſatorē,ni per fideiuſſores idoneos appro-
batos,à communitate ſatis dederit nō ſuf
ficere vnum fideijuſſorem, ſed plures, tā-
etſi vnus ſoluēdo ſit,de quo meminit,An-
gel.idem profeſſus conſilio.56.quidā non
ſuper poſitus,nec aliquo iuris apice deſer
uire videtur,ſi obijciatur,ſatisfactum eſſe
menti ſtatuentium , quæ vtique voluit
ſatis eſſe conſultum indemnitati accuſa
ti,atque ideo vnum idoneum,ſufficere ex
l.ſcire oportet.§.qui autem . verſiculo ſed
& ſi maxime.ff.de excuſatione tutorum.
& quilibet qui huiuſcemodi artem me-
diocriter calleat, ingenue fatebitur , non
ſatis eſſe vnum ſufficere : nam quo plures
ſunt idonei,eo quoque magis cautum eſt,
l.quis deſcedens.§.vltimo.ff.de liberatio.
legata.

7.fundam. Septimò. Principaliter ad cuius capi-
tis reſolutionem adſtipulatur,quod & Ol
dradus in ea re conſultus reſpondit conſi
lio.142.factum tale eſt. quod ſi teſtator ha
buerit vxorem prægnantem, & ſubſtitue
rit, poſthumis ſororem , ſi hij decederent
in pupillari etate ſubſtitutioni non eſt lo-
cus,ſi vnus tantum natus fuerit , & dece-
deret in pupillari ætate . Ioann.Andr.in
additio.ad Specul. titul. de teſtament. §.1.
columna penultima.Franciſcus Aretinus
columna ſecunda.verſicu.pro iſta conclu
ſione.in.l.placet.ff.de acquirend hæredit.
Alciatus nec admodum grauatus his ac-
cedit libro tertio.de verborum ſignifica.
3.q.4.axiomatis.

Octauo,Illud profecto maximum ro- 8.fundam.
bur affert,quod & Bal.conſuluit conſilio.
242.factum tale,volum.tertio. vbi diffinit
mandatum Romani Pontificis de præbē-
da alicui prouidenda ſpectante ad colla-
tionem quoruncunqqe, nec quaquam lo
cum habere in beneficio ſpectante ad v-
nius collationem ex.l.vbi numerus. de te
ſtibus.

Nonò,Præ ceteris illud coadiuuat, qđ 9.fundam.
ſi quis fortè fortuna iuſſus fuerit, à teſta-
tore diſtribuere inter pauperes minimè
poſſe in vnum tantum diſtribuere quod
& Bal in.l.prima.C.de ſacroſan.eccleſi.co
lum.11.verſicu.iuſta hoc quæritur,adnota
uit,item in.l.vnum ex familia.§.itaque.ff.
de legatis ſecundo. & inibi Raphaël Cu-
ma.& Paulus Caſtren. in.§. ſi duos eiuſdē
legis.Bartol.ſignanter in.l.prima. ff.de o-
ptione legat. Paulus Caſtrē. conſilio.97.
ſuper primo. colum.ſecunda.volum. pri-
mo.Decius conſil.471. paulò ante citato;
in quo dubio non deſunt,qui contrariam
adſtipulentur ſententiam, cum & Bald.
contrarium aſſeuerauerit conſil.162. qui-
dam Franciſcus dubio ſecundo.volum. 5.
Romanus ſingul.451. teſtator dicit. Alex.
in.l.qui quartam.§.primo.ff. de legat pri-
mo,is idē in.l.Gallus.§. quid ſi is. ff. de li-
beris & poſthumis.ſed quia non eſt præ-
ſentis ſpeculationis,conſultò miſſa facio.

Decimò,eandem opinionem illud plu 10.fundam.
rimum comprobat quod & rota antiqua
deciſione.521.incipienti nota quod ſi com
mittatur , ceſet, ſi in reſcripto fuerit facta
poteſtas citandi in locis vicinis minimè
ſufficere in vno tātum loco vicino, ſed in
duobus locis, ex cap. pluralis locutio. de
regulis iuris.libro ſexto.Cardinalis Florē-
tin.in clemen.prima. de foro competenti.
32.quæſtio.Matthę.Afflictus. in conſtitu-
tio Ciciliæ incipiente multę leges colum.
penultima.

Poſtremò,& verbo nō amplius addam 11. fundam.
his omnibus ſic perpēſis coadiuuat,quod
& apud Caſtrenſem legitur conſi.211. hoc
initio in ſecundo dubio.volum. ſecundo.

ſi ex teſtantis voluntate conſtet, mandatum eſſe hæredi, ne petat pecuniæ quantitatem, donec ſorores ſuas matrimonio copulauerit, non ſatisfeciſſe vnam maritando (vt ita dixerim) & ea quæ de plurali loquutione adnotabimus coadiuuat glo. in cap. ſtatutum in. §. in ſuper in verbo paucis. de reſcriptis. libro ſexto. & in clementina ſæpe. verbo de partium. de verbo. ſignificatio. Quibus ſimilis glo. eſt in, §. præiudiciales in glo. magna. poſt principium inibi, quia poſtea dicit cæteræ. Inſtitu. de nuptijs. Et inibi, Dinus, Petrus, Faber, & plerique alij Ioannes Andreas ad Specu. titu. de teſtament. §. in primis. in additione magna incipienti. huic quæſtioni. Oldrad. conſilio. 178. Abb. in cap. eccleſia, in ſecundo verſiculo nota. ad arbitrium bonorum virorum, vt lite pendente. & in cõſilio. 65. volum. ſecundo. Corneus conſil. 62. viſis ſcripturis libro primo, Socinus cõſilio. 124. ſortes habens vnum nepotem, colum. prima. volum. quarto. Decius conſilio. 287. in ciuitate Placentiæ. colu. ſexti. Matth. de Afflictis in conſtititione Ciciliæ incipienti ſuper deciſionibus colum. ſecunda. diffiniens conſtitutionẽ Ciciliæ importantem pœnam incidenti arbores, non eſſe intelligendam in incidente vnũ tantum arborem, is idem in cõſtitutione incipiente blaſphemantibus. 7. quæſt. diffinit, illam conſtitutionem puniẽtem ſanctos Dei blaſphemantes, minimè eſſe intelligendam in vnum ſanctum blaſphemantem. Raphaël Cumanus conſilio. 189. videtur, dicendum colum. ſecunda. volu. primo. Bald. in. l. ſecunda. C. de libertis, & eorum liberis. apud quos ſatis id diffinitum extat in ſtatuto de quo agimus citandos eſſe proximiores agnatos occiſi, nec vtique ſufficere vnum citare cum ſtatutũ de proximioribus in plurali numero verba agat.

Verumenimverò non deſunt, qui veriorem credant partem contrariam, & in ſpecie ſtatuti numerum pluralem pro ſingulari poni, atque ideo vnum ex agnatis vel conſanguineis ſufficere ex. l. Gallus §. quod ſi his inibi, illis verbis. ff. de liberis & poſthum. & in. l. ſecunda. §. ex actis. ff. de origine iuris. l. diuus, & ibi glõ. Bald. & Angel. ff. de petitio. hæredita. l. ſi is cui. in verbo his igitur, caſibus. ff. de euictio. gl. in verbo actiones. in. l. quia. ff. de præſcriptis verbis. & in. l. prima. §. vt in initio. in verbo capitibus. ff. de poſtulando. gloſ. in cap. vt priuilegia. & ibi Abb. de priuilegijs. & in cap. primo. in verbo originalia. de pœnitentijs diſtinctio. quarta. gloſſ. in verbo poſt mortẽ. in. l. ſticho §. idem quęſiuit. ff. de vſufructu legato. & in. l. falſa. §. vltimo, & ibi Barto. ff. de conditionib. & demonſtrationib. §. primo. verb. omnes homines. inſtitu. de iure perſonarum. & in §. ſi verò abſit. in authenti. de hæredibus, & falcidia. collatione prima. diffinientes quod profertur pluraliter vim vtique habere in vno duntaxat.

2.fundam. Secundò, hæc eadem opinio manifeſtã probationem habere videtur, illud quod habetur apud Prophetam Pſalmo ſecundo. Aſtiterunt Reges terrę, & Principes cõuenerunt in vnum, quorum primum de ſolo hærede, alterum de Pilato intelligitur, vt ex actis apoſtolorum conſtat cap. quarto. & Matth. cap. 27. & Marci cap. 15. aſſeuerantes latrones fuiſſe Chriſto conuiciatos cum vnus tantum cõuiciatus ſit, & Lucæ teſtimonio diffinitum eſt. capit. 23. quibus in locis Ambroſius, & verba expreſſim adnotarunt pluralem pro ſingulari poni.

3.fundam. Tertiò, eãdem opinionem comprobat Exod. 32. hij ſunt dij Iſraël qui eduxerunt te de terra Aegypti, cum de vno tantum vitulo intelligeretur: cui⁹ meminit diuus Auguſtinus in ſuo Enchiridion. cap. 54. & Magiſter ſententiarum libro ſecundo. diſtinctio. 33.

4.fundam. Quartô, coadiuuat illud quod diffinitur Pſalmo. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum de vno tantum peccato originali intelligitur, & illud Pauli adſtipulatur, ad Hebreos cap. vndecimo ſcribentis, obturauerunt, ora leonum, & nihilominus de vno tantum Daniele intelligitur, & Matth. ſecundo ſcribentis mortui ſunt. qui quærebant animam pueri, & nihilominus de vno tantum Herode intelligitur, ſicuti, ex his quæ anteà in eodem capite ſcribunt.

5.fundam. Quintò, vlterius poſterior hæc opinio probatur, ex tex. in cap. conſtitutionem, ad finem. de ſententia excommunicationis. libro ſexto. vbi verba agit, de canonica mentione. & in plurali de dierum interuallis loquatur, nihilominus pro quolibet termino, neceſſe nõ eſt duos dies aſſignari: ſed vnum ſi qui iudicandi munus habet videbitur, Abb. in capi. ſacro. extra de ſententia excommunicatio. Ancharr. Philippus Francus Laudenſis. Guilielm. in præcitato. cap. conſtitutionem, quibus admodum ſuffragatur, text. in. l. ſi conuenerit. ad finem. ff. de pignoratitia actione. & in. l. inter accuſatorem. ff. de public. iudic. ex quo datur natiuus intellectus clementinæ primæ. in verbo ſimul. Et rurſus verbo legitimæ. de appellat. quod text. ille qui de appellatione à duobus pluribusve iudicibus loquitur, locum habet, cum facta fuerit, ab vno qui ſolus eſt iudex, qui intellectus verus eſt, ex Imol. columna vltim. inibi, & glo. quæ expreſſim hoc ipſum vult verbo ſimul. in dicta clemen. prima.



6.fundamẽt. Sextò, hæc eadẽ opinio conueſtiri poſſet, ex Cini ſententia in. l. prima. C. vti poſſidetis. diffiniens ſtatutum certo modo puniens producẽtem falſos teſtes locum etiam habere in producẽte vnum tantum Barto. in. l. ſecũda. §. ſi vnus. & inibi, dinus. & Albericus. ff. vi bonorum raptorum. Barto. & Bald. in. l. prima. ff. de procurato. Bald. & Angelus. in. l. diuus. §. diuus. ff. de petitio. Albericus in ſecunda ſtatutorum parte quæſtio. 28. incipienti ſecũda quæſtio eſt. Gandinus in eo tractatu quem de maleficijs publicum fecit in rubrica de falſarijs. columna tertia. verſiculo item ſtatutum eſſe in ciuitate. Angel. in. l. prima. §. primo. ff. de dolo malo. Bald in. l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liberis & poſthum. & Vergiliana carmina ad id alluſiſſe videntur. libro ſeptimo Aeneid. cum de vno Aenea verba ageret ſcribit.

*Externi veniunt generi, qui ſanguine noſtrum*
*nomen in aſtra ferant.*

Et rurſus eodem libro.

*Generos externis à fore ab oris.*

Et Seruius in priori loco exiſtimat apud Poëtas frequenter accipi pluralis pro ſingulari, quo fit ſtatutum falſos teſtes puniens producẽtem intelligendum fore in producente vnum tantum. ex profeſſoribus iuris, idem exiſtimat, Ancharran. & Imol. in cap. relatum. in ſecundo. de teſtament. Matthæus Afflictus in conſtitutione Ciciliæ incipienti multæ leges colum. tertia. verſiculo tertio. nota & iterum in conſtitutione incipienti, qui falſitatẽ Ioannes Baptiſta ſeuerinus. in. l. omnes populi. in materia interpretationis extenſiuè. 14. fallentia. ff. de iuſtitia & iure. Antonius in capitu. vltimo. colum. 59. extra de conſuetudine. Ange. in. § primo. colum. ſecunda. de iure perſonarum. Inſtitut. & in tracta. maleficiorum, verbo falſario. colũ. ſecunda. Georgius Natam in capit. quanuis pactum. de pactis. libro ſexto. Curtius ſenior conſilio. 69. colum. quarta. Iaſon cõſilio. 145. columna penultima. volum. ſecũdo. Nicolaus Beroard⁹ in locis legalibus, in loco à ratione legis in tertio caſu principali, columna nona. verſiculo hinc eſt. quod ſi per ſtatutum.

7.fundam. Septimò, ſtabiliri poſſet ex glõ. paſſim admiſſa in. l. vt perfectius. verbo tabulariorum. C. de annali exceptione. diffiniẽs quod in iuribus, quæ requirunt proteſtationem fieri corã tabellarijs ſufficere vtique coram vno tantum fieri, cui ſe ſubſcripſit Speculator titulo de primo decreto. §. iam. de effectu. verſicu. ſed nunquid ſufficeret. Romanus, & Alexand. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de operis noui nunciatio. ff. & huius ſententiæ authores habeo Abb. in cap. paſtoralis. §. præterea. de officio. delegati. & ibi, collectarius Alexand. conſilio. 85. animaduerſis. columna prima. volumine quarto. Iaſonem conſilio. 145. columna vltima. volumine ſecundo. tametſi perperam in contrariam ierit ſententiam Bald. in cap. vltimo. columna prima. extra de appella.

8.fundam. Octauò, fortiſſimum argumẽtum præſtat, quod & Bald. adnotauit in cap. mandatum. de reſcriptis. diffiniens quod ſi Papa mandauerit prouideri alicui de beneficio, cum illa clauſula, quæ paſſim adijci ſolet, ſi pro alijs non ſcripſerimus, gratia nullius erit momenti, ſi pro vno duntaxat ſcripſerit. Dominicus idem profeſſus in capitulo quanuis. in primo. de præbendis libro ſexto. vbi idem voluiſſe Archidiac. affirmat Cardinalis. Florentinus conſilio 30. itidem, & Calderinus in præcitato cap. mandatum, Archidiacon. in capitu. accepimus. de ætate & qualitate. Archidiaconus, Ioannes Andreas in capitulo primo. de rerum permutatione lib. 6. & inibi Philip. Franc. & Dominicus.

Nonò,& illud adſtipulari videtur, ta-
9.fundam. metſi Cæſarum deciſio in. l. apertiſsimi.
C.de iudicijs in plurali, arbitros eſſe aſſu-
mendos dicat,qui de iudicis recuſatione
iudicent.capit.ſuſpitionis.de officio. de-
legat.capit.ſi contra cap.ab arbitrijs. eo-
dem titulo.libro ſexto.capit.legitima. de
appellationib.eodem libro.capit.licèt.de
foro competenti.capit.ſecundo requiris.
cap.cum ſpeciali.de appellationib. extra
nihilominus vnum ſufficere eligi, qui de
accuſationis cauſa pertractat probat gl.
in verbo aliquos dum exponit, id eſt, ar-
bitrum,vel arbitros in præcitato.capit.ſe
cũdo requiris.& idem exiſtimat Abb. ini
bi columna penultima. & eſt text. ad id
omnium præſtantiſsimus.in.l.cum ſpecia
lis.inibi arbitrum,vel arbitros eligere. C.
de iudicijs. Speculator, idem ex profeſſo
probat in titulo de accuſatione.§.effectus
verſiculo ſed nunquid vna pars. Quibus
nec admodum inuitus adhæret Georgius
Natam in repetit. capi. quanuis pactum.
de pactis.libro ſexto.in quarta quæſtione
tertiæ.queſtionis principalis.

10.fundam. Decimò,omnibus ſuperius exanima-
tis ad amuſsim perpenſis poterit, confir-
mari,ex Bald. ſententia in. l. prima. C. de
condit.inſertis. Quod ſi ſtatutum muni-
cipale arceat fœminas exiſtentibus filijs
maſculis repellendas eſſe fœminas exiſtẽ-
te adhuc vno filio,Marianus in praxi ſem
per vidiſſe obſeruari, aſſeuerat in capitu.
ſuper eo.de conditio.appoſitis. columna
22.Albertus Brunus.idem profeſſus, in eo
tracta.quem publicum fecit, ſtatutorum
excludentium fœminas, à ſucceſsione in
duodecimo articulo princip. quæſtio. 13.
Francus in capit.ſi Papa.ſuper gloſſ. ver-
bo liberis,de teſtament. libro ſexto. colũ.
27. Alciatus in.l.non eſt ſine liberis. ff. de
verbo.ſignificatione. Decius quarto no-
tabili in. l. prima. C. de pactis. Alexand.
conſilio. 109. ſuper prima conſultatione.
columna quarta. volumine ſeptimo. Ia-
ſon in.l. Gallus.§. quid ſi his. ff. de liberis
& poſthumis.Barbat.columna.31. in capi.
Reynaldus. de teſtament. Georgius Na-
tam,in præcitata capit. quanuis pactum.
de pactis in ſexto. Iaſon in.l. ſingularia.
columna quarta.ff.ſi certum petatur,& in
authentica ſi qua mulier. columna deci-
ma.C.de ſacro ſanctis eccleſ. itidem con-
ſilio.145.volumine ſecundo.

Vndecimò, libet hoc in loco pro hac 11. fundam.
aſtruenda ſententia nõ incongrue addu-
cere glo. illam communi conſenſu admiſ
ſam in.l.ſi quis.C.ad leg.Iuliam mageſta-
tis.& inibi Barto.& alij diffinientes leges
loquentes de inditijs præcedentibus ſuffi
cere.vtique vnum,vt criminis author tor
turæ ſubijciatur, Iaſon in præcitato cõſi-
lio. Et Signorolus conſilio. 209. quæſtio.
preſupponitur,columna prima.his omni-
bus ad pulmum reuulſis rationibus, vt
pacem deſidentibus iuribus afferam exi-
ſtimo hunc nodum ita diſſoluendum eſſe,
quod ſi pro forma pluralitas alicubi exi-
gatur,nunquam numerus pluralis reſolui
tur,in ſingularem ſicuti,Bald.diffinit,con
ſilio.123. reuerendiſsimus pater. columna
tertia.volumine quinto. ex text. in.l. pe-
dius.§.in ſeruum.cum lege ſequenti. & in
l.ſicuti tribus.ff.de arbitris.text.optimus,
in.l.Pomponius.ff.de re iudic.

Vel aliter & ſecundo prior ſententia
intelligenda eſt,cum vna eſſet ſtatuentiũ
ratio.quod ſi ex ſtatuentium mente plu-
res exigerentur, conſanguinei ad necem
defuncti vendicandam non vtique ſuffi-
ceret vnius conſenſus, ſed multorum, vt
in ſpecie ſtatuti ex his,quæ congerit Ioan
nes Andreas: Archidiaconus, Dominicus
& Francus in capit.primo. de rerum per-
mutatione.libro ſexto. quod & Tullius
aſtruit, in ea oratione. pro cecina. Bald.
Paulus Caſtrenſis in. l. prima. de condi-
tionibus.inſertis Socinus conſilio.278. co-
lumna prima.volumine ſecundo. Alexan
der in.l. qui quartam. §. primo. de legatis
primo.Franciſcus Aretinus in.l.ſi quis an
te.columna ſecunda.ff.de acquirend. hæ-
reditate. Iaſon in dicta. l. ſingularia. col.
4.Dec. in.l.1.notabile.4.C. de pact. Imol.
Cardina.Florenti.in clemẽ. prima. ille co-
lum.vlti.hic quarta in ſexta oppoſit.de re
nũtia.atq; ideò in ſpecie ſtatuti cognatos
eſſe conuocatos, nec ſufficere vnum, ſed
adminimum duos conuocare, atque ideo
priori me ſententiæ ſubſcribo, & quan-
do plurale in ſingularem reſoluatur, &
verſa vice ſingulare in pluralem. vide glo.
in.l.huiuſcemodi in prima.ff. de verborũ
obligatio. Guilielm. à Monte Laudu. in
extrauagant.execrabilis.in principio ver
bo plures,de præbend. Bart. & alios in.l.
penul



penulti.C.de impube. & in.l.ſi ſeruus.§.ſi
plurimum.ff.ſi quis cautio.Bal.Imol.Iaſo-
nem Caſtrenſem in.l.ſi pater.ff. de vulgar.
idem Paul.conſilio.219.col.1.Alex. conſil.
136.colum.1.vol.5.Socinum conſilio.43.viſ
ſa promiſione col.1.vol.1.Stephanum Bel-
trand.conſilio.141.in.2.dubio volumi. 1.&
præter hos Fabium Quintilianum libr. 8.
cap.6.oratoriarum inſtitutio. & libr.9. ca.
3.vbi diffinit oratores atque pœtas nume
rum ſingularem pro plurali ſæpe numero
& verſa vice vſurpare.Eas tñ iuris aſſertiõs
breuius explicuimus vſumque ipſarũ offen
dimus quominus inde lectori obreperit:
commenticias autem difficultates ſophi-
ticas friuolaſque quæſtiũculas quæ à qui
buſdam maleferiatis ingenijs iniuris diſci
plinam extricata ſunt conſulto miſſa feci
mus quoad Alfonſi regis deciſion. quæ
de delictorum tranſactione agit.

## Ex capitulo ſequenti.

1 *Iniuriarum actio cedi non poteſt.*
2 *Quid etiam, an vindictę ius cedi poſsit.*
3 *Diſcutitur an actiones directe cedi non poſsint*
4 *Quid etiam an opere officiales.*
5 *Controuertitur adhuc an ius alimentorũ futurorum cedi poſsit.*

## Ex.c.ſequenti an ius vindicandi, necẽ defuncti cedi poſſit. Cap. XLVII.

PRęter alia quæ in hoc dũ
taxat tractatu frequẽter
diſcuti ſolent,& illud nõ
modicam dubitationem
affert an & ius vindican
di mortem defuncti cedi
poſſet & ſunt qui exiſtiment non poſſe ce
di aut demandare.& in primis Ioann. gloſ
ſator antiquus cuius meminit gloſſ.in .l.
iniuriarum.ff.de iniurijs.& in.l.vltima.C.
de hæred.& actio.vendican. & in. l. ſi no-
men. & ibi Salice. ff. eodem titulo.exiſti-
mant iniuriarum actionem cedere nõ poſ-
ſe.Hoſtien.in ſumm.titu.de aliena.iudicij
1 *Iniuriarum actio cedi nõ poteſt.* mutan.cauſa facta.§. vltimo. Specula.tit.
deciſione actionis.§.1.verſicu.an actio in-
iuriarum & inibi Ioann. Andr. in additio-
ne incipienti de actione iniuriarum Corn.
Alberic.in.l.1.col.2.verſic.ſed quid erit. C.
ne liceat potentio. & huius ſententiæ au-
thores habeo Guido.papam in ſtatuto.in
cipienti ſi quis per libertas in glo. vel quaſi
colum.14.verſi.item quia actio Petrum Ia
cob.in practica ſua titu.de actio.iniuri.ex
lege Corne.Albe.in.l.1.co.2.verſi. ſed quid
erit.C.ne liceat potẽtio.Bal.in.l per diuer
ſas.16.quæſt.C.manda.& in.l.vltima.&ibi
Sali.C.de hær. vel actio.vendi.Franciſcus
Areti.in.l.1.col.ante penultima.ff.ſo.mat.

Hinc etiam diffiniri poterit ius accuſan
di alium de priuato delicto etiam alteri ce
di non poteſt ex Bald.in.l. per diuerſas co
lum.vltima.C.de manda.nec actiones po-
pulares cedi poſſunt ex.l.ſi cui.ff.de verb.
ſigni.l.penu.l.qui populari. ff.de popu. a-
ctio.Albe.ſumens rationẽ ex tex. inibi in
l.vl.col.2.verſi.quid de alijs actionibus.C.
de hęre.vel actio.vend.& id quidẽ ſi rõne
publici.dãni competat argũ.tex.in.l.licet,
& in.l.non cogendũ.§.qui ita de publico,
ff.de procu.l.cum qui.§.in popularibus.ff.
de iu.iur.& id quidẽ niſi ex ciuili tantũ a-
ctione competat tunc ius vindicandi cedi
põt ex Bal.in.l.per diuerſas col.vlt.C.mã-
da.q.16.exploſa Roma.ſententia in.l.1.co.
vlti. .ff de oper.noui.nunti.Contrarium aſ
ſeuerante ex tex.in.l.meum.§. ſed licet. ff.
quod metus cauſa.itaq; ius vindicte cedi
non põt, nihilominus pater filio ius cede
re poſsit ex Bal.Sali.in.l.gracc⁹.C.de adul. 2
quorũ ſententiæ ſubſcripſere pleriq; alij *Ius vindictę*
inter quos Caro.Ruy.conſ.72.cuius initiũ *cedi non põt.*
eſt viſo ad fin.libr.1. Alex. & Iaſ.in.§.vſus 2
fructuarius.l.1.ff.de ope.noui.nun.& Bart.
in.l.nõ ſolũ.§.ſi manda.co.2.verſ. circa.1.ff.
de iniu.ex nouioribus Ant.Gome.c.3 deli
cto.n.42.ad fi.quinetiã in ea ſpecie reſpon
dit Clau.Seiſ.in repe.l.vt vim.ff.de iuſt.&
iu.col.92. parua. verſ.ſuccedit alia.q.vt id
quidẽ nõ ſolũ intelligẽdũ ſit in filio ſed in
alijs quibus & capeſſere fas eſt vt pote in
ſeruo vaſſalo coniũcto & ſimilib⁹ ſumẽs rõ
nem ex tex.in. d.l.graccus inibi qui patri
paruerint Bar.in.d.§.ſi manda.qui tamet-
ſi paſsim ad id allegetur nec nutu nec ver
bis id probat cũ tñ ſolũ đ filijs verba agat
nec tex.in.l.graccus loqtur de alijs quã de
filijs,& cum longe rõ ſit diuerſa filiorum
atque cęterorum cum & filii eadem per-
ſona cum patre exiſtimentur ex.l.vltim.

C.de impu.& nos ſupra de parricidiorum pœnis tractātes pleraque id genus alia cōgeſsimus.c.22.n.10. Quo fit & illud neceſſe ſequi cum electa ſit induſtria perſonæ filio id delegari poteſt.l.ſciendum.§. legati. ff.de legatis.& id ſolum ſpeciatim in filijs procedere tradit, Felin.in.c.quæ in eccleſiarum col.4.verſi.hoc intellige de conſtitu.aſſerens id non poſſe procedere in cæteris eo maxime cum Cæſarea deciſsio.in dict.l.graccus ſit exorbitans & contra regulas iuris.communis ſicuti diffinit Alexā.in.d.§.vſu fructuarius.ideo ſi eſſet quædam ratio ſimilis in cæteris ſubditis, quæ in filijs non eſſet vtique extendenda ex ratione tex.in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſo.matri. quod ſi lex de cæteris perinde ac de filijs voluiſſet, æque parique ratione de illis ſtatuiſſet.l.1.§.ſin autem ad deficientis.C.de caducis tollen.c.inter corporalia extra de tranſla.epiſ.vel electi.& nos aliqua coniecimus de intellectu.d.l.graccus ſupra.c.15 nume.17.

*De eadem re*

Secundo hac in quæſtione adnotandū eſt, & præ cęteris intelligendū fore, quod licet ius vindicandi alicui competens, nō poſsit alteri cedere demandare ve, poſſet tamen, huic vindictæ executioni amicos, ſocios ſibi aſciſcere ex ea ratione qua vulgo circunferri ſolet, cui cōceditur aliquid concedi videtur vt pote faciat cum familiaribus amicis coniunctis ſocijs ſine quorum ope id tute facere non poſſet.l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de verbo. obligationib. & his vulgatum iuris adagium coadiuuat conceſſo vno videntur, ea eſſe conceſſa, ſine quibus id fieri nō poteſt.l.1 ff.de iuriſdi.omni iudi.cum pleriſque alijs quæ ad id adnotant doctores inibi Paul.Caſtre.Iacob.in.l.refectionis per tex.inibi ego fabrique mei.ff.com.prædio Bal.in repetitio.l.1.col.ante.penu.C.vnde vi.itidem in.c.vlt.colum.2.de iura calum.& conſi.431.cuius initium eſt quia in accuſatione co.2.lib.1.quibus & pleriq; alij acceſſere nec admodum grauati inter quos & Cæpo.conſ.4.crimina.incip.viſa quęrela producta.co.3.verſi.2.ſimiliter & rurſus con.74.viſo.ſtatu.col.vl.Fran.Rip.in.l.2.§ voluntatem co.6.n.30.ff.ſo.matr.Iaſ.in.l.2 co.2.ff.de iu.om.iud.& in.d.§.vſu fructuarius col.3.Pau.Caſt.in.l.raptor.col.2.C.de epiſ.& cler.Caro.Ruy.conſ.1.co.1.lib.5.Cępol.in eo tracta.quem publicū fecit ſerui tutū Vrban.tit.23.col.vl.vbi diffinit in ſtatuto Veron.ſe obtinuiſſe permittente patri marito occidere eum quem cum filia ſorore vxore turpiter comperirent tametſi ab hac ſnīa Bal.diſceſſerit in.l.vt vim.6.q.præcita.diffiniens ſocios offenſi nec amicos ad vindictam tute deuenire non poſſe cum iſthæc ſit perſonalis permiſsio & nō egrediatur perſonam nihilominus inquit poſſunt concōmittare amicū eiq; adeſſe dum vindictā facere vult nec equidē tenetur de fauore vel ſocietate.Cuius ad id meminit Iaſ.in præci.§.vſus fructuarius ipſe tn̄ Bald.vt ab hoc errore immunem reddā *Autho. opi.* intelligendū fore reor dum ex ſtatuto vindicta alicui ſit permiſſa, quia tunc nō licet amicos ad id aſcicere cum ſit contra rationem tex.in.l.non eſt ſingulis.ff.de regul.iu.l.1.C.ne quis in ſua cauſa iud.Stepha.in ſuo tractatu. de legum interpretatione vltima parte. charta. tertia. idem exiſtimat.

Tertio aduertendū eſt hac in.q.ius vindicte cedi non poſſe quando ex priuilegio id ius cōpetit cōtra iuris cōis regulas ſicuti ex.d.l.graccus diffinitur longe quidem aliter ſi iure cōmuni id competeret Feli.in d.c.quæ in eccleſiarū Alex.in.l. ſi cū dotē.§.tranſgrediamur co.pen.ff.ſo.mat.itidem in.d.§.vſu fructuarius, cū qui per aliū faciat per ſe ipſum facere videtur Auguſ.Ari.ad Ang.in tracta.maleſi. in verbo, che me ai adulterato.n.64.Scirellus in.d.l.vt vim rationē ſumēs ex tex.in.l.1.ff.de offi.eius cui manda.eſt.iuriſdi.vbi non poſſunt delegari cauſæ quæ ex ſpeciali priuilegio perſonæ competat Stepha.Federi.in.d. tractat. de legum interpretatione par.vlt.char.5. verſic.an liceat patri cōuocare Sali.à nullo eorum citatus in.l.non ideo minus col.3 C.de accuſatio.

*De eadem re*

Quarto ex premiſsis animaduerti poterit prædictā ſnīam intelligendam fore ius vindicādi cedi non poſſe ni ex ciuili tantū actione id cōpetat ſicuti Bal. diffini. in .l. vltima. C. de hæredita. & actio.vendi.tametſi indiſtinctè ius vindicandi cedi poſſe perperā Romanus exiſtimat in.l.1.§. vltimo colum.1.ff.de operis noui nuntiatio. cum cedi poſsit facultas expellendi alium à poſſeſsione propria authoritate inter quos & Barto.Angel.Imol.Caſtr.Alexan.

Roma.



Roma.& Iaſ.in dic.§.vſus fructuarius quo in loco Bart.aſſeuerat ne ſcire alium text. qui bene probet Angel.adducit conſimilē tex.in.l.1.§.penultim.ff.de remiſsio.tametſi ipſe proprio marte delucidaque voce inibi proteſtetur neutrum tex.hoc probare, nec nutu nec verbis Bald. in.l. tertia & ibi Angel.C.de pigno.idem Bal. in capitul.1.§.ſiquis vero in.1.titu.de pa.iur.firman.in vſibus feudo exiſtimant, ius alteri competens expellēdi inuaſorem cedi poſſe Angel.ſi eius.ff.ad Trebel.Imol.Franciſ.Aretin.in.l.ſi ita ſtipuler.per te non fieri.ff.de verbo.obligatio.Socin. conſilio.167.non inutilis columna penul.libro.2.Decius cōſilio.191.in cauſa quæ agitur colum.penul.& rurſus conſilio.449. viſis duobus colu. vltima Barba.conſilio.51.volum.1. Carol. Ruy.conſilio.47.colum.4.& iterum conſilio.88.numero.4.volum.5. Guido pa.in deciſio. delphinat.incipienti, ſiquis per literas in glo.1,colum.6.Angel.Are.in.§.actionum autem col.10.inſtit.de actio.itidem in.§.præterea in.2.colu.22.inſti.de exceptio.& hi quidem ſuffulti glo.authoritate in.l. cum fundum.ff.de vi & vi armata, diffiniētis ius expellendi inuaſorem poſſe alteri cedere, quam ita intellegit Bar.inibi *Docto. error.* Franciſcus Aretin.& Iaſ.in dicto.§. vſu fructuarius Bald.in.c.vltimo colu.2. de iuram.calum. video tamen in intellectu illius gloſ. pleroſque doctores in errorem lapſos eſſe, ſiquidem gloſſ.illa in dict.l.cum fundum ff.de vi & vi arm.primo loco inquit, quod ſicut licet domino per ſe in continenti recuperare poſſeſsionem ſic & per aliū: mox ſubdit vel ſecundum Ioannem nō licet eb per aliū hoc facere nihil præterea nec nutu nec verbis de hac re dicit tanquam illam poſteriorem ſententiam ſequi videatur, ſecundum glo.frequentiori doctorum calculo receptam in.l.qui filiū.§.Sabinus. ff.ad Trebel.in glo.vlt.ex quibus diffiniūt communiter doctores ius vindictæ alteri cedere vel delegari, nō poſſe & inter alios Bal.ſibi contrarius hanc profeſſus fuit ſententiam in.l.ad officium ad finem.C.communi diuidun.is idem & Alex.in.l. accuſationis, C.quod me.cauſa.& in.d.l. graccus & in.l.vt vim col.4.præci.hi oēs in.l.2. col.ante.penu.C.de ſerui.aqua.quam glo. miris laudibus exaltat Bal.in.d.c.vlt. col. 2.de iura.calum.aſſeuerans eam eſſe ſolennem.& in. cap.ad noſtram exiſtimat ſingularem ex quo aliqua coniicienda ſunt huic rei maxime neceſſaria quæ hanc diffiniant controuerſiam.

Verum materiam iſtam vindictæ tractāti in mentem venit in duello ſingulariq; certamine non eſſe licitum alium ſuſtituere ſicuti Bal.diffinit in.c.de cętero de re iudi.& in.c.dilectus col.vl.de appella.ſuffultus illius glo. authoritate & in conſi.436. quidam creditor col.penul.conſi.1.colu.1. vol.1.itidem in.l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur & inibi Alex.col.4.ff.ſol.ma.Angel.in tracta.maleſi.in verb.che me ai adulterata la mia dona nu.69. Barba.in.l.1.§. ſiquis ita co.15.ff.de verbo.obligati.Fran. Are.in.d.l.ſi ita ſtipuler.per te.Curt.Seni. conſ.80.ſuper ar.col.1.Bar.illius glo.mentione non facta in.l.non ſolum.§. ſi mādata.co.1.ff.de iniu. Feli.in.c.quę in eccleſiarū co.4.de conſtitu.Berna.Land.& Auguſti. Arim.ad Ange.eo in loco cuius paulo antea meminimus Pau. Caſtrenſ.in.l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur & ibi Alexand. co.4.ff.ſo.matri.Roma.in.l.3.§.maritus. ff. ad Silla.Ioan.Anna.in.c.2.ad fi. de homic.

*De eadem re*

Et vt ad propriam quæſtionem reuertamur, quæ agit de iure ingrediendi vel recuperandi propria authoritate. frequentior recepta eſt opinio id ius cedi poſſe ius tamen vindictæ nequaquam, & id quod diximus de iure ingrediendi poſſeſsionē ea lege intelligendum eſſe opinor ſi is cui illud ius ceſſum eſt, ipſum exerceat ciuili modo ſine atrocitate ex Bal.in cap.1.§.1.ti. de pa.iura.firman.Iaſo.in.l.1.co.30.C.de iure emphi.quibus in locis ad nauſeam vſq; tradunt doctor. ex quibus ſatis iam ſatis diffinitum extat ius vindicandi mortē defuncti cedi nullo modo poſſe cum ius vindictæ nollente vno accuſare proximiori in gradu munus accuſandi competit, atq; ideo actio iniuriarum, quæ ipſam perſonam reſpicit cedi non poteſt ex gloſſ. in d.l.iniuriarū.ff.de iniu.& in.l.vl. C.de hę. vel actio.ven.cū ius ſit in re perſonale alijs quoq; cedi non pōt ex dino in.ca. priuilegium perſonale.de regul.iu.Archi.in.c hinc eſt.17.q.1.Ange.in l.quod ſi in dic. §. Iulia.ad fi.ff.de peti.hære.

Ex quo illud deduci videtur, actiones directas, veluti oſsibus noſtris afflictas cedere non poſſumus.l.quis ergo & inibi gloſſ.

glo.& Paul.Caſtr.itidem in. l. ſi ſticho.ff.
de pecul.gl.miris laudibus exaltanda quę
expreſsim hoc ipſum vult in.l.3.in princi-
pio.ff.pro ſocio& in.l.1.& inibi docto.paſ
ſim.ff.de actio.& obliga.Alberi. qui ſignā
ter id declarat in.l.ex legato.C.de leg. Pau
lus.Caſtr.conſilio.442.incipienti, videtur
dicendum col.2.vol.1.Matth. Afflict.deci-
ſio.Neapo.335.pro deciſione col.vlt.Ioan.
à Platea & Iaſon in.§.omnium inſti. de a-
ctio.& præter hos huic accedunt ſenten-
tiæ Angel.conſi.70.cuius initium eſt.Ioā-
nes olim colum.1.& rurſus conſi. 81.domi-
na Maria.Spec.ante hos tit.deceſſio.actio
nis.§.1.verſic.quid ſi habens directum.

4 Verum vt res iſta apertiſsime intelli-
gatur ex eodem fonte, & illud deduci vi-
detur iura annexa certis perſonis ſingula
riter cedi etiam non poſſunt ex Bar. in.l.
etiam.ff.de iur.iu.argumento tex.in.l.cer-
donem.ff.de oper.liber.l.ſi ex pluribus.ff.
de adminiſtratio.tuto.l.non ſolū.§.ſi puel
læ.ff.de ritu.nupti.quo fit iura ſepulchro-
rū minime extraneis cedi poſſe ex .l. quia
perinde.§.1.ff.ad Sena.Conſul.Trebe.Ioā.
Fabr.idem profeſſus in.§.1.col. vl.inſti.de
acquiſitio.per arroga.tametſi inextraneū
hæredem quandoquè tranſeant.l. ius ſe-
pulchri.C.de religio.& ſumpti. fune.l.vel
quæ in principio inibi qualeſcunque ſint.
ff.eo.tit.

*De eadem re* Illud etiam deduci videtur quod præ-
termittendum non duxi, ius immittendi
mortuum in rem pignoratam ab ipſa lege
debitori conceſſum cedi non poteſt ex.l.2
ad finem.ff.de relig.& ſump. fune. Roma.
conſi.484.

5 Hinc etiam ex.l. non ſortē.§.ſi libertus
verſi.vltimo.operę officiales cedi non poſ
ſunt ex Bal.in.l.liberti.liberteque colu.4.
verſic.item dubitatur. C. de bon.liber.ea
ratione ductus cū operę huiuſcemodi per
ſone adhereant ex.l.opere in rerum .ff. de
ope.libert.& ideo delegari non poſſunt.l.
1.§.nec autem.C.de cadu.tollendis quibus
addenda ſunt pleraque aliaque congerūt
Bald.Iaſ.& Alex.in præcita.§.libertas.ex
quo & ius clientelæ cedi alteri non poteſt
inuito vaſſalo.ex ca.1.§.præterea ducatus
titu.de prohi.feu aliena per Federicum. c.
1.§.ex eadem& inibi Marti.Laud tit.de le
ge Corradij Albe.poſt Rayne.in.l.2.colū.
ante penul.ff.ſol.matr.Hoſti.Ioan.Andre.
& interpretum maior pars in.c.dilecti. ex
tra đ maio.& obedi.gl.in.l.inuitus in prin
cipio de fidei commiſ.liber.Cinus Alber.
in.l.1.C.de nouatio. Bal.conſil.327.pridie.
col.2.lib.1.& con.97.proponitur vol.3.Gui
do papa.deciſ.delphina.560.dominus Ale
xan.& Iaſ.in.d.§.libertus.ille colu.vlt.hic
col.10.Alex.ad Bal.in.l.ſi nominis & Fran
ciſ.Are in.l.2.col.vlt Sol.Matr.ff.Bal.in.l.
1.col.6.ff.de ſeruis fugi.& in.l.ſi nominis.C
de dona.itidem in.l.in teſtamento.C.ad.l.
Falci. & huius ſententiæ authores habeo
præter hos Curt.Iunio.in tractat.feudo.6.
par.col.1.Ant.Rube.conſi.96.q.Carol.Mo
len.in conſue.Pariſienſi. tit.1.§.1.glo.3.q.3.
Barba.in.c.ad quæſt.col. 1. de rerū permu.
Felin.in.c.dilecti.de maio.& obedien. Iaſ.
con.56.col.1.vol.1.Ioan.à Neuiza.inter.cō
ſil.Alber.Bru.conſ.12.

Ex eadem radice & illud emanare vi- 6
detur ius alimentorum futurorū cedi mi- *Ius alimento*
nime poteſt ex Bar.in.l.cū titio.ff.ad.l. Fal *rū cedi nō pōt*
cid.Fabia.in tracta.emptionis in. 21. quæ-
ſtio.4.q.principalis Bal.in.l.1.col.vlt.C.de
priuile.do.Panor.in.c.præterea ad fin.ex-
tra de iur.patrona.Iaſ.in.l. ſi conſtante co
lum.vlt.ff.ſol.ma.Curt.Seni.conſi.58.ſum
ma totius col.2.& id quidem quia coheret
perſonæ & alia ſunt alimenta in perſona
vnius & alia alterius ſicuti Bart.& Fabian.
diffiniunt his in locis quibus & antea me-
minimus.

Ex his dubium illud celebre explican-
dum eſt,an& ius ſiue facultas iurandi alte
ri quidem cedi nō poteſt ex Bal. conſ.314.
cuius initium eſt vtrum dictus contractus
dubio.4.volumine.5.cum iuramentum ſit
perſonale nec ad hæredes tranſit.l. gene-
raliter in principio.C.de rebus credi. no-
tant docto.paſsim in .c.veritatis. extra de
iur iur.

Hinc deducitur intellectus ad text.in.l.
nemo pōt.ff.de regul. iur.quæ deprōpta
eſt ex.l.ſolet.ff.de offi.pro conſul.diffinie-
tes gladij poteſtatem,aut alterius coertio
nem ad aliū transferre non pōt,quæ quali
ter intelligatur,ſignanter Decius explicat
in.d.l.nemo.poteſt.

Poſtremo & verbo nō amplius addā ius
ætatis cedi nō pōt ex Cæſarea deciſio.in.§
finitur.inſt.de vſu ca.Bal.in.l.cū antiquio
rib9 co.pen.C.de iu.libe.ex tex.in.l.peto.
§.pdiū.ff.đleg.2.explicāt.dd.in.§.vl.inſt.đ
vſu



vſufrūctu. ſunt etiam pleraque, alia quæ
his cōgerere poteram,quibus admodum,
ne lectoris,animum fatigemus miſſa con-
ſulto facio,Et hæc quidem deceſsione vin
dictę commemoraſſe ſufficiant nonnun-
quam cum veterimus pedem contulimus
controuerſæque opinionis argumēta ex-
plicuimus non tantum vt quid noſtra fer
ret opinio oſtenderemus, ſed ſenſim eorū
qui felicius proficerent ingenia ad grauio-
res cauſas aſſuefaceremus : hic tamen quæ
ab alijs faſtidioſe traduntur fere comple-
xi ſumus.

Finis, Laus Deo.

# Finis libri primi.

Regiſtrum huius operis.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.v.x.y.z. A.B.C.D. Omnes ſunt quaterniones, præter D. quod eſt ternio.

